CL.

GALENI PERGAMENI ARS MEDICA, QVAE ET ARS PARVA DICITVR,

MARTINO ACAKIA
Catalaunenſi Doctore medico
interprete, & enarratore.



LVGDVNI,
APVD GVLIEL. ROVILLIVM,
SVB SCVTO VENETO.

1548.

Εἰς τὸν Μαρτῖνον Ἀκακίαν τὸν τῆς μικρᾶς τέχνης Γαληνοῦ ἐξηγητὴν Ἰωάννου Γοραίου Ἐπίγραμμα.

Γαληνὸν φθόνος εἷλε, πολυκτεάνῳ δ' ἐνὶ χάρτῃ
ὥς ὑπὸ γῆς κρύψεν τἀγαθὰ τῶν ἀγαθῶν.
Καί ῥ' ἔλαθον δηρὸν κεκρυμμένα, οὐδέ τις αὐτοῦ
Θησαυρὸν βίβλῳ εὗρεν ὀρυσσόμενον.
Τὸν δ' ἐπ' ἀκακίας πολὶ φώρασεν, ἐκ τ' ἄρα κείνου
Παγχρύσων ἀγαθῶν μυριάδας παρέχει.

Idem ab eodem in latinum conuerſum.

Inuidit tandem nobis, chartaq; Galenus
Exigua abſcondit quas cumularat opes.
Delituere diu, nec quiſquam comperit antè,
Quonam theſaurum foderat ille loco.
At poſitum Acacias hoc libro inuenit, & inde
Plena nunc promit multa talenta manu.

FRANCISCO VALESIO *Chriſtianiſsimo Francorum Regi Martinus Acakia medicus fœlicitatem.*

*

CVm nuper in Regiam tuã, Franciſce rex, regum omnium potentiſsime, veniſſem, vt tibi ſalutationis officiũ præſtarem, omnẽq; meam diligentiam, operam ac ſtudium, vt æquũ erat, deferrem: te inter prandendum differentem, cum de rerum aliarum, tum maximè medicinæ ſcientia audiui, ſumma cũ voluptate atq; admiratione. Maximam enim tũ intellexi in te eſſe, quod ab omnibus antè ſæpe acceperam, rerum peritiam, ſummam vim ac excellentiam ingenii, ad rerum omnium diſceptationem apti & accommodati: incredibilemq; in ſermonibus facilitatẽ. Soles enim inter epulas de rebus ſeriis ac arduis diſputare, ita doctè & copiosè, vt omne vitæ tempus non in armis, non in reipub. adminiſtratione ſolùm, ſed in his diſciplinis, quarum de rebus diſputatur, poſuiſſe videare. Cõmendatione, itaq; literarum, Rex optime, non in aula ſolùm, ſed in omnibus Regni tui Academiis, multos qui diſciplinas & artes excolant ac exornent, foues, conſtitutis etiam amplisſimis ſtipendiis: quo nihil præſtantius ad amplificandum regnum imperiumq; tuũ, & memoriam tui propagandam poſterisq; relinquendam, efficere potes. Quod beneficium tuum, Rex maxime, quàm latè pateat, omnes animaduertimus. Nemo enim eſt in hoc tuo regno amplisſimo, ſiue Latinis, ſiue Græcis, ſiue Hebraicis diſciplinis eruditus ſit, qui non omniũ ſuorum

ſtudiorum atque diſciplinarum autorem te atque principem eſſe agnoſcat, ac ingenuè fateatur. Si enim memoria repetere velimus initium ac velut infantiam academiæ tuæ Pariſienſis, & cum eo tempore quo tu adhuc ad regni gubernacula ſediſti, conferre: profectò vel nullum prorſus Græcarum Hebraicarumq; literarum vſum, vel certè exiguum fuiſſe reperiemus. At ex quo ad remp. acceſſiſti, in tanto vſu, tantoq; pretio & honore eſſe cœperunt, vt hebraicè multi, græcè item multi ſciant. Hinc factum eſt vt nunc diſpulſæ tenebræ ſint, ſuoq; nitori ac ſplendori diſciplinæ omnes reſtitutæ: atq; vt Grammaticen, Rhetoricen, aliasq; artes taceam, Medicina certè nunc maximè nitet, priſtinumq; ſplendorem recuperauit: idq; tibi, Rex, medici debent: qui certè nunc tuo beneficio ita linguam græcam tenet, vt Hippocratem & Galenum huius artis principes, non ſolùm latinos ſed & græcos legant, euoluant, ac intelligant, in linguamq; latinam conuertant. Inter quos ego cum locum aliquem tenens, Galeni artem paruam, quam & medicinalem vocant, è græco in latinum vertiſſem, eamq; commentariis meis quàm potui diligentiſsimè illuſtraſſem: eum laborem tibi Rex omnium maximè dedicandum putaui: quòd non ſolùm hanc diſciplinam tuo beneficio in tantam dignitatem & amplitudinem elatam eſſe, quantam & laudare & approbare ſoles, verumetiam de ea egregiè ac libenter diſſerere te ſcirem. Scio equidem indignum hoc eſſe tua maieſtate munuſculum: ſed tamen ſingulari tua, quam omnes prædicant, humanitate fretus, id tibi non iniucundum & ingratum fore ſpero. Valeat & vincat tua maieſtas & autoritas.

A CL. GALENI ARS PARVA, INTERPRETE Martino Acakia Catalaunenſi, Doctore Medico.

TRIPLEX eſt omnis do-
ctrina, quæ ordine niti-
tur: Vna quidem ex finis
notione, quæ per reſolu-
tionem fit. Altera autē ex eorū cōpoſi-
B tione, quæ reſoluēdo inuenta fuere. Ter-
tia ex definitionis diſſolutione: quam
nunc inſtituimus. Hanc autē non ſolùm
definitionis diſſolutionē, ſed & explica
tionem (ut quidā uocant) aut reſolutio-
nem, aut diuiſionē appellare poſſumus:
aut, ut nōnulli, explanationē: aut, ut alij,
expoſitionē. Eiuſmodi autē doctrinam
nōnulli ex Herophili ſecta aggreſſi ſunt,
ut Heraclides Erythræus. Eam quoque
quæ ex cōpoſitione fit, tum Herophilij
ipſi, tum ex Eraſiſtratijs nonnulli, tum
C Athenæus Attaleûs efficere conati ſunt.
Nemo tamen ante nos, eam quæ à finis

notitia incipit, ex qua artes omnes cõſti tuuntur, uia ac ratione conſcripſit. Sed illam quidẽ in alio opere tractauimus: hoc uerò loco eã quæ definitionis diſſolutione fit, inſtituimus: quæ quãto digni tate, uia ac ratione, ea quæ reſoluẽdo fit, inferior eſt, tãto plus ad totius cõpendiũ cõferre noſcitur. Siquidem perfacilè ex definitionis diſſolutione omnia memoriæ mandari poſſunt, ob id, quòd totius artis capita in ſe optima definitio cõti- D neat: quam nõnulli ſubſtantialem uocãt, ex oppoſito his diſtinctam, quæ græcis noëmaticæ dicũtur. Hæ enim ex acciden tibus quæ rebus definiendis inſunt: illa ſubſtantia cõſtat. Sigillatim autẽ totam medicinæ cõmentationẽ, in multis alijs operibus diligẽter cõſcripſimus, quibus ad tres doctrinas uti licet. Verùm eam quæ definitionis diſſolutione fit, nunc aggrediemur, ſi hoc tantùm etiã addiderimus, nos ſola capita, & uelut concluſiones eorũ quæ fusè demonſtrata ſunt, eſſe tradituros.

EIVSDEM INTERPRETIS IN EVNDEM LIBRVM COMMENTARII.

E DOCTRINA, aut actio eſt quæ à præceptore in diſcipulũ tranſfunditur: aut habitus animi, docendi cõſuetudine partus. Vtraque, aut cum methodo, id eſt via ac ratione, aut ſine hac fit. Quæ autem methodo cõſtat, ſeruato ab initio ad finẽ vſque ordine docetur: ac diuiſione, definitione, demonſtratione, & reſolutione, (quas logicas methodos appellant) tanquam inſtrumentis vtitur: his enim ars omnis, poſteà
F quàm aliquo horũ ordine diſpoſita eſt, & velut delineata perficitur: vt in ſequentibus docebimus. Cum igitur omnis doctrinæ triplex ſit diſpoſitio: vna quidẽ, in qua finis in ea reſoluitur, quæ ad ipſum referuntur: altera autẽ, in qua ad ipſum finẽ, per eandem viam, ſed contrario ordine fit reditus: tertia verò, in qua definitio in ſuas partes diſſoluitur: tres erunt omnino ordinatæ doctrinæ. Non enim aliter inſtitui poſſunt: quandò vel eo ordine quo inueniuntur, docemus: ſcilicet aut à fine nobis cognito intellectoq; auſpicati, per ea omnia quæ ad ipſum referũtur, ordine col-

locata, procedentes: aut à cõtrario ordine G
ad finem redeuntes: aut doctrinã ipſam in
ſuas partes, quas optima definitio cõtinet,
diſtribuẽtes: vt poſteà fuſius explicabitur.

Tribus igitur his modis omnes diſcipli
næ doceri poſſunt: reſolutionis tamẽ ordi
ne magis inueniuntur: cõpoſitionis autem
tradũtur: definitionis verò memoriæ man
dantur. Quæ verò methodo carent, nul-
lum ex his ordinẽ ſeruãt: neque enim finis
reſolutione, neque eorum quæ per reſolu-
tionem inuẽta fuerunt, cõpoſitione, neque
definitionis diſſolutione, explicationeq;
inſtituũtur: ſed varias miſtasq; res ſine or- H
dine continent: cuiuſmodi ſunt Hippocra-
tis Epidemia, Prognoſtica, Aphoriſmi, &
alia id genus, quæ nullo ordine nituntur.

Prima igitur artis inſtituendæ ratio, ex finis notione per reſolutionem fit.

Finis enim notio, principium eſt artium
quæ via ac ratione docentur. Reſoluitur
autẽ finis in ea quæ ad ipſum referũtur, ſibi
ſemper proxima, dum ad vltimũ ſit per-
uentũ. De fine nihil deliberatur: neq; enim
medicus cõſultat an ſanitatẽ tueri, aut mor
bum profligare debeat: ſed ſimpliciter fi-
nem, nẽpe ſanitatẽ, animo cõcipit: deinde,
quæ ad eam ſpectant omnia, ordine reſol- A
uit,

uit,donec ad vltimũ ſit peruentum,quod primum in cõpoſitione eſt:quibus ita reſolutis, ars cõſtituta eſſe dicitur. Quoniã autẽ artes diuerſæ ſunt,earũ quoque fines diuerſos eſſe oportet,quãdoquidẽ hæ fine maximè diſtinguũtur. Aliæ enim rem ſolùm animo cernunt:hæq; finem ſuũ in ſola naturæ rerũ contemplatione præſtituunt, vt Galenus in libro de conſtitutione artis medicæ docet:græcis θεωρητικαὶ dicũtur: in hoc genere continetur phyſiologia,cuius finis in rerũ naturaliũ contemplatione eſt conſtitutus, ſine vlla corporis actione. Aliæ finẽ ſibi in agendo ſtatuũt,nihil poſt
B actionem operis relinquentes, dicunturq; πρακτικαὶ, vt ars ſaltatoria. Aliæ artis opificium poſt actionem edunt, vocanturq; ποιητικαὶ. Atq; hæ duplices ſunt. Nam aut nouum opus efficiunt, vt ædificatoria:aut quod vitiũ fecit, reficiunt,ac recõcinnant, vt medendi ars. Aliæ verò nihil efficiunt, ſed acquirũt, vt aucupatoria, piſcatoria,& venatoria. Omnia igitur harũ artiũ genera, finis reſolutione inueniũtur:traduntur autẽ cõpoſitionis ordine. Quæ verò opus
C poſt actionem relinquunt,nõ ſolùm inueniuntur ac traduntur,vt dictum eſt, ſed & exercentur contrario ordine quo inuentæ fuerũt:vt in cõmentariis noſtris in Galeni

libros ad Glauconē docuimus. Harum porrò artiū fines, aliquādo vnicam habent eorū in quæ reſoluūtur, ſeriem: verbi gratia, veritatis cognitio finis eſt logicæ cōtemplationis: quem ita reſoluere oportet: Quoniā verū demonſtratione paritur, id ſine demōſtratione haberi nō poteſt. Demonſtrationē verò, quia ſyllogiſmus eſt, non niſi cognito ſimpliciter ſyllogiſmo ſcies. Cæterū ſyllogiſmū, vtpote propoſitionibus cōflatū, ante harū peritiā nō cognoſces. D Rurſus quoniā ſine ſimplicibꝰ vocibus propoſitiones nō diſcūtur, vt quę ex illis cōpoſitæ ſint ſimpliciū vocū vis ac poteſtas antè perdiſcenda eſt. Finis igitur logicæ cōmentationis, id eſt veritatis cognitio, primùm in demonſtrationē reſoluitur: poſteà demōſtratio in ſyllogiſmum: hic in propoſitiones: hæ verò in ſimplices voces. Nec vltrà ꝗ logicā doctrinā cōſtituit, per eius finis reſolutionē progreditur. Nihil enim ſupeſt in q̄d eius finis reſolui poſsit.

Aliquādo verò cōſtitutus finis, ꝑ plures ac diuerſos ordines reſoluitur: quod ad ſtudioſorū exercitationē exēplo patefaciemus. E Sit igitur pax finis conſtitutus: ea vel victoria, vel amicitia quærenda eſt: victoria, bello: bellū, militū copiis: milites, pecunia: pecunia verò aut iam in prōptu eſt, aut

aliun

aliũde quærẽdã. Quæritur autẽ, aut à ſubditis tributa vectigaliaq́; exigẽdo, vel mutuo accipiẽdo, vel dominia ac poſſeſsiones oppignerãdo, vel diuẽdendo. Quòd ſi his modis pacẽ quærere vel nõ libeat, vel non liceat, aliæ viæ veſtigãdæ ſunt, quibus hãc nãciſci poſsis. Quoniã igitur propoſitum finẽ in victoriã & amicitiã reſoluebamus,
F victoriã autẽ aut nullo modo, aut non cõmodè aſſequi poteramus: ad alium reſolutionis ordinẽ trãſire oportet, nempe amicitiã, quam nobis parabimus hoſti de iure cedẽdo, vel id redimẽdo. Cedẽdo de iure, amicitiã conciliamus. Redimetur autẽ vel pecunia, cuius quærẽdæ ratio modò expoſita eſt: vel ꝑmutatione, vel matrimonio.

Altera ex eorum compoſitione quæ per reſolutionem inuenta fuere.

Reſolutioni oppoſita eſt compoſitio,
G quemadmodũ græcis σύνθεσις τῇ ἀναλύσει. Itaq; qui reſoluere norunt, iidem & cõponere norũt: quãdò cõpoſitio oppoſito ordine ad finẽ regreditur: veluti hi qui cõpoſitionis ordine logicen cõſtituũt, primùm ſimplices voces, poſteà propoſitiones, deinde ſyllogiſmũ, tandem demonſtrationẽ tractant, ex qua veritatem aſſequuntur: ad quam tanquam propoſitũ finem tendunt.

Tertia uerò ex definitionis diſſolutione fit.

Definitio eſt oratio quæ rei naturã ac vim explicat: quæ, quæ rei inſunt, in vnum colligit, quibus hanc ab aliis ſeparat ac diſtinguit. Quæ autẽ rei inſunt, ea vel ſubſtantiã cõſtituũt, vel vt accidẽtia hærent. H
Subſtantiã conſtituunt genera, & differentiæ ſubſtantiales, ex eadẽ claſſe omnino, ſi fieri poteſt, deprompta. Subſtantiales differẽtias dico, nõ eas ſolùm quæ ex ſubſtantiæ genere ſumũtur, ſed & quæ rei naturã explicant, ex quocunq; genere ſint profectæ: hic enim ſubſtantiæ nomen latè patet pro quacũq; re per ſe cõſiderata. Quocirca & accidentia à ſubiectis abſtracta, per ſeq́; expẽſa, etiã ſubſtantias ſolemus appellare, cuiuſmodi eſt morbus, & febris. Itaq; ſi differẽtias & ſpecies rerũ definiendarum inuenire velimus, ſummi cuiuſque generis rationẽ notionemq́; cognoſcere oportet. A

Propoſita ergo re definienda, conſiderandum eſt ex qua ſit claſſe deprompta, deinde illi proximũ genus inueniendum: quod fiet, ſi ſummum genus in propinqua ſemper genera, vſque dum ad ſpeciẽ definiendam peruentũ ſit, diuidas. Diuidendi rationem mox docebimus. Differẽtiam

aut

autem ſubſtãtialem, propriã, & ex genere ſubſtantiæ profectam, ex primaria actione quam definienda edit ſpecies, & ad quam aliæ omnes conſpirant, cognoſcimus: non quòd velimus actiones differẽtias eſſe, ſed rerũ differentias nobis prodere: nimirum formas à quibus ipſæ eduntur, & denomi-
B nantur. Hæc omnia exẽplo manifeſtiora fient. Hominis primaria actio eſt ratiocinatio, ad quam reliquæ omnes hominis actiones cõſpirant. Eius enim gratia viuimus: ad vitæ tutelam nutrimur: nutritionis cauſa edimus, bibimus, cibũ potũq; & alia vitæ neceſſaria quęrimus, manuũ, crurum, pedũ, oculorũ, linguæ, aliarũq; corporis partiũ actionibus: quæ omnes principi actioni hominis, nempe ratiocinationi, vt dictum eſt, famulãtur. Verùm, vt iam
C monuimus, eiuſmodi actiones, differentiæ ſubſtantiales nõ ſunt, ſed differentias produnt, nimirum formas à quibus ipſæ differentiæ denominãtur. Porrò autẽ actiones etſi à forma principium motus habent, aliæ tamẽ ad corpus, aliæ ad formã magis, aliæ ex æquo ad vtrunque referũtur. Nam progredi, corporis magis eſſe videtur: ratiocinari, animi: ſentire verò, vtriuſque: omnes tamen id genus actiones, à forma proficiſcũtur, differentiasq; produnt: quarum

rum quædã propriæ ſunt, ad quas ſcilicet reliquæ referũtur, & cõſpirãt, vt rationale: aliæ cõmunes, vt ſentiens. Propria ſola cum genere definitionẽ cõſtituit: cõmunis nõ item, ſed cum aliis iuncta. Ad eũdem modũ ſubſtãtiarũ partes (nam autore Ariſtotele ſubſtãtiæ ſunt) differentias ſubſtantiales obtinent, ex primaria actione ſumptas: vt quia manus primaria actio eſt cõprehenſio, à cõprehẽdendi facultate differentiã ſumit. Partes autẽ ſubſtantiarũ, aliæ ſtatim rem cõſtituũt, vocãturq; ſubſtantiales, vt materia & forma: quarũ ſi altera deſit, res omnino nõ cõſiſtet: proinde ab his ductæ differẽtiæ, ſubſtantiales ſunt, vt animatũ corporeũ. Verùm quæ à materia ſumũtur, ab actionibus non produntur: quoniã materia principiũ actionis non eſt, ſed ſenſu percipiũtur, vt corporeum. Aliæ partes ad integritatẽ referuntur, ex materia quidem & forma cõſtantes, ſed ex ipſis nõnullæ rei deeſſe poſſunt, vt pes, manus, oculus: quarũ differentiæ, vt diximus, ſubſtantiales ſunt, non quidem totius, niſi per accidẽs, & ſecũdo loco, ſed partiũ quarum ſunt differẽtiæ. Progredi verbi gratia, crurum propria eſt differẽtia, qua ipſa ab aliis partibus diſtinguũtur: ſed hominẽ animal gradiẽs dicimus, trãſlata à parte ad totum differ

F differentia. Rurſus id genus partes aliæ vniuſmodi ſunt, ſimplices quidẽ,& eiuſdẽ generis,ratiõis,ac naturæ:quę quia vndiq; in ſui ſimiles diuidũtur, Græcis ὁμοιομερῆς dicũtur: quales ſunt nerui,caro,& oſſa: omnis enim nerui pars,nerui habet rationẽ, eiusq; nomenclaturã retinet:eadẽ eſt reliquarũ omniũ ſimpliciũ partiũ ratio. Aliæ verò partes ſunt ex ſimplicibus ortæ,diuerſarum quæq; inter ſe rationũ,ac naturarũ: ideò ἑτερογενῆς Græci, nos multiformes & diuerſi generis partes appellamus: quales ſunt pes,manus,oculus,quæ(vt modò dicebam⁹) abeſſe poſſunt. Sũt ex noſtris ꝗ has G diſsimilares illas ſimilares vocãt. Porrò aũt ſimpliciũ partiũ quędã primariò agũt, vt in oculo humor cryſtalloides:quædam primariò agẽtibus famulãtur, vt alii oculi humores,& tunicæ: atq; ex omniũ harum actione affectioneq; & officio differentiæ ſumuntur. Cõſiderandũ igitur eſt,nõ in ſubſtantiæ modò,ſed in omniũ aliarũ rerũ generibus, quid vnũquodq; natũ ſit agere, & quid pati: vt docet Galenus in libro de curãdi ratione.Nam & ab his differentiæ ſubſtãtiales ſumũtur: vt caloris munus H eſt ſimilia cogere, & diſsimilia ſequeſtrare: nigroris, viſum cogere: alboris, diſsipare. Quæ igitur ab his ducũtur differentiæ,

ſubſt

ſubſtantiales ſunt. Sed quoniã harum penuria laboramus, aliunde quoque veſtigandæ ſunt: nimirum à proprio accidente, cauſis, effectis, officiíſve, & partibus rei definiendæ: quæ nõ aliter atque veræ differentiæ, rerũ ſubſtantias diſcernunt: ſed earum naturã ac vim minus exprimũt. Vbi igitur ſubſtantialis differentia deeſt, proprio vtimur accidente. Propriũ dico, quod cum re definienda conuertitur, eiuſq́; proprietatem ac affectionẽ oſtendit: vt ridere, flere: quod à vera differẽtia diſtinctum eſt: hæc enim non ſolùm rem à re diſtinguit, ſed & eius naturã exprimit: proprium verò ſolã affectionẽ oſtẽdit. Homo enim quia ratiocinatur, eſt homo: non autẽ quia ridet, aut flet. A cauſis differẽtiæ petuntur. Cauſa alia efficiens, alia materia, alia forma, alia finis. Efficiens cauſa, vt finit Ariſtoteles, eſt quæ primùm mouet. Nos latius vſurpantes, cauſam efficientem eſſe dicimus, nõ ſolùm à qua primò fit motus, ſed ſimpliciter quæ rei efficiendæ præbet operam, ſiue primò ac per ſe, ſiue ſecundo loco & per accidens, ſiue vt inſtrumẽtum: quod & Galenus libro 1. De locis affectis ſentire videtur. Eius verba ſunt: Id quô tãgente afficimur, & quô ſeparato affectus quieſcit, cauſam eſſe, apud omnes homines A B

in

in confeſſo eſt. Morbus, verbi gratia, primaria eſt cauſa læſæ actiõis: putris humor, morbi: putredinis, obſtructio. Eiuſdẽ veræ læſæ actiõis, putredo & obſtructio cauſæ per accidens & ſecundo loco ſunt. Pari modo iecoris facultas, ſanguinis eſt effectrix cauſa: natiuus calor, inſtrumentum: quod quidẽ & efficiẽtis cauſæ habet rationẽ: queadmodũ faber eſt domus efficiens
C cauſa, ſecuris verò inſtrumentũ. Porrò autem cauſæ efficiẽtes, aliæ perpetuò effectũ comitãtur, quales ſunt internæ. Aliæ abeſſe poſſunt, quales ſunt quas προκαταρκτικὰς Græci, nos euidẽtes ac externas dicimus: vt Solis ardor, diariæ febris eſt cauſa etiã ſi à deurendo ceſſauerit. Eiuſmodi cauſæ vel neceſsitate naturæ, vel opificis arbitrio agunt. Ab his igitur cauſis efficientibus internis, & quæ effectum comitantur, neceſſarioq; agunt, ſiue ſolæ ſint, ſiue cum aliis adiutricibus iunctæ, differentiæ veræ ſumuntur: vt pòſt fuſius explicabimus.
D Materiam dicimus, quæ formas recipit. tam quæ naturæ ope prouẽniunt, quàm quæ artificio fiunt. Quæ naturales formas recipit, aut ſimplex eſt atque impermixta, aut compoſita. Simplicem Ariſtoteles primam vocat: quòd, vt arbitror, primorum corporũ, quæ elemẽta dicũtur, formas re-

cipiat. Cõpoſita ex quatuor elemẽtis cõ-
ſtat, quorũ contẽperamẽto reliqua omnia
generãtur. Dicitur & materia, ex qua ali-
quid efficitur, aut naſcit: vt pannus ex quo
veſtis fit: queadmodũ ex lapidibus, lateri-
bus, lignis, gypſo, domus: ex ære, cera, plũ-
bo, & id genus aliis, ſtatuæ: ex humorum
prauitate, morbus: ex qualitatũ cõueniẽ-
tia, quã ſymmetriã vocãt, & inſtrumẽto- E
rum apta cõpoſitione, ſanitas. Ex virtute
honor. Materia quoq; dicit, ſubiecta res,
in qua artes verſantur: vt humanũ corpus
medicinæ eſt materia. Forma eſt per quam
res quæq; habet vt ſit id quod eſt, & nõ a-
liud. Formæ quædã à natura proueniunt,
cuiuſmodi eſt hominis, equi, leonis. Quæ-
dã artificioſæ ſunt, vt ſtatuę. Naturalis for
ma, motus ſiue actionis, vt modò diceba-
mus, eſt principium: proinde & effectricis
cauſæ rationẽ obtinet. Ex his cõſtat, natu
ralẽ formã, queadmodũ & materiã, dupli- F
cẽ eſſe: ſimplicẽ, & cõpoſitã. Simplex eſt,
quæ ſimplicem imperfectãq; habet natu-
rã: cuiuſmodi ſunt elemẽtorũ formæ, quas
prima, vt dixi, materia induit. Cõpoſita,
nõ quæ ex pluribus formis conſtet, (ea e-
nim reuera vna eſt, nõ plures) ſed quòd plu-
rium & perfectiorum motuũ, quàm ſim-
plex, principium ſit: vt ſtirpiũ forma, quæ
vege-

vegetandi vi donata eſt:cuius motus per-
fectior,diſtinctior,atque vt græci inter-
pretantur,ποικιλώτερος exiſtit. In vegeta-
tione cōtinentur attractio,retentio,cōco-
G ctio,aſsimilatio,& alii id genus vegetatri-
cis facultatis motus,quas naturales actio-
nes appellamus:de quibus fuſiſsimè Gale-
nus in libro de facultatibus naturalibꝰ ſcri
pſit. Eadem ratione,rerum multiformium
(quas antè à græcis ἑτερογενῆς vocari dixi-
mus,hoc eſt quæ nō ex elementis ſolū ge-
nitæ ſunt,ſed mixtis naturis ex elementis)
forma diſtinctior perfectiorq́; eſt. Atq; hæ
ipſæ res quo melius cōtẽperatæ fuerint,e-
laboratiusq́; à natura permixtæ,eo cōpo-
ſitiorem,diſtinctiorē,ac perfectiorē habēt
formā:proindeq́; motus plures,ac perfe-
H ctiores. Elementa enim perfectione & nu
mero actionū,plātæ antecedunt:plātas au
tem animalia:homo verò hæc omnia:quo-
niā omnium quæ in hoc orbe genita ſunt,
tẽperatiſsimus eſt,ac elaboratiſsimꝰ,& ve
lut naturæ opus abſolutiſsimū,perfectiſsi
mumq́;. Finis eſt,cuius gratia aliquid fit: vt
muſculus mouēdi cauſa. Finis autē,omniū
cauſarum prima,eademq́; vltima eſt. Pri-
ma quidem, quia in omnibus quæ fiunt,
hanc primò conſyderamus,animoq́; conci
pimus. Vltima verò,quòd vltimò accidat.

Quocirca hanc Ariſtoteles οὗ ἕνεκα,id eſt cuius gratia vocauit. Nam finis gratia fit quicquid fit:vt proba cibi cõcoctio, ꝓpter ſanitatem:cibi in ventris imum deſcenſus, A propter probã concoctionẽ:deambulatio poſt cœnã,vt cibus in ventris fundum deſcendat. Nam cũ ori ventris hæret,improbè coquitur,proindeq; corrumpitur. Finis quoque perfectiſsima ac potiſsima cauſa dicitur:vt qui ſit aliarum omniũ cauſa. Nam propter hunc reliquæ cauſæ accidunt. Materia enim formam expetit:formã, agens cauſa,finis deſyderio in materiam inducit. Hæc de cauſis fuſius explicauimus,ad eorum quæ antè de differentiis ſubſtãtialibus diximus,faciliorem intelligentiã. Ab effectu officioq; ſumuntur differentiæ:vt B natiui caloris effectus eſt concoctio,alieni corruptio. Medici officium eſt vitã tueri,venefici demoliri. Partes quoque pro differentiis vſurpãtur:vt, Corporis humani partes ſunt,caput,thorax,vẽter,&c. Medicinæ,ſalubre,morboſum,neutrũ. Optimæ igitur definitiones ex genere ſemp,& ſubſtantialibus differẽtiis,ſi omnino fieri poteſt,cõſtituũtur. Ex cauſis etiã vel aliquibus vel omnibus definitiões cõſtituũtur. Interdũ enim vna,interdũ plures,interdũ oẽs cauſarũ differẽtiæ ĩ definitionẽ

cõſt

C cõſtituẽdã adſciſcuntur. Ex effectu quoq; ſeu officio, & ex partibus fiũt definitiões. Ex differẽtiis ſubſtãtialibus ad hunc modũ, Homo eſt animal rationale. Ex cauſis, efficiẽte quidẽ, vt, Cibi cruditas eſt improba cõcoctio, ex alteratricis facultatis imbecillitate nata. Ex affectib⁹, vt, Morbus eſt affectus præter naturã, actionẽ primariò lædens. Ex partibus, vt, Muſculus eſt pars corporis ex neruis & carne cõſtãs. Ex fine, vt, Domus eſt habitaculũ quo nos noſtraq; ab externis iniuriis tuemur. Quoniã autẽ artes oẽs ac ſcientiæ in qualitatis
D genere ſunt poſitæ, differentias à ſubſtantiæ genere nõ habent, ſed magna ex parte ab earũ officio, fine, & partibus: vt, Medicinæ officiũ eſt, quod in corpore deeſt, ſarcire: & quod ſuperuacaneũ eſt, detrahere. Ideò medicinã appoſitionẽ & detractionẽ eſſe definit Hippocrates. Eiuſdẽ ſciẽtiæ finis eſt ſanitas: quare ab hac ſumpta differẽtia, Medicina eſt ars quæ tuẽdæ valetudini dicata eſt. Eius quoq; ſciẽtiæ partes ſũt ſalubre, morboſum, & neutrũ. Quocirca medicinã ab his ſumpta differẽtia ſciẽtiã eſſe ſalubriũ, morboſorũ, & neutrorũ, docet Galenus. Eiuſmodi definitiones oẽs,
E quia totius medicinæ capita cõtinẽt, optimæ ſunt. Nã adiectio & detractio, res quæ

homini adminiſtrãtur tã ad ſanitatẽ tuendã, q̃ ad præcauendum à futuro morbo, & præſentẽ profligãdũ, cõtinent, cuiuſmodi ſunt quæ Galenus aſſumẽda, faciẽda, foris incidẽtia, & excernenda ſiue vacuãda vocat. Aſſumunt enim, cib⁹, potus, aẽr attractus, medicamẽta intrò adhibita. Efficiuntur verò frictio, ambulatio, vectio, equitatio, & oĩs alia corporis exercitatio: in hoc genere cõtinent, ſomnus, vigilia, ven⁹, animi affectus. Foris incidũt aẽr circũductus, vnguẽta, lauacra, & alia id gen⁹. Vacuãda F ſunt, quæ ĩ aluo iecore, liene, venis & arteriis, reliquiſq; corporis partib⁹ ſuperuacua tã ſecũdũ q̃ præter naturã colligunt. Hæc igit oĩa, nẽpe aſſumẽda, faciẽda, foris incidẽtia, & excernẽda, corpori rectè adminiſtrata, adiiciunt quæ deſunt, & detrahunt quæ ſuperuacua ſunt, ꝓindeq; ſanitatẽ tuẽtur, & morbos arcẽt, profligãtq;: improbè verò adminiſtrata, morbos acceſſunt. Vt autẽ ꝓbè adminiſtrẽtur, neceſſaria eſt corporũ & morborũ cognitio, deinde ſignorũ, poſteà cauſarũ. Aliter enim ſanis, aliter ægrotis adminiſtrant. Quoniã autẽ ſanorũ nõ vna eſt natura, ſed alii oĩno tẽperati G ſunt, alii à mediocritate citra morbũ deflectunt: temperatos oĩno in ſuo ſtatu ſeruamus, quod exhauſtũ eſt reficiẽdo: (aſsiduè enim

enim ꝓpter inſitũ calorẽ aliquid ex ſubſtã
tia noſtra defluit, vt poſteà dicetur) & ex-
crementa, quæ neceſſariò ex aſſumptis in
corpore colligunt, expellẽdo: quod fit me
diocriter adminiſtratis his quæ modò re-
tulim⁹: vt ex Galeni libris de ſanitate tuẽ-
da videre eſt. Eos autẽ qui à mediocritate
abſunt, iiſdẽ præſidiis aut ĩ ſuo ſtatu ſerua
H mus ſimilib⁹, aut ĩ meliorẽ reducim⁹ cõtra
riis adhibitis, tãto exceſſu, quãtũ natiua tẽ
peries à mediocri ſtatu recedit. Aegrotos
quoq; à morbo vindicãt tãto exceſſu mi-
niſtrata, quãtũ morb⁹ à naturali ægrotãtis
tẽperamẽto receſsit: vt ex Galeni metho-
do curãdi cõſtat. Ex his liquet propoſitã
definitionẽ nõ ſolũ gñalia, ſed & gñalibus
ſubiecta totius medicinæ capita cõtinere.
Primũ enĩ gñalia capita cõplectitur, nẽpe
φυσιολογικήν, id eſt eã partem quæ de hoĩs
natura tractat: αἰτιολογικήν, in qua rerũ tã
quæ ſecundũ naturã, quàm præter naturã
homini inſunt, cauſæ veſtigantur, ὑγιεινήν,
A quæ ſanitatem tuetur, venientibusq́; mor-
bis occurrit: σημειωτικήν, quæ vtriuſq; va-
letudinis, nempe proſperæ & aduerſæ ſi-
gna docet: θεραπευτικήν quæ curandorum
morborũ rationem obtinet. Rurſus φυσιο-
λογικὴ de hominis elementis, humoribus,
ſpiritibus, temperamentis, partibus, earũq́;

facultatibus & actiõibus tractat. αἰτιολογικὴ rerũ non ſolùm naturaliũ, ſed & præter naturã cauſas diſquirit, nẽpe ſanitatis, probæ actionis, & qualitatũ ſanitatẽ conſequentiũ, excremẽtorũq;, quæ ſanitatem probamq; actionẽ cõſequuntur: morbi actionis læſæ, qualitatũ morbos cõſequentiũ, excrementorũ, immodicæ vel expulſionis vel ſuppreſsiõis: ὑγιεινὴ victus rationẽ, quæ in agẽdis, aſſumẽdis, foris incidẽtib⁹, & educẽdis cõſiſtit, cõtinet. θεραπευτικὴ, quæ curãdi per medicamenta rationẽ continet, φαρμακευτικὴν appellãt: & ea quæ manib⁹ medetur, χειρουργικὴ dicitur. Vides igitur vniuerſam medẽdi rationẽ ſub adiectione & detractione cõtineri. Quòd verò definitio quæ ex partib⁹ deſumpta eſt, totius artis capita cõplectatur, ex hoc Galeni opere quod enarrãdũ ſuſcepim⁹, perſpicuũ eſt: quẽadmodũ & ea quæ ex finis notione fit. Finis enim omnia in quæ reſoluitur, cõtinet: quæ capita ſunt totius artis: vt ex Galeni ope de cõſtitutiõe artis medicæ liquet. Hactenus de ſubſtãtiali definitiõe. De ea autẽ quæ ab accidẽtibus ſumitur, diſſerẽdũ eſt, Græci νοηματικὴν appellãt: ꝙ (vt arbitror) rẽ velut inſpiciendã intelligẽdãq; ſenſib⁹ obiiciat. Ea verboſius rẽ exprimit: ꝓinde oratorib⁹ ac poëtis B C
eſt

eſt peculiaris. Hac tñ Philoſophi & Medici, vbi verarũ differentiarũ penuria laborãt, aut aliter res exprimere non poſſunt, vtũtur: quod in ope de medicinali materia
D Dioſcorides fecit. Supereſt vt de reliquis trib⁹ methodis diſſeramus, quæ ſunt diuiſio, demonſtratio, & reſolutio. Diuiſio ad artis perfectionẽ nõ parũ habet momenti, vt quæ ſine cõfuſione omnia ordine collocet, diſponatq;: & dilucidè ac perſpicuè, nõ aliter atq; definitio, rẽ explicet: imò ad cõſtituendã definitionẽ plurimũ cõferat: ſeparetq; ac reiiciat quæ ad artẽ tractandam nihil attinẽt. Diducto enim genere in ſuas ſpecies per differentias, quod vtile eſt, adſumitur: quod verò inutile, reiicitur. Propriè autẽ genus in ſuas differentias diuidimus, cuiuſcunq; ſit ordinis: vt affectũ præter naturã, in morbum, cauſas, & ſymptomata: morbum, in ſimpliciũ partiũ, inſtrumẽtorũ, & cõmunẽ affectũ. Quoniã autẽ
E paucæ (vt prius monuimus) ſunt veræ differẽtiæ, paucæ quoq; erunt diuiſiones quæ per veras differẽtias fiant. Cõſtituẽdæ igitur & aliæ diuidendi rationes ſunt, quibus in diſciplinis vti liceat: cuiuſmodi ſunt totius in ſuas partes, ſubiecti in accidẽtia, accidẽtis in ſua ſubiecta, accidẽtis in alia accidẽtia, & vocis in ſua ſignificata. Totius in

partes diuiſio, quæ partitio dicitur, eſt rerũ diſcretus in partes ordo: vt domus in tectũ, parietes, & fundamẽta. Medicina, in ſanitatis tuẽdæ, & morbi profligãdi facultatẽ. Subiecti in accidẽtia, varia eſt: quæcũq; enim alieni ſunt generis à re ſubiecta, nũc F accidẽtia dicimus. Quoniã autẽ nouẽ genera ſunt quæ de altero dicũtur, nouem erunt diuiſionis ſubiecti in ſua accidẽtia, differentiæ: vt, Animal aliud bipes, aliud quadrupes. Animal aliud ferũ, aliud mãſuetũ. Homines alii domini, alii ſerui, alii neutri. Animal aliud ſpontè, aliud patris efficacia gignitur. Animantiũ aliud ſentit, aliud ſenſus expers. Flores alii æſtate, alii autumno, alii vere, alii hyeme naſcũtur. Animal aliud in aquis, aliud in terra degit. Animalia alia prona incedunt, alia recta. Animalia alia teſta integũtur, alia pelle. Accidẽtis in ſubiecta diuiſio eſt, cũ ipſum accidẽs in ea quib' G ineſt, diuiditur: vt, Sanitas alia ſimplicium partiũ, alia inſtrumentorũ. Accidẽtis verò in accidẽtia, cũ res aliqua de accidẽtiũ numero in alia accidẽtia diuiditur: vt, Linea alia recta, alia obliqua. Febris alia breuis ſiue acuta, alia diuturna. Vocis diuiſio (ſi modò diuiſio dici poteſt) eſt, cũ vocis ambiguæ ſignificata recẽſemus, vt cãcri ſignificata ſunt, morbus, ſignũ cæleſte, & animal

aqua

æquatile. Hæc enim diuiſio in diſciplinis
neceſſaria eſt, ne vocabuli ambiguitate de
cepti erremus. Hæc de diuiſione. Quoniã
H autẽ de definitione ſuprà abundè diximus,
rurſus de ea nũc diſſerere ſuperuacaneũ fo
ret. De reſolutione igitur dicamus. Reſo-
lutio alia eſt finis in ea quæ ad ipſum refe-
rũtur: alia effectus ĩ ſuas cauſas: alia cauſa-
rũ in ſuos effect⁹. Ex priore artes oẽs quæ
via ac ratione tradunt, inueniũtur: vt antè
declaratũ eſt. Ex duabus poſterioribus, in-
uẽtę per finis reſolutionẽ diſciplinę, ꝑficiun
tur. Effect⁹ reſoluit in ſuas cauſas ſemper
proximas, vſq; ad poſtremas, vt cauſus fit
ex humorũ calidorũ putredine: putredo à
prohibita trãſpiratiõe: ꝓhibetur trãſpira-
tio ab obſtructiõe, vel cõſtrictione: obſtru
ctio autẽ, humorũ craſsitie, vel lẽtore, vel
multitudine fit. Hæc ab antecedẽte victus
ratione, cõſtrictio, vel à frigore fit, vel à re
A bus foris incidẽtib⁹, vi ſtringẽdi ꝓditis, vt
aqs aluminoſis. Cauſus effect⁹ eſt ac ſobo-
les putredinis: putredo, impeditæ trãſpira-
tiõis: impedita trãſpiratio, obſtructiõis vel
cõſtrictiõis: obſtructio, humoris craſsi, vel
viſcoſi, vel redũdãtis: cõſtrictio, frigoris,
vel rei ſtringẽtis. Cauſa reſoluitur in ſuos
effectus, vt pleuritis in ſpirãdi difficultatẽ,
dolorẽ lateris lancinãtẽ, febrẽ aſsiduã &c.
Demon

Demonſtrationem autem ſyllogiſmũ epi-ſtemonicum eſſe, id eſt ratiocinationem, quæ ſcientiã parit, docet Ariſtoteles in poſterioribus analyticis. Habet enim vim cõcludendi efficiendiq; veri: cauſamq; nõ ſolũ cõcluſiõis, ſed & rei demõſtrãdæ continet: hoc eſt, cauſa eſt cur aliqd cõcludatur: & cur id quod cõcluditur, verũ ſit. Siue enim p cauſam effectus, ſiue per effectũ cauſa demõſtretur, ſemper demõſtratio cauſa eſt cur verũ cõcludatur. Eſt enim duplex demõſtratio: altera, cũ cauſa effectum demõſtrat: altera, cũ effectus cauſam: vt pòſt dicetur. Demõſtrationẽ tria abſoluũt: primũ ſubiectũ, vt redundantia humorũ: ſecundũ, id quod competere ſubiecto ſignificatur, prædicatũ vocant: vt curatio quæ vacuatione fit: tertiũ, pronũtiata, ſiue principia, vt, Contraria cõtrariis curantur. Sic igitur demonſtrationẽ connectemus, Contrarii affectus cõtrariis remediis perpetuò curãtur: humorũ redundantia affectus eſt vacuationi remedio contrarius: ergo humorũ redũdãtia vacuatione curatur. Subiectũ dicimus, eã naturã cui ineſſe aliquid oſtẽdimus. Prædicatũ autẽ, affectionẽ quã ineſſe ſubiecto demõſtramus. Principia verò ſunt neceſſariæ propoſitiones, quæ demõſtrationem nõ recipiunt, per quas prædica

D dicatum ſubiecto ineſſe concludimus. In primis igitur propoſito genere ſubiecto, vidẽdũ eſt quid ipſum ſit: pari modo quid prædicatũ, & an id ſubiecto generi cõpetat. Antequã autẽ quid res ſit cognoſcamus, ſcire cõuenit qd eius nomine deſignetur: deinde quæ ſit ipſius rei notio. Quid verò nomẽ ſignificat, ex vſu & loquẽdi cõſuetudine diſcendũ eſt: id autẽ clarũ ſit, ac vſitatũ: & ab artis quæ tractatur peritis receptũ. Nos enim plerũq; artis vocabulis, tanquã caſtrẽſibus, etiã ſi parũ latina multis videtur, vti cogimur. Vbi autẽ de nomine cõuenit, rei notio habẽda eſt, ex cõmu-
E ni videlicet omniũ cõſenſu: alioqui principiũ non eſſet. His conſtitutis, rei ſubſtãtia veſtigãda eſt. Veſtigamus autẽ ex eius definitione: quæ quemadmodũ cõſtitui debeat, antè proditũ eſt. Vocis igitur ſignificatũ, nõ minus quàm principia, in demonſtratione eſt neceſſarium: imò inter principia ipſum collocat Gal. quẽadmodũ rei notionẽ & definitionẽ. Nã qui hæc ignorat, ad demonſtrandũ ineptiſsimus eſt. Conſiderãdũ porrò eſt an propoſita res ſimplex ſit, an multiplex. Si ſimplex, definiẽda eſt. Si verò multiplex, primùm quidẽ definien-
F da eſt, poſteà autẽ diuidẽda in ſuas ſpecies ac differẽtias ſubſtantiales: quæ rurſus diuiden

uidendæ ſunt, dum ad indiuiduas ſit peruentũ: ac omnes prius ſuo ordine definiendæ. Sit igitur de morbo verbi cauſa diſputatio inſtituta: In primis quid morbi nomine deſignetur, inquirẽdum eſt: deinde quæ ſit eius notio: poſteà quænam ſit ipſius ſubſtantia. Quid autem morbus ſignificet, ex conſuetudine vtentium nouimus: eius autem notionẽ omnes fatentur eſſe, cũ actionum aliqua vel male obîtur, vel omnino nõ obîtur. Sic enim omnes tum nomen, tũ notionem morbi vſurpãt. Poſteà verò definitio inquirẽda eſt ex eius genere, & differentiis ſubſtantialibus. Genus eius eſt affectus: differẽtiæ, præter naturã, primariò actionẽ lædens: quibus ab aliis affectibus diſtinguitur. Definitum autem morbum, quoniam multiplex eſt, in ſuas differẽtias diuidere oportet ea via ac ratione qua Galenus in lib. de morborum differentiis eſt vſus. Ad eundem modum prædicati natura diſquirenda eſt. Ipſum autem ſubiecto ineſſe cõcludimus per principia, vel per ea quæ ex principiis confirmata ſunt. Principia ſunt propoſitiones neceſſariæ, demonſtrationem non admittentes, medioq; carentes, Græci ἀμέσας, vulgus noſtrum immediatas vocat: non ſolùm priores, ac notiores, ſed & primæ, ac notiſsimæ, & ſcien- G H

tiæ

tiæ cuius ſunt principia, propriæ, cauſæq; cóclutionis. Nã ſi confirmari per alia principia poſſent, ipſiſq; aliæ propoſitiones ſuperiores eſſent: principia non haberentur. Cõfirmari per alia principia dixi, quoniam ex ipſis nõnulla habẽtur quæ nõ ita perſpicua ſunt, vt aliena luce nõ egeant. Neceſſarias quoq; eiuſmodi propoſitiones eſſe oportet: quoniã ſcientiã, id eſt perpetuã veritatẽ parere debent. Ex accidẽtibus enim
A quæ non neceſſariò inſunt, conciliari ſcientia nõ poteſt. Neq; rurſus quod falſum eſt, vt neceſſariũ cõcluditur. Cęterùm eiuſmodi propoſitiones, non ſolùm priores ac notiores, ſed & primæ ac notiſsimæ ſunt: quoniã non ſolũ concluſionẽ antecedũt, ipſaq; notiores ſunt, ſed ipſis aliæ priores ac notiores nõ inueniũtur. Ab his enim lucẽ cõcluſio ſumit: ideò & ipſæ concluſione ſunt clariores. Sẽper enĩ illud tale eſt magis, vt docet Ariſt. ob quod vnũquodq; eſt tale. Quare ſi ob priora notioraq; credimus & ſcim⁹, vt idẽ ſcribit, & illa ſanè credimus & ſcim⁹ magis. Itaq;, q̃ ex diſiũctis ſeparatíſve cõnectunt ratiocinatiões, demõſtratio
B nes nõ ſunt: qa ſumptiões nõ ſunt cõcluſione notiores: vt, Oĩs numerus eſt par vel impar, denari⁹ eſt numerus, ergo denarius eſt par vel ĩpar. Cõcluſio enĩ nõ min⁹ eſt nota, quàm

quàm, ex quibus naſcitur, propoſitiones. vtræq; enim notiſsimæ ſunt, ſuaq; luce claræ. Ad hæc, principia nõ ſolùm concluſionis, ſed & rei demõſtrandæ ſunt cauſæ: id eſt non ſolùm efficiunt vt quid concludatur, ſed & vt quod p cõcluſionẽ ſignificatur, verũ ſit. Neq; enim ſatis eſt ſumptiones inferre cõcluſionẽ, ſed & veritatis per cõcluſionẽ ſignificatæ cauſas eſſe: alioqui principia falſa haberi poſſent, vt, Hippocẽtauri fel bilem è corpore trahit: ergo corpus ab affectu bilioſo vindicare idoneum eſt. Prior enim propoſitio cauſa eſt cõcluſionis, ſed veritatis per hãc ſignificatæ cauſa non eſt, quoniã concluſio vera non eſt. C
Cæterùm id genus principia, vaga & communia non ſint, qualia dialectica ſunt, ſed eius diſciplinæ cui⁹ ſunt principia, propria, impromiſcuaq;: & ad ea tantùm pertinentia, quæ certo genere continentur, niſi pro qualitate & materia ſubiecta cũ reſtrictione præſcriptioneq; vtamur. Si qua tamẽ id genus principia reſtrictionem admittant, propriorum vice vti licebit: vt, Si ab æqualibus æqualia demantur, quæ reſtant, ſunt æqualia. Commune enim principium eſt Geometriæ & Arithmeticæ. Sed Geometra, addita voce magnitudinibus ad hunc modum, Si ab æqualibus magnitudinibus D

æqua

æquales demãtur &c. in demõſtratione vti tur: Arithmeticus verò addita voce numeris, hoc modo: Si ab æqualibus numeris &c. Quoniã autem notiora & priora, bifariã dicuntur, nimirũ nobis, & natura: duplex erit principiorum ortus. Altera enim rei natura
E gignit, ſine vllo ſenſuũ adminiculo: altera experientia, ab apparentibus enim ſenſuiq; peruiis naſcũtur. Ex his igitur quæ rei natura gignit, alia generaliſsima maximeque vniuerſalia ſunt, & longiſsimè à ſenſibus poſita, ex ſe notiſsima: vt, Totum qualibet ſua parte maius eſt. Alia verò etſi per ſe nota exiſtunt, non tamen tam clara ſunt, vt aliqua declaratione ac perſuaſione non egeãt: nempe inductione, aliáve dialectica probatione: atque hæc à docentibus accipimus: qualia ſunt quæ quia concedi petuntur, poſtulata dicuntur: vt, A puncto in punctum re
F ctam lineam ducere, hoc enim principium, neq; ſtatim ſua luce perſpicuum eſt, neq; per aliud demonſtrari poteſt, ideò à docente declarari ac perſuaderi debet. Principia autem ab apparentibus ducta, vniuerſalia quidem ſunt, ſed ſenſibus propinquiora: ideò nobis nota dicuntur. Apparentia, vt docet Galenus, duplicia ſunt: quædam ſtatim ac per ſe cognoſcũtur, vt ignis calor, niuis frigiditas. Quædam non ex ſe nec protinus, ſed

per alia, vt ignis per fumum: quemadmodũ in Virgiliano Bucolico,

Et iã ſumma procul villarũ culmina fumant. G
ſignificat enim in foco ignem eſſe. Pleuritis nõ per ſe cognoſcitur, ſed per ſpirãdi difficultatẽ, lateris lancinãtem dolorem, &c. Ab vtriſq; apparẽtibus principia ducũtur: Prioribus ad hunc modũ: Si quis in plures inciderit qui inſigniter vulnerata parte aliqua vitæ neceſſaria interierint, ratiocinandoque illos inuenerit neque virtutis neque remediorũ defectu interiiſſe, ſed ob partis vſum vitæ neceſſarium, hoc principium cõſtituet: Si quis in parte aliqua vitæ neceſſaria inſigniter vulneratus ſit, moritur. Eiuſmodi principia apud Hippocratem permulta inueniuntur, cum in aliis locis, tum maximè in H
Aphoriſmis. Poſterioribus ſic: Si in pluribus diſſectis, pleuritis, id eſt lateris inflãmatio reperta ſit, in quibus hæc ſymptomata ante interitum viſa fuerint, nempe ſpirandi difficultas, lateris dolor pungens, aſsidua febris, tuſsis, & ſimilia: hoc principium conſtituet: Si hæc ſigna adſint, pleuritis adeſt. Eiuſmodi enim principia etſi à ſenſu ortum habent, ab intellectu tamẽ formantur, vniuerſaliaq; fiunt. Omne igitur principiũ ſiue rei natura genitũ ſit, ſiue à ſenſibus ortũ, ſemper vniuerſale eſt: in eoq; prædicatũ de omni ſub- A
iec

iecto per ſe,& vt ipſum eſt,ac primò dicitur.
Omni enim & ſemper ineſſe ſignificatur
per ſe,non per aliud,nec per accidẽs,ſed pri-
mò,& ſine alterius interuẽtu,ſubſtãtialiter,
& vt ipſum eſt. Ex quo liquet,candorẽ, etſi
omni ineſt,nõ per ſe,ſed per accidens, olori
ineſſe, Neque per ſe febri corporis functio-
nes lædere:quia neq; febri vt febris eſt,neq;
primò, ſed vt morbo ineſt. Nam febris vt
morbus eſt,corporis actionẽ lædit. Morbo
enim vt morbo primò ineſt actionem læ-
dere. Per ſe itaque ineſſe Ariſtoteles tra-
B dit,quæ in ratione ſunt quid eſt dicẽte:hoc
eſt quæ ſubſtantialiter inſunt, ſubſtantiæ-
que rationẽ cõſtituũt, eiuſq; vim ac naturã
explicãt:cuiuſmodi ſunt genera, differẽtiæ,
atq; adeò ipſę definitiones:de quibus omni-
bus abũde paulò antè diſputatum eſt. Quæ
igitur ad hũc modũ rebus per ſe inſunt, vni
uerſaliter inſunt:& cõtrà quæ ſic vniuerſali
ter rebus inſunt,ea & per ſe inſunt. Quo fit
vt huius vocis,per ſe,ad hunc modum vſur-
patæ, plurimus maximusque ſit in demon-
ſtratione vſus. Sunt & alii modi vocis per
ſe, vt idem autor docet: Vnus, cum ſubie-
C ctum in prædicati rationem explicandam
adſciſcitur: vt numero per ſe paritas ineſt,
quia in paritatis definitionem numerus ad-
ſumitur; vt, paritas numerus eſt qui in duo

æqua diſtribuitur. Ad eundẽ modũ, ſimitas ineſt naſo, quia in eius definitione naſus collocatur: vt, ſimitas eſt naſi depreſsio. In ſumma, quotieſcunq; in cõſtituendis accidentiũ definitionibus ſubiecta promũtur, ſubiectis per ſe accidẽtia ineſſe dicũtur: vt quia in rectitudinis definitione linea adhibetur, lineę per ſe rectitudo ineſt, ſiquidẽ rectitudo mẽſus eſt, qui ſuper lineæ pũcta indecliuis eſt. Sic & volũtati virtus per ſe ineſt, quia in virtutis definitione voluntas collocatur. Eſt enim virtus, volũtatis habitus ad agẽdũ ſecundũ rectã rationẽ impellens: Eodẽ modo morbus corpori ineſt per ſe, quia in eius definitione corpus ponitur. Nã morbus affectus eſt præter naturã, corporis actionẽ primariò lædẽs. Quæ autẽ ſic per ſe inſunt, vniuerſaliter nõ dicũtur, niſi de omni dicãtur: vt quia non omni numero ineſt paritas, non omni lineæ rectitudo, non omni corpori ægritudo, hæ nõ ſunt vniuerſales: Numerus eſt par, linea eſt recta, corpus eſt ægrum. Paritas tamen numero per ſe ineſt, & vt numerus eſt: lineæ rectitudo per ſe, primò & vt linea. Addit idem autor alium modum eiuſdem vocis, nimirum cum ſubiectũ prædicati eſt cauſa: vt, Iugulatus interiit. Iugulatio enim interitus eſt cauſa. Cauſam intelligo, quæ per ſe ſit, & proxima, neceſſariaq;. Cũ igit

D

E

igitur ſubiectū prædicati ad hunc modū eſt
cauſa, propoſitio erit vniuerſalis. Quòd ſi
ſubiectū prædicati cauſa proxima & per ſe
nō ſit,nec neceſſaria,vniuerſalis propoſitio
nō erit:vt, Febricitās interiit. Cauſa mor-
tis,febris eſt : ſed non neceſſaria, nec per ſe,
nec proxima.Poteſt enim aliquis febricita-
re,& nō interire. Præterea febris cauſa pro-
F xima nō eſt mortis, ſed ſubſtātiæ corporis
immutatio : immutatio verò, ſi quidem eſt
vehemens,mortis. Pari modo hæc vniuerſa-
lis non eſt : Pleuriticus moritur. Pleuritis
enim etſi cauſa eſt mortis, nō tamen per ſe,
proxima, & neceſſaria eſt. Pleuritis enim
mortem neceſſariò nō inuehit:nā multi ex
pleuritide ſani euadūt. Nec ſi mortē infert,
primò infert. Nā prius ſpirandi difficultatē
inuehit:difficultas ſuffocationē. Niſi igitur
hæc prædicato inſint,nēpe vt de omni ſubie-
cto dicatur,ꝑ ſe,primò, & vt ipſum eſt,vni-
uerſaliter dici non poterit. Neq; enim ſatis
G eſt vt de omni dicatur, ſed & per ſe, ad mo-
dos declaratos, & vt ipſum eſt. Sunt porrò
inter has propoſitiones vniuerſales, in om-
ni diſciplina quædam nobis inſitæ, ingeni-
tæq;, atque ſua natura omnibus vel idiotis
cognitæ:proinde communes animi ſentētiæ
dicuntur, has vniuerſaliſsimas, & à ſenſibus
remotiſsimas, prius eſſe diximus:cuiuſmodi

ſunt in gubernanda republica: Societas humani generis eſt cõſeruanda: Honeſtè viuẽdum eſt: Ius vnicuiq; ſuũ tribuendũ eſt: Nemo lædendus. In phyſiologia: Natura, boni gratia agit: Natura nihil temerè facit. In geometria: Omne totũ maius eſt qualibet H
ſua parte. Si ab æqualibus ęqualia demãtur, quæ reſtãt, ſunt æqualia. In medicina: Quicquid ſecũdum naturam eſt, ſeruare oportet: quicquid præter naturam, abigere. Hæc igitur principia nulla declaratione egẽt, modò voces ex quibus cõſtant, intelligãtur. Reliqua verò egẽt. Nã quæ ex ſenſibus deprõpta ſunt, inductione probantur: alia verò, vt notiones, definitiones, & poſtulata, etſi vera neceſſariaq; ſunt, quia non protinus intelliguntur prolata, à docẽte declarari debent. Quod Galenus cũ in multis aliis locis, tum maximè libro primo de differentiis morborum doctiſsimè facit, ſanitatis & morbi no A
tiones diſquirendo. In primis enim poſtulat, omnes homines ſanos eſſe, cum corporis miniſterio ad eas quæ in corpore ſunt neceſſariæ actiones, ſine aliquo vitio perfungi poſſunt: & ægrotos, cũ læſæ ſunt actiones. Deinde ſanitatẽ in duobus quærendã eſſe oſtẽdit, nempe in actionibus naturalibus, aut inſtrumẽtorum fabrica quibus actiones eduntur. Poſteà probat, ſanitatem conſtitutionem

nem eſſe naturalem partium corporis:ſiue, quod idem eſt,actionum cauſam. Morbum verò, vtpote ſanitati contrarium, conſtitu-
B tionem præter naturam, aut læſæ actionis cauſam. Quoniam autem prius dicebamus demonſtrationem duplicem eſſe, alterã in qua ex cauſis colligimus effectum,quæ quidem eſt potiſsima: alterã,in qua ex effectu cauſam cõcludimus,videndũ eſt an ex omni cauſa omnem eius effectũ colligere liceat: & an ex omni effectu omnẽ cauſam:& quãdo hac, quãdo illa demõſtratione vti oporteat. Quod vt melius intelligamus, in memoriã reuocanda ſunt quæ modò de cauſis dicebamus: nẽpe quòd quatuor ſunt earum differentiæ, efficiens, materia, forma, finis,
C Quodq; ex his aliæ per ſe ac neceſſariæ ſint, aliæ ex accidente,minimeq; neceſſariæ. Ad eundem modũ,effectus alii neceſſariò cauſam ſequuntur,alii non neceſſariò. Cum igitur cauſa vna effectum vnum per ſe ac neceſſariò edit,effectus & cauſa ſe mutuò probant: vt ſi morbus eſt, primariò corporis actio læditur: & ſi primariò læſa eſt actio, morbus exiſtit. Cum autem cauſam vnam plures effectus neceſſariò ſequuntur,ex cauſa ſingulari effectus neceſſariò colliguntur: non cõtrà,niſi ſimul collecti ſint: vt ſi pleuritis eſt, neceſſariò adeſt ſpirandi difficul-

tas,dolor lateris pungens,&c. Nō autē con D
trà ſi difficultas ſpirandi eſt,vel dolor late-
ris pungēs,ſtatim pleuritis adeſt, ſed ſi om-
nia pleuritidis ſigna appareāt, hæc neceſſa-
riò aderit. Cū verò pluriū cauſarū vnus effe
ctus neceſſariò eſt comes,ſingulæ per ſe ef-
fectū concludunt: vt ſi peripneumonia eſt,
vel pleuritis, aut alia id genus cauſa, neceſ-
ſariò ſpiritus difficilè redditur. Idem igitur
effectus per plures cauſas monſtrari poteſt.
Contrà ſi plurium effectuum vnica ſit cau-
ſa neceſſaria, vniuerſi non ſinguli cauſam
oſtēdent. Nō enim ſi ſpirādi difficultas eſt,
vel lateris dolor pungens,vel febris,vel ſpu
tum cruētū,vel id genus aliud, ſtatim pleu- E
ritis adeſt. Sed ſi omnia ſimul ſigna adſint,
neceſſariò pleuritis aderit. Atq; hac demō-
ſtrandi ratione in ea medicinæ parte quæ
σημιωτικὴ dicitur, potiſsimùm vtimur: in
qua nō aliter quā à ſigno vel ſignis, hoc eſt
effectu vel effectibus, demōſtrare licet: vt-
pote quę nobis,hoc eſt ſenſui manifeſtiora,
quàm cauſæ intellectui, ſunt. Notior enim
eſt ſenſui dolor,& ſpirādi difficultas, quàm
intellectui pleuritis, hęc enim ſine ſenſu ab
intellectu cognoſci non poteſt. Ex aliis
quoq; cauſis demonſtratio conuertitur. Ex
materia quidem ad hūc modū. Cōtraria ſe
mutuò expellūt,corrumpuntq;, animalium F
ele

elementa ſunt cõtraria,ergo ſe mutuò cor-rũpunt. Cõtrà,animãtiũ elemẽta ſe mutuò corrũpũt,igitur ſunt cõtraria. Ex forma ſic. Manus in digitos & articulos diſtincta eſt: ergo cõprehẽdit & cõtrà. Itẽ cryſtalloides humor in priore oculi parte planior eſt: ergo melius rerũ imagines recipit, & contrà. Ex fine hoc modo. Homo optimas edit actiones: ergo pulcherrimũ optimeq; cõpoſitũ corpus habet,& cõtrà. Cũ igitur reliqua cauſarũ genera, vt diximus, gratia finis G cõſtituta ſint,ea omnia ad finẽ demõſtrãdũ adſciſcere licet:& contrà finem ad reliquas omnes cauſas demõſtrãdas. Ex cauſis verò & effectibus nõ neceſſariis nõ fit demõſtratio, ſed cõiectura tantũ. Quæ ſi artificioſa ſit,ea vt demonſtratione vtimur: vt poſteà docebimus. Itaq; in ſingulis artis iã cõſtitutæ & velut delineatę partibus,nũc diuidimus,nunc reſoluimus,nunc definimus, nunc ſubiecto rem ineſſe demonſtramus. Quod vt melius intelligatur,exemplo explicabimus. Sanguinis igitur mittendi rationem H quæ venæ ſectione fit,his methodis tractemus. Primùm igitur noſſe oportet quid ſanguinis miſsionis nomine intelligatur: deinde quæ ſit eius notio: poſteà an ipſa ſit. Et ſi ſit,quidnam ſit: & an ſimplex, an multiplex. Et ſi ſimplex, quid tandem ipſi ſub-

ſtantialiter inſit. Quid autẽ ſanguinis miſſio ſignificet, ex cõmuni loquendi vſu diſcere licet. Eius notionem eſſe omnes fatẽtur, cum aperta vena ex corpore ſanguinem educimus. An verò ipſa ſit, experiẽtia docet. Quid autẽ ſit, ex eius genere & differentiis cognoſcendũ eſt. Sanguinis igitur miſsionis genus eſt vacuatio: differẽtiæ autem ſumũtur ab eius effectu, & materiæ quæ educitur, ſubſtãtia & quãtitate. Vacuat enim af A fectus materiã, ac promiſcuè omnes humores, non ſolũ è loco propinquo, ſed etiã longinquo, ſine vlla noxa. Sãguinis igitur miſſio eſt, quæ affatim ac promiſcuè omnes humores trahit ac vacuat è toto corpore, eiusq; partibus, tam propinquis, quàm longinquis, citra vllam offenſionẽ, ſi quidem rectè fiat. His enim differẽtiis ab aliis vacuãdi formis diſtinguitur. Nã quatenus affatim vacuat, à ſcarificatione, & hirudinibus, quæ paulatim vacuãt, differt. Quatenus autem promiſcuè vniuerſam humorũ multitudinem, à purgatione, quæ ſolum vitioſos humores educit. B Quatenus è toto corpore trahit ac vacuat, à ſcarificatu, cucurbitulis, vinculis, hirudinib[9], & apophlegmatiſmis. Quatenus verò à lõginquis trahit, ab hirudinibus & apophlegmatiſmis. Quatenus blãdè ac ſine læſione, à purgatione, ſcarificatu, &c. E lõginquo autem

tem trahit,cum fluentē humorem in cōtra-
riū reuocat. E propinquo verò,cum deriuat
ad latus. E loco affecto,cum ſolùm vacuare
volumus. Quocirca ſanguinis miſsioni in-
ſunt quædam neceſſariò protinus,ac primò,
& ſine alterius interuētu,& vt græci loquū
C tur, ἀμέσως. Quoniā ea per alia media vacua
tioni ineſſe demonſtrari non poſſunt, ideò
principiorū nomenclaturā merentur:qualis
eſt miſsionis ſanguinis definitio,& alia quæ
deinceps ſcribentur. Quædā,horū interuen
tu vacuationi ſubſtantialiter ineſſe demon
ſtrātur. Itaq; neceſſariò,primo, protinus, &
ſine alterius interuentu ſanguinis miſsio.

PRIMVM PRINCIPIVM.

Materiā corpori nocentē uacuat, ac minuit,eo q̄dē plus,quo ipſa eſt maior.

D Nemo ignorat venæ ſectionem eo plus
vacuare, quo largius: & eo minus, quo par-
tius è corpore fluunt humores.

SECVNDVM.

Quo maior eſt humoris morbum efficientis uacuatio,eo morbus minor redditur: & contrà quo minor, maior morbus relinquitur.

In toto corpore,ſi totū corpus:in affecto
verò loco,ſi is humorū vitio laborat:Vena
au

autem quæ ſecatur, & ex qua ſanguis educi debet, ipſi affecto loco è directo reſpõdeat: alioqui aut nihil aut parũ ab eodẽ loco vacuatur: niſi admodũ ingens eſſet vacuatio. E

TERTIVM.

Humorum curſum uenæ ſectio in contrarium reuocat.

In vena communi & affectæ parti reſpondente facta.

QVARTVM.

Eadem, humorem locum iam occupantem deriuat & uacuat.

Si, vt modò dicebamus, vena per quam humor educitur, cum affecta parte communitatem habeat. F

QVINTVM.

A uicinioribus partibus celerius & potẽtius retrahit & deriuat, largiusq; uacuat: à longinquioribus uerò contrà.

Conſentaneum enim rationi eſt, vt qui iuxta plagam ſanguis cõtinetur, celerius, potentius, largiusq; effluat: & qui longè ab ea diſtat, tardius, impotentius, ac parcius.

SEXTVM.

Sãguis quo affecto loco uicinior eſt, eò deterior: et quo lõgius abeſt, melior. G

Cum ſcilicet iam corruptionem aliquam con

contraxit ſanguis qui affectum locum obſidet: aliâs non oportet.

SEPTIMVM.

Per rectas continuasq́; uenarum fibras fit humorum attractio.

Hoc, quoniam à Galeno in cõmentariis H de facultatibus naturalibus & in opere de vſu partium clariſsimè demõſtratũ eſt, nũc poſtulamus: non quòd ex ſe cognitum principium ſit, ſed per principia confirmatum.

OCTAVVM.

Maiores uenæ in ramos ſua ſtamina diſtribuunt, abſumuntq́;.

Cõſtat enim ex diſſectione, minores venas ex maiorũ ſtaminibus originẽ habere.

NONVM.

Affectus magnitudo remedium celere ac potens deſyderat.

Siue affectæ partis cõditione, ſiue mate- A riæ morbum efficientis qualitate aut quãtitate magnitudinẽ metiaris: ſemper affectus magnus celerẽ curationẽ efflagitat, alioqui ægrotus vitæ periculo non vacabit: exiguus verò curationem non accelerat.

DECIMVM.

Quod magis urget, quodq́; rationem habet eius ſine quo non, prius curationẽ

deſyderat: & ubi nihil urget, à cauſis curationis ordo petendus eſt.

In affectuũ præter naturã cõplexu, ei prius intendendũ eſt, qui magis vrget: ſiue morbus is ſit, ſiue cauſa, ſiue ſymptoma. Affectus magis vrgere dicitur, qui maius periculum minatur, ſi negligatur: vt ſi cũ acuta febre, exẽpli gratia, deliquiũ animi adſit, huic protinus remediũ adhibendũ eſt. Ad eundẽ modũ ſi pluribus morbis quiſpiã ſimul correptus ſit, nulluſq; horũ curationis accelerationem deſyderat: ab eo auſpicari oportet, ſine quo alii curari non poſſunt, quòd ſi horum nihil adſit, à cauſa eſt incipiẽdum: quæ rationem habet eius ſine quo non. B

VNDECIMVM.

Dolor & calor attrahũt, influxũq; humorum efficiunt. C

Si vterque vehemens ſit, exiguus enim nihil attrahit quod alicuius ſit momenti.

DVODECIMVM.

Ad eundem modum indigẽtia & neceſsitas attrahit.

Humores ſcilicet, quibus partes indigẽtia laborãtes alantur. Omnibus enim partibus, quæ propria vi reguntur, inſita facultas eſt qua cõmodum familiareq; alimentũ attrahunt: quod cum deeſt, etiã incõmodum: vt D

de

demonſtrat Galenus in commentario de facultatibus naturalibus: ideò id nunc poſtulamus. Horũ principiorũ interuentu, multa ſanguinis miſsioni ſubſtãtialiter ineſſe demonſtrantur, vt ex ſequentibus propoſitionibus conſpicuum eſſe poteſt.

PRIMA PROPOSITIO.

Maior ſtaminum rectitudo plus ſanguinis attrahit, ac uacuat: minor minus, in eadem diſtantia.

Cum enim attractio per rectas venarum
E fibras fiat, vt ſeptimo principio poſtulauimus: quo plures ad affectum locum, eiuſque vicinas partes perueniunt, eo plus ſanguinis attrahitur: & contrà quo pauciores, minus.

SECVNDA.

Maior ſtaminum eſt rectitudo, quo pauciores: & minor, quo plures rami à maiore uena oriuntur.

Cũ maioris venæ ſtamina in ſuos ramos diſtribuantur, abſumanturq́; per octauum principiũ: quo pauciores rami ſunt in quosdi
F cta vena ſua ſtamina diſtribuat, abſumatq́;, eo plures in ipſa fibræ rectæ, quæ ſcilicet ad affectũ locum, eiuſq; vicinas partes perueniunt, relinquuntur: quare maior erit rectitudo.

tudo. Cõtrà quo vena in plures propagines diſtribuitur, ac abſumitur, eo pauciora ſtamina in ipſa relinquuntur: quocirca & eorum rectitudo minor.

TERTIA.

In longinquo facta uenæ ſectio, plus benigni ſanguinis uacuat, & plus mali in affecto loco relinquit: & contrà in propinquo facta, plus mali detrahit, & benigni plus relinquit. G

Nam per quintũ principium, plus ſanguinis vacuatur ex vicinis ſectioni partib⁹, qui, per ſextũ principium, melior eſt, quàm qui in affecto loco ac ei proximis partibus cõtinetur, qui quidẽ per idẽ principiũ deterior eſt: minus verò ex affecto loco, vtpote longinquo, per quintum principium, ſanguinis vacuatur: qui per ſextum vitioſior eſt.

QVARTA.

Affectus ex humoribus procreatus, et eius ſymptomata, eo magis minuuntur, quo maior uacuatio fuerit: & contrà. H

Per primum enim principiũ, quo vacuatio maior eſt, eo materiam quæ morbũ efficit, magis minuit: & per ſecundũ, quo plus materiæ morbum creantis detrahitur, eo minor affectus redditur.

Quin

QVINTA.

Igitur naturã humorũ mole oppreſſã, hoc magis leuat, quo maior ipſa fuerit.

Nam per primum principium, ſanguinis miſsio eo plus vacuat, quo maior eſt. Quo plus autem vacuat, eo minor morbi reddi-
A tur materia, per ſecundũm principium: quare magis natura onere leuatur.

SEXTA.

Atque ita naturam confirmat, potentioremq; reddit.

Per præcedentẽ propoſitionẽ, naturã onere quo premebatur, leuat: quo depoſito, vires roburq; recipit; imbecillã enim eã eſſe, non ex ſe, ſed humorum multitudine, poſtulamus, nam quæ per intẽperiem infirma eſt, magis vacuatione læditur, quàm iuuetur.

SEPTIMA.

B *Roborata natura ualidius reliquam morbi materiam propellit.*

Nam per ſecũdum principium, ſanguinis miſsio, morbi materiã minuit: atq; ita ipſam minus reſiſtentẽ minusq; cõtumacem expulſioni reddit: & per præcedentẽ propoſitionem, naturã roborat, efficitq; validiorem: quare morbum melius fortiusq; propellit.

OCTAVA.

Calidum affectum refrigerat.

Id ex accidente accipiendum eſt,nam ma
teriam calidam per primum principium mi C
nuit,ac vacuat.

NONA.

Eadem frigidum affectum calfacit.

Per accidens,ſublata quæ refrigerat ma-
teria,per primum principium.

DECIMA.

Dolorem mitigat.

Materiã quæ dolorem excitabat,vacuan
do,ac minuendo,per primum principium.

VNDECIMA. D

Venas reſerat.

Nam per idem principium, obſtruentem
materiam minuit,ac vacuat.

DVODECIMA.

Tranſpirationẽ reddit liberiorem.

Quia per præcedentem propoſitioné ve
narum ora reſerat.

DECIMATERTIA.

Humorum putredinem impedit.

Nã per proximã propoſitioné,liberã effi E
cit tranſpirationẽ,quæ putredinẽ impedit.

DECIMAQVARTA.

Omni febri ex humoribus auxiliatur.

Quatenus humorem qui hanc intulit,va
cuat,per primum principium.

DECIMAQVINTA.

Omni

Omni febri ex hũorũ putredine cõfert.

Quia materiam febrem creantẽ vacuat, per præcedentem propoſitionem: putredi-
F nem arcet, per decimamtertiam propoſitionem, liberiorem enim efficit tranſpirationem, per duodecimam propoſitionẽ: & refrigerat, per octauam.

DECIMASEXTA.

Omni inflammationi prodeſt.

Incipienti quidem, quia fluentem in affectum locum humorem, in cõtrarium retrahit ac reuocat, per tertiũ principium. Abſolutæ iam, & cum ceſſauit defluxio, quia humorem locũ occupãtem deriuat, ac vacuat,
G per quartũ principiũ. Increſcẽti, & dum adhuc fluit humor, quia vtrunq; auxiliũ præſtat, per tertium & quartum principium. Dolorem inflammatæ partis mitigat, per decimam propoſitionem, extinguit calorẽ, per octauam propoſitionem, naturã exonerat, per quintam propoſitionem: validioremq; pellendis morbi reliquiis efficit, per ſeptimam propoſitionem.

DECIMASEPTIMA.

Omni internæ, aliisq; periculoſis inflã matiõibus, uenæ ſectio quæ in ꝓpinquo fit, quã quæ in longinquo, cõmodior eſt.

Eiuſmodi inflãmationes toto genere peri

culoſæ ſunt:earũ quoq; cauſæ, & accidentia grauia, vt experiẽtia docet:ideò potẽs & celere remediũ poſtulãt, per nonũ principiũ. Sectio autẽ venæ quæ in propinquo fit, plus humoris morbũ efficiẽtis haurit ex loco affecto, per quintũ principiũ. Præterea celeri9 & potẽtius ab eodẽ loco retrahit, per idem principiũ. Quare affectũ, eius cauſas, & accidẽtia magis minuit, per ſecundũ principiũ. In longinqua autẽ parte facta ſectio, parum aut nihil vacuat ab affecto loco, per idẽ principiũ. Ergo parũ aut nihil affectũ, eius cauſas & ſymptomata minuit, per idẽ principiũ. Rurſus per idẽ, tardè ac imbecilliter retrahit. Affectus aũt magnitudo per nonũ principiũ celerẽ opem deſiderat, ideò ſectio in longinquo facta, internis aliiſq; periculoſis inflãmationibus minus cõmoda eſt. Preterea ſectio venæ in longinquo facta, plus benigni ſanguinis, & corpori cõmodi vacuat, & maligni corpori nocentis plus relinquit, per tertiã propoſitionem: ergo morbũ tantum abeſt vt minuat, vt etiam augeat. A

DECIMAOCTAVA.

Sãguinis miſsio in propinquo facta, locũ affectũ uacuat: non autem replet. B

Nam per quintũ principium, plus ex parte affecta vacuat: ergo hãc magis exonerat,

per

per quintam propoſitionem: quare & robuſtiorem reddit, per ſex tam propoſitioneͤ: valentioremq; ad propellēdum non ſolū obſidentem locū humorem, per ſeptimā propoſitionem, ſed & venientem ex maiori vena per rectas fibras in affectum locum. Rurſus vulnus ob dolorem trahit, per vndecimum principium: vulneris vicinæ partes ob indigentiam attrahunt, per duodecimum princi
C pium. Quare fluens per dictam magnam venam ſanguis, non in locum affectum deſcendit, ſed ad vulnus fertur.

DECIMANONA.

Pleuritidi, uenæ internæ ſectio eiuſdē lateris, quàm oppoſiti, magis prodeſt.

Hic affectus, quia interna inflāmatio eſt, magnus eſt: eius cauſæ, & ſymptomata grauia: vt dictū eſt in decimaſeptima propoſitione: quare per nonū principiū, promptū ac
D potens remediū efflagitat: cuiuſmodi eſt venæ ſectio in loco propinquo facta, per quintum principium. Vena autē in cubito eiuſdē lateris, omniū propinquiſsima eſt, quæ commodè ſecari poſsint, vt ſenſus teſtis eſt, prætereà ab eo cubito ad affectū maior eſt ſtaminū rectitudo: quia in toto eo ſpatio pauciores ſunt venarū propagines, in quas ipſa ſtamina diſtribuātur: proinde plura in eadē

vena ſuperſunt, quæ ad affectũ, eiuſq; vici-
nas partes perueniãt,per ſecundã propoſitio
nem. Cũ igitur in propinquo ſit facta ſectio
venæ,& maior ſit ſtaminũ rectitudo, cele-
rior & maior fiet attractio,per quintũ prin
cipiũ, & per primã propoſitionem, quod in E
pleuritide,vt dictũ eſt,fieri oportet. In op-
poſito autẽ latere facta venæ ſectione,diſtã
tia maior eſt, vt ex anatome conſtat. Ergo
tardius, imbecillius, & minus trahit ac va-
cuat per quintũ principiũ. Minor quoq; ſta-
minũ rectitudo eſt,quia in dato ſpatio plu-
res ſunt venarũ propagines,in quas ea diſtri
buantur, vt ex corporis hominis inciſione
perſpicuum eſt,pauciora ſuperſunt ſtamina,
quæ ad locũ affectum eiuſq; vicinas partes
perueniant,per ſecundã propoſitionem:plus
boni ſanguinis exhauritur, & vitioſi plus in
corpore relinquitur. Ideò affectus magnitu F
do nõ ſolùm permanet,ſed & multũ auge-
tur, per decimãſeptimã propoſitionẽ. Pro-
inde & eius ſymptomata,nempe calor & do
lor,quibus nõ ſolùm curatio impeditur,ſed
& fluxio augetur, per vndecimum princi-
piũ. Cum igitur propoſitus affectus magnus
ſit, vt dictum eſt, celere & potens reme-
dium poſtulat, per nonum principium: ea
pleuritidi conuenire non poteſt: ſed quæ
in propinquo fit: quod erat probandum.

Vig

VIGESIMA.

G *In pleuritide ſi dolor uehemẽter cruciat, ab anodynis curationem auſpicari licet.*

Dolor per vndecimum principium attrahit, ergo motum in cõtrarium impedit, niſi igitur is mitigetur, reuocari in contrarium fluens humor, imò & qui iam locum occupat, educi non facilè poterit, Itaque dolor rationem habet eius ſine quo non: quare &c. eadem ratione ab aliis quæ curationem impediunt, cuiuſmodi eſt cibi cruditas in ventre, incipienda eſt curatio.

VIGESIMA PRIMA.

H *Cum mitigatus dolor eſt, aut non uehementer affligit, aliaq́; curationem impedientia ſublata ſunt, & pleuritis magna eſt, à ſanguinis miſsione incipienda curatio eſt.*

Affectus magnitudo, vtpote vrgentior, prius curationẽ poſtulat, per nonum principium: Præterea fluxio retractionem in contrarium, per tertiũ principiũ: Sanguinis miſſio in propinquo quidem facta, plus delinquentis humoris, morbũq́; parientis vacuat, per tertiam propoſitionem: ergo affectum magis minuit, per quartam propoſitionem.

Præterea eadẽ celeriter & validè retrahit fluentẽ humorem, per quintum principium. A Siue igitur morbi magnitudinẽ, quæ prius curationem deſiderat, ſiue cauſam hunc efficientem ſpectes, à ſanguinis miſsione incipere curationem oportet.

VIGESIMA SECVNDA ET TERTIA.

Iiſdem principiis demonſtrare poſſumus, ſectam interni cubiti uenam, iecoris inflammationibus conferre.

Lienis inflammationi internam ſiniſtri.

VIGESIMA QVARTA.

Et uteri genitaliumq; dextræ partis inflammatæ, poplitis uel malleoli dextri ſectam uenam: ſiniſtræ ſiniſtri. B

VIGESIMA QVINTA.

Angine quoq; dextræ dextri cubiti, ſiniſtræ ſiniſtri, ſectam humeralem.

VIGESIMA SEXTA.

Ad eundem modum oculi dextri inflammationi in dextro cubito eandem humeralẽ ſectam, & ſiniſtri in ſiniſtro.

Alia quoq; permulta venæ ſectiõi ſubſtã C tialiter ineſſe, per eá quæ antè docuimus, vnuſquiſq; vel mediocriter eruditus poteſt cognoſcere, plura itaque hoc loco de ea re

ſcri

ſcribere ſuperuacuũ putamus: cũ & forte fuſius latiuſq; hæc, quàm res exigit, tractata ſint: ſed id ad communẽ omniũ vtilitatẽ fecimus. De ſanguinis autem miſsione potius quàm de re alia diſputationẽ hoc loco tractandã ſuſcepimus, vt pernicioſa illa Arabũ opinio de mittẽdo ſanguine ex oppoſito latere in pleuritide, reiiceretur: quanquã hanc in commentario noſtro in ſecundum librum D artis curandi Galeni ad Glauconem, falſam eſſe luculentiſsimè demonſtrauimus.

Medicina eſt ſciẽtia ſalubrium, morboſorum, & neutrorum. Nihil *autem refert, an morbidorũ dixeris.* Nomen *quidem ſcientiæ communiter, & non propriè accipiendum eſt.*

Scientia cõmuniter ſumpta artes omnes continet. Artẽ dico, quæ multis animi perceptionibus, vſu & exercitatione cõquiſitis, & in vnũ exitum vitæ vtilem ſpectãtibus, conſtat. Itaq; ars & ſciẽtia cõmuniter accepta, eædẽ omnino ſunt: cõtinentq;, vt dixi, artes omnes, ac ſciẽtias. Propria autẽ exquiſitaq; ſcientia nõ omnes quidẽ ſcientias cõtinet, E ſed eas tãtùm quæ firmis certiſq; principiis cõſtant. Ex his liquet, nos hic nõ vnã cõcluſionis notitiã, ſiue ea demonſtratione parta ſit, ſiue alia quacũq; ratione quæſita, ſciẽtiã

appellare,ſed theorematum præceptionũq;
ordine ſeſe conſequentium & ad vitæ vtili
tatem conſpirantium collectionem. Medi-
cina itaque ars ac ſcientia eſt,non quidẽ illa
pura,abſolutaq;,quæ ex certis indubitatiſq;
principiis eſt comparata:ſed quæ partim cõ-
iectura,partim ratione eſt conquiſita. Cum
enim non omnes medicinæ partes eadẽ de-
monſtrandi certitudine polleant, ſed aliæ F
conſtãtioribus firmioribuſq; principiis pro-
bentur,aliæ infirmioribus, nempe cõiectu-
ris,nõ poteſt tota medendi ars propriè ſcien
tia dici. Ea enim pars quæ σημειωτικὴ dici-
tur,tota ſcientia propriè non eſt,ſed magna
ex parte cõiectura:media quidẽ,vt Galenus
ait,inter exactam notitiã,& abſolutã igno-
rantiam,ideò artificioſa dicitur. Ea autem
pars quæ cauſas inquirit eorũ tam quæ ſecũ
dum naturã ſunt,quàm quę præter naturam,
certioribus rationibus nititur, vt cui phyſio
logia,id eſt rerũ naturaliũ ſcientia,princi-
pia ſuggerit:ideò exquiſitis diſciplinis pro- G
pinquior eſt:artificioſa verò cõiectura,re-
motior. Therapeutice verò,vt quæ partim
ex certis principiis,partim experientia ac ar-
tificioſis coniecturis conſtat,mediã vtriuſq;
ſortitur naturam. Certiſsima enim hæc prin
cipia ſunt, Contraria contrariis curari, Simi
lia ſimilibus ſeruari,& id genus alia prope-

mod

modũ infinita, quibus ars imititur. Exquiſi
tum autem remedium difficillimũ eſt inue-
nire, quemadmodum exquiſitam morbi ma
gnitudinem, & temperamenti à mediocrita
te receſſum. Igitur medicina ſcientia eſt nõ
propriè preſſeq;, ſed cõmuniter ac latè ſum
H pto vocabulo, ſcientia in quã ſalubriũ, mor
boſorum, & neutrorum, hoc eſt, ὑγιεινῶν καὶ
νοσωδῶν, καὶ οὐδετέρων. ὑγιεινὸν enim id Græ
cis ſignificat, quod nobis ſalubre. Dicitur e-
nim ſalubre, & quod ſanũ eſt. Liuius, Defun
cta morbo corpora, ſalubriora eſſe cœpere,
id eſt ſaniora, & quod ſanitatem præbet, vt
cœlum ſalubre, medicina ſalubris. Itẽ quod
ſanitatem indicat, vt concoctio ſalubris, quę
ſanitatis nota eſt. Νοσώδης, ſeu vt Galenus
ait, νοσερὸν, morboſum ſeu morbidũ ſignifi-
cat, hoc eſt tam quod morbo affectum eſt,
quàm quod huic obnoxium, nempe valetu-
dinarium. Morboſum enim, hoc eſt morbis
affectum, iuriſperiti ſeruũ eſſe aiunt, qui cla-
A uum habet. Cicero morboſos, id eſt morbo
obnoxios, vocat iracundos. Eiuſdem pror-
ſus ſignificationis eſt morbidum, vtrunque
enim morbo & affectum & obnoxiũ ſignifi
cat. Præterea & quod morbum adfert, vt
morbida vis cœli, morboſus aër: quodque
morbum indicat, quemadmodũ apud Græ-
cos, νοσώδης & νοσερὸν. Itaque

Salubre,morboſum,& neutrum,di=
cũtur quodq; trifariam.Aliquando qui=
dẽ ut corpus,aliquãdo aũt ut cauſa,nõ=
nũquã uerò ut ſignũ.Corpus enim quod
cõtinet ſanitatẽ, cauſam quæ hanc tum B
efficit,tum conſeruat, & ſignum quod
eandẽ indicat omnia hæc Græci ὑγιεινὰ,
nos ſalubria uocamus.Eodẽ modo cor=
pora quæ morbos continent, & cauſæ
quæ hos tum efficiunt tum fouent,& no
tæ quæ ipſos indicãt,Græcis νοσώδη,no=
bis morboſa dicũtur.Eodẽ modo corpo
ra,cauſæ,& ſigna, neutra appellantur.

Videri cuipiã poſſet hæc diuiſio eſſe ac-
cidẽtis in ſubiecta,propterea quòd ſalubre,
morboſum,& neutrũ, corporibus, cauſis & C
ſignis accidãt: ſed reuera eſt homonymi in
ſignificata. Alia enim ratione corpus ſalubre
dicitur,alia ratione ſignũ,alia ratione cau-
ſa. Salubre enim corpus dicitur, quòd ha-
beat ſanitatẽ. Cauſa,quòd hanc efficiat vel
conſeruet. Et ſignũ,quòd eandem indicet:
quanquam ἐπιδεκτικὸν nõ ſolùm quod ſuſci
pit ac continet,ποιητικὸν quod efficit,& δη-
λωτικὸν quod indicat:ſed vim quandam ac
pote

poteſtatẽ ingenitã ſignificãt:quẽadmodum
apud Latinos capax,vorax,efficax & ſimilia
plus ſignificãt quã capiens,vorãs,& efficiẽs.
Nõ enim capax ſolũ quod capit, ſignificat,
ſed & capere idoneũ eſt,vorax,nõ quod vo
D rat,ſed & quod vorare natũ eſt, & efficax,
nõ quod efficit,ſed & quod efficiendi vim
obtinet. Ad eundẽ modum ἐπιδεκτικὸν non
ſolum quod continet ſignificat,ſed quod ad
continendũ aptum eſt,ποιητικὸν nõ ſolum
quod efficit,ſed & quod efficiendi vim ha-
bet. Et δηλωτικὸν nõ ſolũ quod indicat,ſed
& quod indicare natũ eſt. Verùm quoniam
deerãt nobis vocabula quibus propriè vtrũ-
que ſignificatum exprimeremus, verbis ſu-
ſcipere efficere & indicare vſi ſumus, quæ,
quemadmodum & alia verba, in diſciplinis
facultatem quandam ſignificant.

Atq; prima ratione,medicina ſciẽtia
E *eſt ſalubriũ cauſarũ:iam uerò propter*
has,& aliarũ.Secũda, morboſarũ.Ter-
tia uerò,neutrarũ.Poſt has aũt, corpo-
rũ:primò quidẽ,hic etiã ſalubriũ: dein-
de morboſorũ:poſteà neutrorũ. Signo-
rum autẽ eadẽ eſt ratio. At in artis actio
nibus,ex ſignis prius cognoſcuntur cor
pora:deinde eorum cauſæ inueniuntur.

Quoniã nuper dicebamus medicinã ſciẽtiam eſſe ſalubriũ, morboſorũ, & neutrorũ: ſalubriaq; & morboſa ac neutra referri modò ad corpus, modò ad cauſas, modò ad ſigna: oſtendendum eſt quorum prima ratione medicinæ ſit ſcientia, quorum ſecunda, & quorum tertia. Quod vt melius intelligatur, ſcire conuenit hanc vocẽ primum, de natura, ſenſu, tẽpore & dignitate dici. Natura enim cauſæ corporibus priores ſunt, & corpora ſignis: ordine verò ſenſus, ſigna cauſis priora: dignitate & tẽpore, ſanitas morbó. Quoniam igitur cauſæ aliæ ſalubres ſunt, aliæ morboſæ, aliæ neutræ: ſalubres & tempore & dignitate morboſas antecedũt: morboſæ verò neutras, nõ dignitate quidẽ, ſed natura. Nam cum neutrũ ad ſalubre & morboſum referatur, oportet ea natura eſſe priora, neutrũ verò poſterius. Ad eundem modum ſalubre corpus morboſo prius eſt tẽpore, & dignitate: & ſalubre ſignum morboſo, & morboſum tum corpus, tum ſignũ neutro, propter antecedentem rationem. Itaq; naturæ ordine cauſarum prima ratione medicina eſt ſcientia, & inter cauſas ſalubriũ, deinde morboſarũ, poſteà neutrarum. Secunda ratione medicina eſt ſcientia corporum. Natura enim corpora ſuis accidẽtibus ſunt priora: atque inter hæc ſalubria antecedu

F

G

dunt, deinde morboſa, poſteà neutra: quem-
H admodum de cauſis prius dicebamus. Signorum verò poſtrema medicina ſcientia eſt, quia natura poſtrema ſunt: ſenſus verò ordine prima. Nam cũ artis opera tractare volumus, primum nobis obiicitur corpus curandum, vel conſeruandum. Quòd antè quàm fiat, cognoſcẽdũ eſt quale illud ſit, ſanúmne an ægrum, aut neutrum: quod ſigna nobis produnt. Quare ſigna prius, deinde corpora, poſteà verò cauſæ cognoſcẽdæ ſunt. Sed inquies, in tuenda ſanitate morbisq; profligãdis, ſi nihil vrget, à cauſis curationis ordo petendus eſt: ergo in artis actionibus cauſæ priores ſunt, quod nõ inficiamur: ab vltimis enim cauſis curationem auſpicari oportet:
A deinde ab aliis, ordine procedendo, quo inuentæ fuerunt: vt in commentariis in Galeni libros ad Glauconem oſtẽdimus. Poſteà ipſi morbo remedia adhibemus. Atque hic eſt verus curationis ordo. Sed quoniã cauſæ tum ſalubres, tum morboſæ, tum neutræ, quæ corporibus inſunt, imò & morbi ipſi non niſi ſignis inueniri poſſunt: ideò antequã curationem inchoare poſsimus, morborum cauſæ (quoniam ab his, vt diximus, curationem auſpicamur) inueniendæ ſunt. Inueniuntur autem ex ſignis. Itaque ab his auſpicari oportet, non quidem curationem, ſed

ſed curationis inuentionem:ſcilicet cognitis B
per hæc cauſis,à quibus curatio initiũ habet.

Sed quoniã efficiẽs,indicãs,& cõtinẽs, bifariã quodq; dicũtur, aliquãdo quidẽ ſimpliciter,aliquando uerò in præſentia,noſſe oportet utrorunq; eſſe ſciẽtiã.

Efficiens,id eſt ποιητικόν,tum id quod in præſentia ſanitatem,morbum,aut neutrum affectũ efficit,tum id quod efficere eſt idoneũ,ſignificat. Indicans,id eſt δηλωτικόν, & quod nunc indicat ſanitatem, morbum, aut neutrum affectum,& quod indicare poteſt. Cõtinẽs verò,id eſt ἐπιδεκτικόν, tã id quod C
iam ſanitatẽ,morbum, & neutrum ſuſcipit, quàm quod natũ eſt ſuſcipere. Cum igitur hæc ita habeant,palàm eſt,ſalubre,non ſolum quod eiuſmodi natura eſt ſignificare, ſed & quod in præſentia ſanum eſt. Itaque ſalubre corpus eſt, quod nunc ſanũ eſt,aut quod ſimpliciter ſanitatẽ continere natum eſt. Eodẽ modo ſalubris cauſa eſt, quæ nũc ſanitatẽ efficit,aut ſimpliciter efficere apta eſt. Et ſalubre ſignum,quod nunc ſanitatem indicat,aut ſimpliciter indicare natum eſt. Et morboſum corpus,tam quod in præſentia ægrotat, & quod ſimpliciter eiuſmodi eſt. Cauſa morboſa eſt,& quæ morbũ nunc D
efficit,& quę ſimpliciter efficere idonea eſt.

Sig

Signũ morboſum, quod in præſenti morbũ indicat, & quod ſimpliciter indicare ſuapte natura poteſt. Pari modo neutrum corpus, neutra cauſa, & neutrũ ſignum, in præſentia & ſimpliciter dicuntur. Siue igitur ſimpli citer, ſiue in præſentia corpus ſalubre, vel morboſum, vel neutrũ dicatur, eorũ medici na eſt ſcientia. Affectiones enim eiuſdẽ ſunt ſcientiæ, cuius ſubiecta: vt paritas & imparitas, quæ affectiones numeri ſunt, eiuſdem ſunt ſcientiæ, cuius ipſe numerus: nempe
E Arithmeticæ. Pari modo ſimpliciter & in præſentia ſalubre, morboſum, & neutrum, quòd affectiones ſint corporũ, cauſarum & ſignorũ, ſalubriũ morboſorum & neutrorum eiuſdem ſcientiæ erunt, nempe medicinæ. Nam in his medicina verſatur.

Sed & ipſum ſimpliciter, duobus modis dicitur, nẽpe & ſemper, & magna ex parte. Atque horum utriuſque medicina eſt ſcientia.

Διαπαντὸς, id eſt ſemper & perpetuò, hoc eſt ἀδιακόπως, & ſine aliqua interceptione. Significat & prorſus, penitus, abſolutè. Itaq; quod διαπαντὸς ſalubre eſt, abſolutè perpetuoq́;, quatenus per hominis ætates licet, ſa-
F lubre eſt. Quod verò magna ex parte tale eſt, ab hoc non longè diſcedit, id eſt ferè

omnino eiuſmodi eſt:vt fuſius in ſequentibus explicabitur. Eadẽ ratione morboſum & neutrum,ſemper,& magna ex parte dicuntur:quorum vtriuſque medicina eſt ſciẽtia, propter rationem modò commemoratam.

Neutra uerò,cauſa,ſignũ,& corpus, ſiue ſimpliciter,ſiue in præſentia,tripliciter unũquodq; dicũtur,nẽpe aut neutrius,aut utriuſq; cõtrariorũ participatione,aut aliquãdo huius,aliquãdo illius. G *Horũ porrò ipſorũ ſecũdũ, duobus modis uſurpatur:nã aut utriuſq; cõtrariorũ ex æquo eſt ꝑticeps,aut plus alterius.*

Extremè contraria ſunt ſalubre & morboſum,quod igitur intercedit,cũ proprium nomen non habeat,per negationem neutrũ dicitur. Intercedit autẽ & quod neutrius,& quod vtriuſq; extremi eſt particeps, hocque bifariã accidit,nimirũ vel diuerſis,vel eodẽ tẽpore. Quod eodẽ tempore euenit, aut ex æquo vtriuſq; eſt particeps,aut nõ ex æquo, H ſed alterius magis. Quod verò diuerſis tẽporibus accidit,id aut ſæpe, aut rarò euenit, aut anceps eſt eius euẽtus. Quod autẽ rarius accidit, neutrũ nõ eſt, ſed ſalubre vt multũ: quemadmodũ quod ſæpius, morboſum vt multum dicitur. Quod verò æquè accidere

ac

ac non accidere poteſt, quod Ariſtoteles ἐνδεχόμενον vocat, neutrũ dicitur. Itaq; omnis corporis affectus inter ſalubre & morboſum, tam ſimpliciter quàm in præſentia, neuter dicitur: & omnis cauſa inter ſalubrẽ & morboſam, tam ſimpliciter quàm in præſentia, neutra dicitur: & omne ſignum medium inter ſalubre & morboſum, neutrum appellatur.

A *Eſt autem in tota definitione dictionis ambiguitas, quam dirimere oportet. Cum enim medicinã eſſe dicimus ſcientiam ſalubriũ, morboſorum, & neutrorum: ſignificamus quidem & ſigillatim omniũ, & qualitate affectorũ, & quorundã eſſe. Omniũ autẽ infinitũ eſt, & fieri omnino nequit. Quorũdam autem imperfectũ eſt, & ab arte alienũ. Qualitate uerò affectorum, artificioſum eſt, & rebus quæ ad artem attinent, omnibus ſufficit: quod in medicinæ definitione contineri dicimus.*

B Quoniã nec explicari, nec ſigillatim recẽſeri, imò nec mẽte concipi infinita poſſunt, arte tradi nequeunt. Quoniam rurſus ars eſt

vniuerſorũ,ea tãtùm de quibuſdã tradi non poteſt:alioqui imperfecta eſſet.Itaq; medicina nec ſigillatim omniũ,nec quorũdã eſt: ſed,vt Galenus docet,ὁποίων,id eſt(ſi latine dici poſſet)qualium,hoc eſt(vt interpretamur) qualitate quadã affectorũ. Eiuſdẽ ſignificationis eſt ποῖον. Galenus lib. primo de tẽperamentis,καὶ μὲν δὴ καὶ τὰς ποιότητας αὐτὰς ὀνομάζομεν ἐνίοτε τοῖς ποιοῖς σώμασι ὁμωνύμως, Et paulò pòſt: τῶν ποιῶν σωμάτων τριχῶς λεγομένων:id eſt corporibus qualitate quadã affectis.Quod vt melius noſcatur, intelligẽdum eſt in omnibus diſciplinis C ſubiecta eſſe,in quibus ipſę verſantur,& quibus aliqua ineſſe demõſtrãtur,vt prius oſtẽdimus : nimirum affectiones, qualitatéſve: ideo ſciẽtia,quęcũq; ea ſit, eorũ ſubiectorũ vel ſingulorũ vel quorũdã nõ eſt,ſed eorũ omniũ in vniuerſum his qualitatibus affectorũ.Medicina igitur ſciẽtia hũanorũ corporũ,nõ ſigillatim omniũ, aut ſolũ quorũdam eſt,propter rationes modò declaratas: ſed omniũ in vniuerſum ὁποίων,id eſt qualitate affectorũ, nempe ſanitate,morbo, aut D neutro affectu. Rurſus medicina ſcientia eſt ſalubriũ morboſorũ & neutrorũ,corporum cauſarũ & ſignorũ,nõ ſingulorũ,nõ quorũdã, ſed omniũ in vniuerſum qualitate affectorũ, nẽpe ſimpliciter, & in præſentia. Ad hæ

hæc, medicina ſcientia eſt ſalubriũ ſimplici ter corporũ,cauſarũ,& ſignorũ, nõ ſingulo rũ,nec quorundã, ſed omniũ in vniuerſum qualitate affectorũ,nẽpe ſem per, & vt plu rimum. Eadẽ ratione omnium in vniuerſum cauſarũ & ſignorũ qualitate affectorum, medicina eſt ſcientia. Igitur reſoluta medicina in ſua omnia capita, horum om-
E nium in vniuerſum qualitate affectorũ, nõ ſingulorum, non quorundam medicina eſt ſcientia. Sic enim omnia ſigillatim continet:ſed horum non eſt ſciẽtia, niſi quatenus generibus quæ medicina tractat, ſubiecta ſunt,& qualitate ſunt affecta.

Primùm igitur à corporibus auſpicabimur, qualiánam exiſtunt tum ſalubria, tum morboſa, tum neutra: poſteà de ſignis & cauſis diſſeremus.

Quoniã medicinã modò dicebamus eſſe ſciẽtiã ὁποῖων,id eſt qualitate affectorũ, ſa-
F lubriũ morboſorũ & neutrorũ corporum, cauſarũ & ſignorũ,qualiá nã hæc ſunt, oſtẽdere oportet. Ac primũ à corporib⁹ auſpicabimur,qm̃ hęc prima nobis obiiciunt̃,cognoſcẽda videlicet per ſigna. Subiecta quoq; ea ſunt tũ cauſis, tũ ſignis:quare & priora ſunt.

Salubrè ſimpliciter corpus eſt,quod ex ipſo ortu ſimplicibus ac primis par-

*tibus probè tẽperatũ eſt: & inſtrumen-
tis quæ ex illis cõſtant, aptè cõpoſitũ: In
ſalubre uerò in præſentia corpus, quod
in præſenti tẽpore integrũ eſt, & ſanũ:
ipſumq; quo tẽpore ualet, probè tẽpera
tũ eſt, apteq; compoſitũ nõ quidẽ ſum-
ma illa conſtitutione, ſed ſibi propria.*

Quoniam ſalubre tã ſimpliciter quàm in
pręſentia, natura & tẽpore, vt antè diximus,
morboſum & neutrũ antecedit: ab eo quod
ſimpliciter ſalubre eſt, initium ſumit Gale- G
nus. Eſt autem corpus ſimpliciter ſalubre, vt
idem autor finit, quod ab ipſo naturæ ortu
probam ſimpliciũ primarumq; partiũ miſtu
ram ac temperationẽ, & inſtrumẽtorũ aptã
compoſitionem nactũ eſt. Simplices & pri-
mas partes intelligo, quæ ſenſibus tales ap-
parẽt. Nã reuera ſimplices ac primæ ex aliis
ſimplicioribus ac prioribus, nempe quatuor
elemẽtis, calido frigido humido & ſicco, fa
ctæ ſunt, vt oſſa, cartilago, mẽbranæ, nerui,
tendones, caro, adeps, & ſimiles: quæ ſi ſuam
æqualitatẽ, ſibiq; debitã, ab ipſo naturę or- H
tu probã habeant, ſimpliciter ſalubres dicun
tur. Suã ſibiq; debitã æqualitatẽ dico, quo-
niam non omnes, imò paucæ admodum ex
æquo elementorũ ponderę ac mẽſura con-

ſtant. Sed tantū ex ipſis vnaquæq; pars ſimplex aſſumit, quantū naturæ ſuæ cōuenit ad rectè obeundas quibus dicata eſt functiones. Proinde hanc æqualitatem, iuſtitiā appellāt. Perſpicuū enim eſt, alias corporis ſimplices particulas aliis temperamētis eſſe donatas: ſed omnes pro ſua dignitate ſunt commiſtæ. Quædam enim ſicciores ſunt, quædam humidiores: aliæ calidiores, aliæ verò frigidiores. Atque vt vno verbo dicā, mul-
A tæ tēperamento inter ſe contrariæ ſunt, ſed ita, vt ſibi inuicem non officiāt. Neq; enim carnis humiditas & caliditas, oſsis ſiccitati & frigiditati obeſt, imò omnes in probam ſæpe actionem conſpirant, mutuoq; ſe iuuant, tanta eſt eorum contrariorū proportio. Simile enim quidpiam eis accidit, quod citharæ aut alterius muſici inſtrumenti chordis, quæ diuerſos contrarioſque ſonos pulſatæ edunt, nimirum graues, acutos, &c. in euphoniam tamen concentumque ſuauem temperantur. Ad eundem modum, nerui, muſculi, oſſa, ligamenta, & caro, etſi contraria temperamenta habent, (oſſa enim frigida &
B ſicca ſunt, caro calida & humida) tamen ipſa ſibi conſentiunt, mutuoque ſe iuuant, vt ſymmetriam hoc eſt conuenientiā æqualitatemque efficiant. Quòd ſi in hac æqualitate eiuſmodi ſimplices partes commodā

habeant formationē, & magnitudinē quam par ſit, neq; maiorē neq; minorē, in numero neq; abundent neq; deficiāt, optimoq; ordine diſpoſitæ & collocatæ ſint: corpus nō ſolùm contēperatū, ſed & aptè cōpoſitū erit. In præſentia autē ſalubre corpus eſt, quod in præſenti tēpore integrū eſt, & ſanū: ipſumque certè quo tēpore valet, probè tēperatū, & aptè cōpoſitū eſt: non tamē optima temperie, aptiſsimaque compoſitione, ſed ſibi peculiari ac propria. Salubre ſimpliciter corpus, & in præſentia ſalubre, eatenus conueniunt, quatenus vtrunque eucraton ſymmetriconque eſt, hoc eſt probè debiteque temperatum, apteque compoſitum. Differūt verò, quatenus ſimpliciter ſalubre, ex ipſa generatione eiuſmodi eſt, perſeueratque per omnem ætatem, natumque eſt in perpetua ſanitate degere, etiam ſi aliquādo ægrotat. Id autem duplex eſt, alterū abſolutè ſemperq;, alterum magna ex parte tale. In præſentia verò ſalubre, quancunque ab initio conſtitutionem nactum ſit, ſiue ſalubrem, ſiue morboſam, ſiue neutram, non proſpera ſemper valetudine fruitur, ſed aliquando ſanum eſt, aliquando ægrū, aliquādo neutrū. Sanum quidem, cum probè temperatū eſt, apteque compoſitum, quod bifariā contingit. Aliquando enim abſolutè tale eſt, hoc eſt

eſt omnis planè exceſſus expers: vocaturq; ſaluberrimũ: idq; indiuiduũ eſt, & ſine vlla latitudine: qua ratione à ſimpliciter ſalubri differt, quod vt dixi, perpetuò tale perſeuerat. Aliquãdo verò ſaluberrimũ nõ eſt, ſed
E ſaluberrimo propinquũ: latitudinemq; non exiguã obtinet: nimirũ ab ipſa ſumma temperie perfectiſsimaq; compoſitione vſq; ad neutrã affectionẽ. Atq; hoc corp9 quo propius ad ſaluberrimum accedit, eo ſalubrius eſt: & quo neutri propinquius, eo minus ſalubre. Quodcũq; igitur corpus in hac latitudine cõtinetur, ſalubre in præſentia dicitur, quãcũq; ex generatione, vt dixi, cõſtitutionẽ habuerit. Id enim in præſentia eucraton ſymmetronq; eſt, hoc eſt probè tẽperatũ ac cõpoſitũ, nõ tamẽ illa ſumma ac perfectiſsi-
F ma tẽperie ac cõpoſitione quã indiuiduã eſſe modò dicebamus, ſed ſibi propria, id eſt in quacũq; datæ latitudinis parte cõſtitutũ ſit. An verò idẽ corpus ſimpliciter & in præſentia ſalubre eſſe poſsit, diſquirere oportet: nã id cõtrouerſum eſt. Sunt enim qui id fieri poſſe contẽdãt, nec ſine ratione. Nã cũ Galenus neutrum eſſe dicat, quod exquiſitè mediũ ſit ſaluberrimi & morboſiſsimi, certũ eſt aliquod corp9 ſaluberrimũ eſſe, quod in præſentia aut ſalubre eſt, aut morboſum, aut neutrum: alioqui vniuerſæ corporis in

p̃ſentia ὁποῖς, id eſt qualitate affecti, differẽtiæ ac ſpecies, ſuũ gen⁹ nõ æquarẽt. Nã alii quod in p̃ſentia corpus ὁποῖον eſſet, quod in p̃ſentia neq; ſalubre, neq; neutrũ, neq; morboſum dici poſſet, nimirũ ſaluberrimũ. Alii cõtrà putãt ſalubre ſimpliciter corp⁹, in præſentia ſalubre dici non poſſe, eiuſdẽ autoris verba ſequuti, q̃ græcè ita habẽt: ὑγιεινὸν δὲ νῦν ἐστι σῶμα τὸ κατὰ τὸ παρὸν ὑγιαῖνον. ἔστι δὲ δήπου καὶ τοῦτο καθ' ὃν ὑγιαίνει χρόνον, εὔκρατόν τε, καὶ σύμμετρον, οὐ τὴν ἀρίστην εὐκρασίαν τε καὶ συμμετρίαν, ἀλλὰ τὴν οἰκείαν. quod eſt, Salubre in p̃ſentia corpus eſt, quod in p̃ſenti tp̃e integrũ eſt, & ſanũ: ipſumq́;, quo tp̃e valet, ꝓbè tẽperatũ eſt, apteq; cõpoſitũ, hoc eſt, iuſta ſibiq; debita tẽperie ac cõpoſitiõe, nõ aũt illa ſumma ac optima cõſtitutiõe, ſed ſibi ꝓpria. Ex qbus verbis, vt aiũt, liquet ſimpliciter ſalubre dici nõ poſſe in p̃ſentia ſalubre. Vt aũt hãc cõtrouerſiã dirimam⁹, ſciendũ eſt hãc vocẽ, nũc, vel (ſi mauis) in præſentia, bifariã ſumi: interdũ ꝓ ſolo tp̃is momẽto: in qua ſignificatione patet ſimpliciter ſalubre, cũ ad ſummã hãc equalitatẽ oĩs exceſſus expertẽ (quã ſolũ momẽto durare oſtẽdimus) ꝑuenit, nũc ſalubre dici poſſe. Interdũ verò pro tp̃is ſpatio, quod antecedẽs præſens & futurũ cõcludit, accipitur: qua ſignificatiõe in tota hac diſputatiõe vtimur. Itaq;

G

H

A

ſalu

ſaluberrimũ corpus, & quòd ſolũ momẽto
tale durat, in præſentia ſalubre dici nõ põt:
quãdò quod momẽtaneũ eſt, per totũ tẽpo
ris ſpatium quod latitudinẽ habet, eſſe ne-
queat. Simpliciter igitur ſalubre, in præſen-
tia tale dici põt: quãdo hæc vox in p̃ſentia,
tpis ſpatiũ, nõ ſolũ momentũ (vt prius de-
claratũ eſt) ſignificat. Itaq; ſalubre nũc cor-
pus eſt, quod in præſentis tẽporis certo ſpa-
tio, nõ autem momẽto, ſanitate fruitur: idq́;
eo ipſo tẽpore quo ſanum agit, eucraton &
ſymmetrõ eſt: nõ illa ſumma, quæ momẽto
B ſolùm durat, ſed ſibi propria, cõprehẽſa ſci-
licet in ea latitudine quam ab ipſa ſumma
vſq; ad neutrã eſſe prius diximus. Ex quo li
quet corpus eucraton ac ſymmetron, id eſt
probè tẽperatũ, ac aptè cõpoſitũ, hoc loco
id appellari, quod in præſenti tempore tale
exiſtat: quemadmodum τὴν ἀρίστην εὐκρα-
σίαν τε καὶ συμμετρίαν, hoc eſt optimam tem-
peraturam, aptiſsimamq́ue compoſitionem
eam dici, quæ in præſentia talis ſit: quam
tantùm momẽto durare modò dicebamus:
C non autem quemadmodum nonnulli putãt,
ſemper, aut plurimũ. Si enim Galeni verba
expendas, intelliges eum in hac ſalubris in
præſentia corporis definitiõe, de eucrato et
ſymmetro, & de eucraſia ac ſymmetria lo-
qui, nõ quæ ex generatione talia ſunt, ſed in
præ

præſentia. Sed rurſus contẽdes, ſalubre ſimpliciter, & ſalubre in præſentia, cõtraria eſſe: proinde de eodẽ dici non poſſe. Quòd autẽ cõtraria ſint, vel ex hoc patet, quòd genus ſemper in contrarias ſpecies ac differentias diuiditur. Cũ igitur ſalubre in id quod ſimpliciter, & id quod in præſentia tale eſt, D tanquã in ſuas ſpecies ac differentias diſtribuatur, ea neceſſariò cõtraria erũt. Reſpõdemus eas ſpecies ac differẽtias ratione tantum, nõ etiã re differre. Idem enim corpus ſimpliciter ſalubre dicitur, quatenus ab ipſo naturæ ortu tale exiſtit: in præſentia verò, quatenus nũc ſanitate fruitur: quemadmodum idem corpus ſimpliciter & in præſentia morboſum dici poteſt. Simpliciter quidem, quatenus ab ipſo ortu tale eſt: in præſentia verò, quatenus nunc ægrotat.

Corpus autẽ ſimpliciter ſalubre, perpetuò quidem eiuſmodi, temperatiſsimũ optimeq́; compoſitum eſt.

Quod διαπαντὸς, id eſt perpetuò corpus E ſalubre exiſtat, in cauſa eſt eius optima temperatura, & abſoluta perfectaq́; cõpoſitio. διαπαντὸς, enim non ſolũ perpetuò ac ſemper, ſed & abſolutè exquiſiteque ſignificare prius oſtẽdimus. Itaq; corpus hoc pacto ſalubre, ſemꝑ tẽperatiſsimũ eſt, & aptiſsimè

com

cõpoſitũ, quatenus per ætates licet: ac perpetuò tale permanet, niſi longa conſuetudine aliã temperaturã adſciſcat. Nã duplex temperatura eſt, vt in commentariis noſtris ad Glauconem docuimus: altera natiua, altera F aduentitia. Poſſunt enim quãlibet tẽperata corpora, longo otio, larga victus ratione, atq; ea quidẽ humida, aliisq; id genus humectantibus cauſis, pituitoſa fieri: proinde aut neutra, aut morboſa: queẽadmodũ & aſsiduo calfaciẽtiũ ac exiccantiũ vſu, bilioſa. Quòd ſi hac ratione corpus ſimpliciter perpetuoq; ſalubre, in morbũ fortè incidat (non enim cuiuis vel ſaluberrimo morbi cauſas vitare facilè eſt) id quo tẽpore ægrotat, tũ ſimpliciter ſalubre eſſe, tũ in præſentia ægrotare dicetur. Pari ratione ſi idẽ corpus in neutrũ affectũ incidat: quo tẽpore ita afficitur, & ſimpliciter perpetuoq; ſalubre, & in præſentià G neutrum dici poterit: quemadmodum corpus ſimpliciter perpetuoque morboſum, ſi interdum ſanum fiat, aut neutrum, id ſimpliciter perpetuoque morboſum, & in præſentia vel ſanum vel neutrum dici poterit.

Quòd uerò magna ex parte ſalubre eſt, haud lõgè abeſt ab optima cõſtõne.

Diximus ex Galeni ſẽtẽtia in cõmẽtariis noſtris in libros de curandi ratione ad

Glauconē,temperatā naturā duplicē eſſe, ſummā ac cōſummatā,quæ cogitatione ve-rius quàm re ipſa cōſiſtit,niſi fortè breuiſsimo tēpore duret. Hāc Galenus optimam,ac aptiſsimè cōpoſitam vocat. Hæc non habet latitudinē,quæ diuidi poſsit. Alteram verò quæ ab huius abſolutiōe perfectioneq; paululū deflectit verſus extrema, habetq; latitudinē quandam,ab optima ſcilicet vſq; ad neutrā, quæ quidē diuidi poteſt. Cū igitur multa ſint extrema tam intēperiei quàm cōpoſitionis, verſus quæ ipſa vergit, multæ erūt eius differentiæ. Nam alia ad calidum, alia ad frigidum,alia ad alia extrema deflectit. Quocirca ſalubriū vt multū corporū, permulta ſunt gña,quib⁹ ob exuperātiæ exiguitatē indita nōia nō ſunt;ſed vno tantùm gñe exprimūtur. Neq; eñ calida,frigida,humida aut ſicca,ob earū q̄litatū exiguā portionē,aliud q̄ ſui generis nomen inuenerūt. H A

Morboſum ſimpliciter corpus eſt, quod ex ortu partibus ſimplicibus intēperatum,uel inſtrumentis malè compactum,uel utrunque eſt.

Corp⁹ ſimpliciter ſalubre eſſe dicebam⁹, qđ abſolutè & ſine exceptiōe primis & ſimplicibus partibus tēperatū,inſtrumētis verò aptè cōpoſitū eſſet:hoc eſt omnium extre- B

morũ mediũ:nimirũ calidi,frigidi,humidi, & ſicci:quodq́; ex proba cõformatione,numero neq; ſuperãte neq; deficiẽte, cõmoda magnitudine,aptoq́; ſitu partium conſtaret. Quòd ſi qd ex his memoratu dignũ deeſſet,ſalubre ſimpliciter corp⁹ dici nõ poſſet: ſed vel neutrũ, vel morboſum ſimpliciter, ꝓ receſſus ab æqualitate, ab aptaq́; cõpõne, magnitudine. Vbi enim tãta eſt exuperãtia

C ex ipſo ortu contracta,vt actiones omnino impfectæ edãtur,corp⁹ ſimpliciter morboſum dicetur. Cũ ergo eiuſmodi exuperãtiæ multæ ſint,vt modò dicebam⁹, multæ erũt corporũ ſimpliciter morboſorũ differẽtiȩ, vt ãtè declaratũ eſt. Igitur corpora, eorũq́; ꝑcipuæ ptes,ſi ſimpliciter ſint calida, vel frigida,vel ſicca,vel humida, ſimpliciter morboſa erunt. Sin inter æqualitatem & extremas has exuperãtias collocata,neutra: vt in ſequentibus fuſius explicabitur.

Corpus uerò in præſentia morboſum

D *eſt, quod eo tempore quo tale dicitur, ægrotat. Certum autẽ eſt, id, quo tẽpore morboſum dicitur, aut partibus ſimplicibus intemperatum, aut inſtrumẽtis malè compoſitum,aut utrunque eſſe.*

Morboſum in præſentia corpus eſt,quod nũc vel intẽperie ſimpliciũ partium, vel in-

epta inſtrumētorũ cõpoſitione, vel vtroq; laborat, ſiue id ſimpliciter, ab ipſoq; ortu ſalubre, ſiue morboſum, ſiue neutrum ſit. Corpus enim ſimpliciter ſalubre, etſi omnibus ex æquo cauſis morboſis potētiſsimè repugnat, poteſt tamē aliquādo ob earũ magnitudinē in morbũ incidere: quoq; tempore ægrotat, morboſum in præſentia dici. Et ſimpliciter morboſum, id eſt morbis maximè obnoxiũ, quo tēpore ægrotat, morboſum in præſentia appellare licebit. Quoniā autem huc diſputando deuenimus, videndum eſt quare corpora quibus vel repugnant, vel conueniunt, hoc eſt, vt loquuntur Græci, quæ ſyſtata, & quæ aſyſtata ſunt. Salubre igitur ſimpliciter, cum morboſo ac neutro ſimpliciter pugnat: ideò ſimul eſſe nequeunt. Morboſum autē ſimpliciter, cũ ſalubri in p̃ſentia eſſe poteſt, vt antè oſtenſum eſt: & cũ morboſo et neutro in p̃ſentia. Nā vt ſuprà diximꝰ, ſalubre corpus vi & aſsiduitate cauſarũ morbidarũ in morbũ labi põt: ꝓinde in neutrũ affectũ, cuiuſcũq; ſignificatiõis ſit: ſeruata ſemꝑ genuina ad ſanitatē procliuitate. Salubre in p̃ſentia cũ neutro in præſentia eſſe non poteſt, cuiuſcunq; ſit ſignificationis. Nā quod eſt in præſentia ſanũ, id tēperatũ & cõmoderatũ eſt. In præſentia autē neutrũ, primæ, quidē E F

ſign


ſignificationis,nec tẽperatũ,nec probè cõpo
ſitũ eſt,ſed in medio cõſtitutũ:ſecũdæ autẽ
ſignificationis,quãdò neceſſariò altera op-
G poſitione morbidũ eſt,vel vtraq;,& cõpoſi
tione ſalubre, aut cõtrà:ſanum igitur nullo
modo dici poterit, cũ id tẽperatũ, & probè
cõpoſitũ ſit. Nec cum tertiæ ſignificationis
neutro eſſe poteſt.Nã quod modò ſanum,
modò ægrũ eſt, in toto eo tẽpore quo tale
exiſtit,ſanũ dici nõ poterit,ſed altera parte
ſanũ, altera ægrũ. Semper enim eorũ fieri
cõparatio debet pro eodẽ tempore, vt pòſt
dicetur.Repugnat & ſalubre in præſentia,
morboſo in præſentia:contraria enim ſunt:
proinde ſimul cõſiſtere nequeũt. Coire ve
rò ſalubre in præſentia,cũ ſimpliciter mor-
H boſo poteſt:quoniã cũ id in ſua peculiari va
letudine agit(agit enim aliquando:alioqui
fruſtra morboſum in id quod ſimpliciter,&
quod in præſentia tale eſt,diuideretur)tem
peratũ ac probè cõpoſitũ eſt,nõ optimè,ſed
ſuo modo.Cũ neutro etiam ſimpliciter in
primo & ſecũdo ſignificato, ſalubre in pſen
tia erit.Nã vtrũq; horũ ſuo modo ſanũ eſt.
In tertio verò ſignificato, etſi modò ſanũ,
modò ægrũ eſſe natũ ex ipſo ortu eſt,qa tñ
eo toto tpe ſanũ eſſe põt, ſimul eſſe pote-
rũt ſalubre in pſentia, & neutrũ ſimpliciter
tertiæ ſignificatiõis.Si verò eo tẽpore quo

neutrũ tale natura exiſtit,nũc ægrotet, nũc verò ſanũ ſit,cũ ſano in pſentia eſſe nõ po- A terit,nã toto eo tpe ſanũ eſſe nõ dr. Morboſum ſimpliciter cum ſalubri ſimpliciter non cõſiſtit,vt dictũ eſt:nec cũ affectu neutro ſimpliciter,cuiuſcũq; ſignificationis:qñ ſimpliciter morboſum,intẽperatiſsimũ, vel ineptiſsimè cõpoſitum,vel vtrũq; eſt:quod neutri corpori,cuiuſcũq; ſit ſignificationis, non cõtingit. Neq; enim in medio ſaluberrimi & morboſiſsimi cõſtitutum eſt:neque vtriuſq; particeps, id eſt quod partim morboſum partim ſalubre eſt: neq; quod aliqñ ægrũ,aliquãdo ſanũ eſt. Cum ſalubri verò B in præſentia eſſe poteſt,vt diximus: & cum morboſo in præſentia. Nã id eſſe poteſt, in quod natura eſt procliue. Morboſum in præſentia,cum ſalubri in præſentia eſſe non poteſt. Nã morboſum & ſalubre vtrũq; in præſentia,extremè ſunt contraria: ſimul igitur eſſe nõ poſſunt. Nec cum affectu neutro in præſentia,cuiuſcunq; ſit ſignificationis. Nã quod in medio ſaluberrimi & morboſiſsimi eſt,quodq́; partim ægrotat, partim ſanũ eſt, morboſum in præſentia eſſe nõ poteſt: quẽadmodum nec quod aliquando ſalubre, aliqñ morbidũ eſt:qa toto eo tpe morboſum in præſentia non eſt,ſed tantùm altera C parte. Cũ verò ſimpliciter ſalubri & neutro

ſim

ſimpliciter cõſiſtit. Nã vtrũq; in morbũ cadere põt. Simpliciter neutrũ, ſimpliciter ſalubri & morboſo repugnat, vt oſtẽſum eſt: ſed cũ ſalubri & morbido in pſentia cõſiſtere põt, queadmodũ iã declaratũ eſt. In præſentia neutrũ, cũ ſalubri & morboſo in præſentia pugnat, vt oſtẽſum eſt. Neutrũ verò ſimpliciter in prima ſignificatiõe, cũ neutro in præſentia eiuſdẽ ſignificatiõis ſimul eſſe põt. Nã quod in medio ſaluberrimi & mor-
D boſiſsimi natura cõſtitutũ eſt, id in pſentia tale eſſe põt, nõ aliter atq; ſalubre ſimpliciter & in præſentia. Ad eundẽ modũ ſecũdæ ſignificatiõis neutrũ ſimpliciter, cũ neutro in præſentia eiuſdẽ ſignificatiõis: & neutrũ tertiæ ſignificatiõis ſimpliciter, cum neutro eiuſdẽ ſignificationis in præſentia eſſe põt. Tale enim in præſentia vnũquodq; corpus reuera eſſe põt, quale ab ipſo ortu eſt. Verũ coire nõ poteſt neutrũ ſimpliciter primę ſignificationis, cũ ſimpliciter neutro ſecũdæ, & tertiæ: nec neutrũ ſecũdæ, cũ neutro primæ & tertiæ: nec neutrũ tertiæ, cũ neutro primæ & ſecũdæ ſignificationis. Ad eũdem
E modũ nec neutrũ in præſentia, cum reliquis neutris in præſentia. Porrò autẽ neutrum in præſentia primæ ſignificatiõis, cum neutro ſecũdæ & tertiæ ſimpliciter eſſe nõ poteſt. Quod enim in præſentia exquiſitè eſt me-

dium ſaluberrimi & morboſiſsimi, id partim ſalubre,partim morboſum, natura eſſe nō poteſt:nec alio tēpore ſalubre,alio morboſum. Quî fieri enim poteſt, vt natura calidius, & in humiditate & ſiccitate tēperatum,aut cōtrà:& tēperatū, ſed malè cōpoſitum corpus ſit,aut cōtrà, & tamen exquiſitè medium ſaluberrimi & morboſiſsimi, tam qualitatū cōuenientia,quàm partiū cōpoſitione nūc ſit:quodq; altero tēpore ſalubre, F
altero inſalubre re ipſa exiſtat? toto enim eo tpe exquiſitè mediū ſaluberrimi & morboſiſsimi natura eſſe nō poteſt. Nec ſimiliter neutrū in præſentia ſecūdę ſignificationis,cū neutro ſimpliciter primæ & tertiæ ſignificatiōis ſimul eſſe pōt. Quod enim parte altera ſalubre,morboſum altera eſt: aut elemētorū qualitate mediocre, partib⁹ verò malè cōpoſitū,aut contrà:exquiſitè mediū ſaluberrimi ſimpliciter & morboſiſsimi,aut hoc tpe ſalubre ſimpliciter,illo morboſum eſſe nō pōt. Nec in præſentia neutrū G
tertiæ ſignificationis, cū neutro ſimpliciter primæ & ſecūdæ:vt ex iis q̄ antè retulim⁹, cōſtare pōt. Hæc aūt oīa ex ſequēti diagrāmate luculētiora fiēt:in quo 1 primā, 2 ſecūdā,3 tertiā vocis neutrū ſignificationē oſtēdit:o ſyſtata corpora,id eſt quæ coire poſſunt: ● aſyſtata, quæ ſimul eſſe nequeunt.


SALVBRE IN PRÆSENTIA.
SALVBRE SIMPLICITER.
1 2 3
1
2
3
NEVTRVM IN PRÆSEN TIA
1 2 3
1 2 3
1
2
3
NEVTRVM SIMPLICITER
1 2 3
MORBOSVM IN PRÆSEN TIA
MORBOSVM SIMPLICITER

Atq; morboſum ſemper eſt, quod ab E *ipſo ortu aut ſimplicibus primiſq; partibus uel omnibus, uel quibuſdã, uel principibus, intemperatißimum eſt: aut inſtrumentis peßimè compoſitum, iiſq; ſimiliter uel omnibus, uel quibuſdã, uel præcipuis.*

Quẽadmodũ corpus ſemper ſalubre, non ſolũ quod perpetuò, ſed & abſolutè (vtrũq; enim ſignificat διαπαντὸς, vt antè declarauimus) tale eſſe dicebamus, nẽpe optimè conditum ab ipſo naturæ exortu: ita morboſum ſemper id eſſe dicimus, quod perpetuò abſoluteq; tale exiſtit: hoc eſt quod deterri- F mam habet conſtitutionẽ ab ipſo ortu, quæ per totã vitã talis durat, etiã ſi aliquãdo ſanum ſit. Sanũ enim in præſentia eſſe poteſt, nõ integrè, ſed ſuo modo: vt prius diximus. Nã præcautionis ratio, quæ in agendis, aſſumendis, excernẽdis, & foris incidẽtibus cõtinetur, efficit ne ſemper morboſum corpus præſenti morbo laboret. Quemadmodum enim ſimiles cauſæ multę ac vehemẽtes, corpus, quãtũcũq; ſalubre ſimpliciter ſit, in morbũ trahũt, ita cõtrariæ multæ ac vehemẽtes morboſum corpus à morbis ſeruãt. Siue igitur quod ſalubre ſemper eſt, ægrotet, ſiue G

quo

quod ſemper eſt morboſum,ſanũ ſit:tamen ſuã vtrũq; natiuã conſtitutionẽ ſeruat:proindeq; alterũ ſemper ſalubre,alterũ ſemper morboſum dicitur. Deterrima igitur hæc cõſtitutio ſit,intẽperatiſsimis primis ac ſimplicibus partibus,vel omnibus, vel quibuſdã,vel certè principibus,aut inſtrumẽtis peſſimè cõpoſitis,vel omnibus, vel quibuſdã, vel principatũ in corpore habentibus. Vbi enim ſimplices partes omnes tã vehemẽter ſunt intemperatæ,vel inſtrumẽta tam malè
H compoſita,(citra tamen morbũ) vt vitioſas omnino actiones edãt,aut nonnullæ, nõ omnes,ſed quæ ſint magni momẽti partes,cuiuſmodi ſtomachus eſt, aut certè principes partes,vt cerebrũ,cor, iecur: corpus ſemper morboſum dicitur,aptũ tota vita tale perſeuerare,etiam ſi,vt diximus,nunc ſanũ agat.

Magna autem ex parte morboſum corpus eſt,quod ab huius quidem uitio recedit,nondum tamen in medio conſtitutum eſt.

Ex his quæ iam diximus,ac deinceps dicemus,certũ eſt omne corpus quod ſimpliciter aut ſalubre,aut morboſum,aut neutrum eſt,ab ipſo ortu tale eſſe:proinde per omnẽ vitam perpetuò tale perſeuerare:hoc eſt ge-
A nuinam illam tẽperaturam ac cõpoſitionẽ

quam ab initio accepit, perpetuò ſeruare, quocũq; affectu in præſentia laboret. Sed, inquies, ſi tale perpetuò manet, ſemper tale dicetur: quod ſi verũ eſt, ſalubre vt multũ, etiam ſemper tale dicetur: quare ſimpliciter ſalubre, in ſemper, & magna ex parte tale di uidi non poteſt: queadmodum nec morboſum, nec neutrũ ſimpliciter: ſed omne corpus ſimpliciter vel ſalubre, vel morboſum, vel neutrum, ſemper tale exiſtit, & non vt multũ. Hoc facilè diluere poterit, quiſquis in memoriã reuocauerit quæ de hac voce διαπαντὸς ſuprà diximus. Corpus enim ὑγιει- B
νὸν διαπαντὸς eſſe diximus, nõ quod ab exortu tale ſemper maneat, ſed & abſolutè ſalubre ſit. Ad eundẽ modũ morboſum & neutrum dicitur. Quare magna ex parte ſalubre corpus, etſi tale per omnẽ vitam permanet, non tamẽ διαπαντὸς ὑγιεινὸν dicitur, quia abſolutè ſalubre non eſt. Similiter morboſum vt multũ, etſi per omnẽ vitã tale perſeuerat, non tamẽ διαπαντὸς νοσῶδες dicitur, qa exquiſitè tale non eſt. Morboſum igitur vt multũ corpus eſt, quod non abſolutè intemperatũ ac malè cõpoſitum eſt, ſed ſemper tale: & quod ab abſolutè vitioſo ita diſcedit, C
vt in medio ſaluberrimi & morboſiſsimi corporis non exiſtat: hoc eſt vt neutrũ non ſit. Cum autẽ morboſum ſemper corpus ſit,

quod

quod in caliditate frigiditate & humiditate vel ſiccitate, aut quod in caliditate & humiditate, caliditate & ſiccitate, frigiditate & humiditate, frigiditate & ſiccitate exuperarit, aut vitiatæ vel magnitudinis, vel formæ, vel ſitus, vel numeri ſit: vel hæc omnia deprauata habuerit: ab vnoquoq; horũ vitioſorũ extremorũ vſq; ad neutrũ affectũ latitudo eſt: in qua corpus cõſtitutum, mor-
D boſum vt multũ dicitur. Quod autẽ in extremis eiuſmodi eſt collocatũ, morboſum ſemper. Quod verò in horũ æqualitate & ſymmetria eſt poſitum, ſemper ſalubre: & quod in latitudine quæ ab hac æqualitate & ſymmetria vſq; ad neutrum affectũ peruenit, vt multum ſalubre appellatur.

Quoniã neutrũ corpus triplex eſſe dicebamus: primum quidẽ, quod neutrius extremarũ affectionũ: ſecundum, quod utriuſq;: tertiũ, quod nũc huius, nunc illius eſt particeps: iuxta primũ ſignificatum neutrũ corpus eſt, quod exquiſitè mediũ eſt ſaluberrimi & morboſißimi,
E *atq; id aut ſimpliciter tale eſt, nimirũ ab ipſo ortu ita cõſtitutum: aut in præſentia, quod in præſenti tẽpore ſaluberrimi*

& morboſißimi medium exiſtit.

Si, quę de ſalubri & morboſo priùs declarata ſunt, memoriæ mãdaueris, facilè quid neutrũ primę ſignificatiõis ſit, intelliges. Saluberrimũ enim & morboſiſsimũ eſſe diximus, & quod ſimpliciter, & quod ab ipſo ortu: in præſentia verò, quod in præſenti tẽpore integrã habet cõſtitutionẽ. Quod autem in horũ medio exquiſitè collocatũ eſt, neutrũ appellatur: vtpote quod neq; ſaluberrimũ, neq; morboſiſsimũ ſit: neq; in alterutrã affectionẽ magis declinet. Neutrum igitur ſimpliciter iuxta primã ſignificationem eſt, quod ex ipſo ortu exquiſitè mediũ eſt ſimpliciter ſalubris & morboſi. Neutrũ verò in præſentia eiuſdẽ ſignificationis eſt, quod ſalubris & morboſi in pręſentia exquiſitè mediũ eſt. Cũ igitur ſimpliciter, & ſemp, & magna ex pte dicat. vt mox docebim⁹, neutrũ ſimpliciter mediũ erit ſalubris & morboſi tã ſemper quàm magna ex parte. Similiter neutrũ in præſentia, medium erit nõ ſolùm abſolutiſsimè ſalubris & morboſi in pręſentia, ſed & ab hac pfectiõe paululũ deflectit. F G

Neutrum autẽ ſimpliciter, aliud perpetuò tale eſt, idq; in omni ætate tale perſeuerat: aliud uerò magna ex parte, quod permutationes quaſdam recipit.

Semper neutrum,quemadmodũ ſalubre & morboſum,dicitur quod exactè tale genitũ eſt,perſeueratq; per omnes ætates. Magna verò ex parte neutrum,tale quidem genitum eſt,ſed nõ eſt exquiſitè medium ſalu-
H berrimi & morboſiſsimi,verùm ad alterutrum extremũ,nempe ſalubre vel morboſum,paululum deflectit:proinde nõ perpetuò tale manet:ſed prout magis minúsve ad ſalubre vel morboſum vergit,ita frequentius aut rarius permutatur. Quod enim ad ſalubre proprius accedit,rarius: quod verò ad morboſum,ſæpius permutatur.

Iuxta uerò ſecũdũ ſignificatũ neutrũ corpus eſt,quod ex ipſo ortu cõtrariarũ ſimul affectionum eſt particeps,ſiue in una parte, ſiue duabus differentibus. In una quidẽ,ſi in altera agentiũ qualitatum oppoſitione,uel utraq; etiã, probè
A *temperatũ ſit:ſed in formatione, uel magnitudine,uel numero, uel ſitu partium, uitium fecit.Aut contrà ſi in his quidem uel omnibus,uel quibuſdã,inculpatũ ſit: in temperatura uerò peccet. In diuerſis autem partibus,& per omnes oppoſitiones quodammodo poteſt cõtrario-*

rum

rum ſimul eſſe particeps. Et ſemper id tale eſt, quod per omnes ætates ſimile permanet: magna uerò ex parte, quod in aliquo permutatur. Ad eundem modum, in præſentia neutrum eſt iuxta ſecũdum ſignificatum, quia aut in una parte, aut in diuerſis, alia ex his quæ ipſi inſunt, ſalubria, alia morboſa habeat. B

Neutrũ ſecundi ſignificatus ſimpliciter quidẽ tale eſt, quod ex ipſo ortu contrariarum affectionum, nempe ſalubris & morboſæ particeps eſt: quod bifariam cõtingit, vel in vna corporis parte, vel in diuerſis. Poteſt enim vna eademq; pars, aut vtraque oppoſitione temperata eſſe, ſed vel magnitudine, vel formatione, vel numero, vel ſitu, vel horum aliquibus vitiata: aut in altera tantùm, hoc eſt vel in caliditate & frigiditate temperata, ſed vel humidior, vel ſiccior: vel cõtrà frigidior vel calidior, ſed temperatæ humiditatis & ſiccitatis eſſe, idque ſeruata vel vitiata magnitudine, formatione, numero, ſitu, vel his omnibus, vel aliquibus. Corporis quoq; partes aliæ probè debiteq;, aliæ improbè tẽperatæ & cõpoſitæ eſſe poſſunt. Iecur, verbi gratia, optimè tẽperatum & cõſtitutũ eſſe poteſt, teſtes verò vel cerebrum C

det

deterrimè. Corpus igitur quod ex generatione aliquã è cõmemoratis affectibus cõſtitutioné habet, ſimpliciter neutrũ dicitur. Quòd ſi omnino per omnem ætatem tale
D perſeuerare idoneũ eſt, ſemper perpetuoq́;, ſin ab hoc aliquãtũ deflectat, magna ex parte neutrum ſecũdæ ſignificationis dicitur. Quòd ſi nõ ex generatione tale ſit, ſed aliqua occaſione in eiuſmodi affectum inciderit, neutrum in præſentia ſecũdi ſignificatus appellabitur. Sed fortè repugnabis, cum fieri nõ poſsit vt duo contraria in eodẽ ſubiecto ſimul exiſtant. Contraria enim ſunt ſalubre & morboſum, quorũ particeps eſt neutrum ſecundæ ſignificationis, vt dictum eſt. Tibi reſpondemus, corpus hoc modo affectum, ſimpliciter neque ſalubre eſſe, neque morboſum, ſed tãtùm ad aliquid relatũ. Nã ſalubre eiuſmodi corpus eſt, quatenus tem-
E peratæ caliditatis partem aliquã habet. Morboſum verò, quatenus eandẽ habet humidiorẽ vel ſicciorem. Itẽ quatenus eſt iecore probè temperato, apteq́; cõpoſito: cerebro verò vel intẽperato, vel ineptè compoſito, vel vtroq; modo affecto. Ex his palàm eſt eãdẽ partẽ dici partim morboſam, partim ſalubrem: nõ tamen vel morboſam ſimpliciter, vel ſalubrem: vnde & totũ corpus neutrũ dicitur: quẽadmodũ plures partes, alias

eſſe

eſſe probè,alias improbè conſtitutas: vnde ſimiliter corpus neutrius appellationem habet.Sed rurſus inquies,id genus neutrũ nihil differt à ſimpliciter morboſo,ſatis enim eſt id intẽperatũ,vel malè cõpoſitũ eſſe,vt morboſum ſimpliciter dicatur,quod neutri ſecũdæ ſignificatiõis cõpetit. Reſpõdemus, morboſum,intẽperatũ,vel ineptè cõpoſitũ, vel vtrunq; eſſe,vel in omnibus,vel aliquibus præcipuis(vt dictũ eſt)partibus,vel quæ ſint alicuius momẽti:ita vt probè affectas ſuperẽt,proinde affectiões vitioſiſsimas edãt. Neutrũ verò etſi intẽperatũ,vel ineptè cõpoſitũ eſt,nõ tamen in omnibus, neq; præcipuis,ita vt quas edit actiones, vitioſiſsimæ non ſint,ſed neutræ:neque omnino imperfectæ,neque omnino probæ. Affectus enim neuter ſecũdæ ſignificatiõis non ita ſalubrẽ vincit,vt morboſus ſimpliciter dici poſsit. F G

Secundũ uerò tertium ſignificatum neutrum corpus eſt,quod aliquando ſalubre,aliquando morboſum,uiciſsim exiſtit:ut nonnullis accidit,qui in pueritia ſalubres,in iuuentute uerò morboſi exiſtunt:aut contrà.

Neutrum iuxta tertiũ ſignificatũ,quemadmodũ & alia,dicitur ſimpliciter & in præ

H ſentia tale. Simpliciter quidē, ſemper, & vt multū. Simpliciter igitur neutrū tertię ſignificationis eſt, quod ſuapte natura in aliis ætatibus ad ſanitatē, in aliis ad morbū eſt procliuius: quemadmodum & in aliis temporibus, locis, & viuēdi normis. Sunt enim qui in pueritia ſani, in iuuentute morboſi degant, & contrà. Sunt prætereà & alii qui ſua natura æſtate optimè, hyeme deterrimè habeāt, & contrà: quemadmodū & alii ſunt quibus calidæ regiones ſalubres, frigidæ inſalubres ſint. Similiter & nōnulli, quos calida victus ratio ſanos, frigida verò ægrotos reddat: &
A contrà. Nec ideò eiuſmodi corpus ſalubre aut morboſum eſt ſimpliciter, hoc eſt ex generatione, ſed tantùm ad aliquid relatum, nempe ad hoc vel illud tempus, vel locum. Alio enim tempore, alia ætate, & alio loco ſalubre eſt, alio morboſum. Corpus autem quod non ſolùm poteſtate, ſed re ipſa ſanum eſt, ægrotat verò diuerſis temporibus, ætatibus & locis, & diuerſa victus ratione, neutrum iuxta tertiam ſignificationem in præſentia dicitur. In exemplari græco ἐν μέρει legitur, quod nos viciſsim vertimus, quæ vox etſi ſuperuacua videtur (nam alternatim ſalubre & morboſum degere, nihil aliud ſonat, quàm aliquando ſalubre, aliquādo morboſum) neceſſariò
B tam

tamen hic addita eſt, vt horũ affectuum viciſsitudo ſignificetur: quæ cũ in aliis, tũ maximè anni temporũ viciſsitudinibus reperitur. Leonicenus hãc ſuppreſsit, propter rationem (vt arbitror) modò commemoratam. Manardus verò, in parte vertit: qua voce quid intelligere velit, me prorſus latet.

In uno autem tempore, neutrum ad hunc modum ſumptum, cõſiſtere exquiſitè non poteſt: longo uerò ac ſpatioſo poteſt. Non autem me latet hanc uocem nunc, bifariam uſurpari. C

Τὸ νῦν, id eſt τὸ ἐν τῷ παρόντι, quod eſt in præſentia, ſiue nunc, bifariam dicitur. Aliquãdo enim temporis momẽtũ ſignificat: vt, Nũc mihi id in mentem venit. Nunc pro temporis in quo ſumus, articulo ſumitur. Aliquando verò tẽporis ſpatiũ etiam ſignificat, tantum quidẽ, quantum res quæ exprimitur, durat: vt cũ dicimus hominum mores nũc eſſe corruptiſsimos. Nũc ſignificat nõ horã, non diem, nõ hebdomada, aut menſem ſolum, D ſed multos etiam annos. Ad eundem modũ corpus ſalubre, morboſum & neutrum nũc, dupliciter dicitur: nẽpe quod ſolo momento tale exiſtit: & quod lõgo ſpatio tale permanet. In hoc poſteriore ſignificato cõſtat

nunc

nunc debere dici de neutro corpore tertiæ ſignificationis, hoc eſt quod vicisſim ſalubre ac morboſum eſt pro temporum ac ætatum varietate: vt antè declaratum eſt.

Quot modis igitur ſalubre, morboſum, & neutrũ dicatur, & quale unũquodque ſit, abunde explicatum eſt: de ſignis autem deinceps dicemus.

E Oſtenſum eſt ſuprà, ſalubre, morboſum, & neutrum, trifariam dici: nempe vt corpus, vt cauſa, vt ſignum. Rurſus horum quodq;, ſimpliciter, & in præſentia. Et ſimpliciter, ſemper, & vt plurimum. Neutrum quoque tum corpus, tum cauſa, tum ſignum, trifariam, nempe aut vtriuſque, aut neutrius contrariorum participatione, aut aliquando huius, aliquando illius. Et quod vtriuſque eſt particeps, id vel ex æquo vtriuſq;, vel alterius magis eſt particeps. Certũ eſt igitur in ſanitatis latitudine contineri corpus ſalubre & morboſum & neutrum tam ſimpliciter

F quàm in prꝗſentia: vt fuſius poſteà dicemus. Igitur de ſignis nunc dicendum eſt.

Sunt autem ex his ſalubria quidẽ, quæ præſentem indicant ſanitatem, futuram prænuntiant, & præteritam ad memoriam referunt, Morboſa uerò, quæ mor=

bum præſentem ſignificant, præteritum in memoriam reuocant, & futurū prædicunt. Ad eundem autem modū neutra, alia neutram affectionē oſtēdunt, prænuntiant, & memoriæ tradunt. Atque hæc aut nihil omnino de affectionibus indicant: aut non magis ſalubrem, quàm G *morboſam; aut in aliqua re ſalubrem, in alia morboſam: aut aliquando ſalubrē, aliquando uerò morboſam, hæcq́; iuxta tria tempora, non aliter atque ſalubria & morboſa dicuntur. Omnia autē hæc nonnunquam à ueteribus medicis ſigna prognoſtica dicuntur: tametſi & præſentia & præterita ſignificant.*

progn:

Diximus antè, Galenum à corporibus, quòd ipſa nobis priora obiiciūtur, incepiſſe. Nunc ſigna tractanda ſuſcipit, quoniam per hæc corporum qualitates affectionesq́; H cognoſcūtur: hoc eſt ſanitas, morbus, & neuter affectus: proinde ipſis principiorum vice in hac coniecturali medicinæ parte vtimur, vt antè monſtrauimus. Nobis enim, hoc eſt ſenſui manifeſtiora ſunt, quàm ex quibus naſcūtur cauſæ, nā affectiones quorū ſigna

ſunt

ſunt, nobis produnt, interdum quidem præſentem, vt pulſus inæqualitas, quæ præſentem febrẽ ex putredine ſignificat. Interdum futurã, vt proba concoctio, quæ futurã ſanitatẽ prædicit. Interdũ præteritã, vt in diaria febre luculenta macies, quæ mœrorem præceſsiſſe teſtatur. Cũ igitur eiuſdẽ cauſæ plures ſunt effectus ſeſe deinceps cõſequen-
A tes, primus nõ ſolũm ſuam cauſam, ſed & futuros effectus poteſt ſignificare: vt quia virium robur primũm morbi materiã concoquit, deinde eam expellit, poſteà ſanitatem reſtituit: primus effectus, nempe concoctio, præſentem ſuã cauſam oſtendit, ſcilicet virium robur, & futuros alios effectus ſeſe ordine cõſequentes: nempe futuram materiæ expulſionem, quæ in criſi fieri ſolet: & ſanitatem, quæ hanc expulſionem ſequitur. Ad eundem modum vbi effectus plures habet cauſas ordine ſeſe conſequentes, eas omnes indicabit, vt faciei pallor ac tumor, & palpebrarum grauis motus, primũm humorem
B qui hanc mouendi difficultatem, tumorem & pallorem intulit, ſignificat: deinde humorem hunc ob nimias vigilias acceſsiſſe. Itaque ſigna alia præſentem ſanitatem morbũ & neutrum affectum ſignificant, græcisque διαγνωστικὰ ſiue δηλωτικὰ appellantur. Alia eoſdem affectus futuros prænunciant, &

προγνωστικὰ dicũtur. Alia præteritos in memoriã reducunt, vocãturq; ἀναμνηστικά. Sanitatem hic intelligo nõ ſolùm τὴν νῦν, id eſt quæ in præſentia eſt, ſed & nobis cõgenitã. Ad eundẽ modũ, morbũ, & neutrũ affectũ, C tũ qui in pręſentia eſt, tũ nobis cõgenitũ, dicimus. Signa igitur, quæ quidẽ ſanitatẽ teſtãtur, ſalubria: quæ autẽ morbũ, morboſa, quę verò neutrũ affectum, neutra vocãtur. Neutra autem, alia quidem ſtatum neutrius affectionis participẽ ſignificant, prænuntiant, & memoriæ produnt: cuiuſmodi eſt qui ſalubris & morboſi omnino eſt medius. Alia nihil prorſus de affectione indicant, prædicunt, aut in memoriam reuocant. Alia non magis ſalubrẽ quàm morboſum ſtatũ: alia in aliquo ſalubrem, in aliquo morboſum. Alia quandoque ſalubrem, quandoq; mor- D boſum: vt ex Galeni dictione conſtat.

Atque non parua ex indicantibus ac prænuntiãtibus utilitas habetur: minor uerò ex his quæ in memoriam præteritum affectum redigunt.

Hæc ſignorũ genera tam medico quàm ægroto perneceſſaria omnia ſunt: ſed tamẽ quæ præſentẽ affectũ oſtendunt, & futurũ prædicunt, magis: quæ verò præteritũ in memoriã reducunt, minus. Nam quæ præſentis ſtat

ſtatus naturã, eiusq; cauſas explicãt, efficiũt vt qui vel ſano vel ægro præeſt medicus, & ſanitatẽ tueatur, & morbũ profliget: ſi qui-
E dem ab his indicationes non ſolùm tuẽdæ valetudinis, ſed & depellendi morbi ſumun tur: quod ad finẽ conſequendũ maximè neceſſarium eſt. Neque enim ſanitatẽ præſentẽ tueri quis poterit, niſi hanc, eiusq; cauſas cognouerit. Sanitas enim alia optima eſt, alia ab hac deflectit. Optima, tẽperatiſsima eſt, & moderatiſsima: ideò ſeruari moderatiſsimis tẽperatiſsimisq; debet. Quæ verò ab hac deflectit, multiplex eſt, calida, frigida, humida, ſicca, ex his miſtæ: quarũ nulla diuiſionẽ recipit, niſi in ratione maioris & minoris: vt ſuprà fusè docuimus. Hæ ſeruan-
F tur non tẽperatiſsimis, ſed ſimilibus. Quòd ſi eas ad optimam reducere velis, contrario victus genere (quod à mediocri tẽperatoq; tantum diſcedat, quantũ hæ ab optima temperie deflectunt) vti oportet: quod omnino fieri non poterit niſi temperamentis, quale quodque ſit, cognitis. Ad eundem modum ignorato morbo, eius cauſis, imò & eorum magnitudinibus, medicus remedia rectè inſtituere non poterit. Neceſſaria igitur ad ſanitatem eſt, ſignorum quæ præſentẽ affectum oſtendunt, cognitio. Nõ minus verò vtilia ſunt ac neceſſaria, ea quibus futurum

affectionis ſucceſſum præuidemus, προγνω- G
ϛικὰ appellāt. Neq; enim ſine his remedia, victusq; ratio rectè præſcribi poſſunt. Præterea medico ex his nō exigua laus accedit. Quæ verò præterita cōmemorāt, vtilitatē quoq; adferunt, ſed minorem, vt diximus, quàm quæ præſentē affectū oſtēdūt, & futurū prædicunt. Efficiūt enim, vt medico maiorem fidem ęgrotus adhibeat, magisq; pareat: quod magni ad curationē momēti eſt.

Cū igitur ſalubria corpora alia ſimpliciter talia ſint, alia in præſentia, (quæ & ſana dicūtur) ſimpliciter ſalubrium duplicē eſſe di.ſt rētiā diximus: nēpe & H
quæ perpetuò eiuſmodi ſunt, & quæ ut plurimum. Perpetuò *ſalubria ſunt quæ optimam habēt cōſtitutionem: ut plurimum uerò, quæ nō lōgè ab hac recedūt.*

Quod ſuprà fuſiſsimè docuit, nunc velut epilogo quodam recenſet: nimirum corporis ſalubris differentias, antequam illius ſigna explicet, vt ſeruata illarum memoria, facilior ſit ſignorum intelligentia. De eiuſmodi autem differentiis nunc verba retexere ſuperuacuum eſſe putamus, quandò plus ſatis de his paulò antè diſputatum eſt.

Hor

A *Horum autẽ notæ, ab his quæ ſecundum ſubſtãtiæ rationẽ inſunt, ſumendæ ſunt: & ab his quæ ex neceſsitate cõſequũtur, tũ actionibus, tũ ſymptomatis, quæ & accidentia propriè uocantur.*

Salubrium corporum notæ, ab his quæ ſecundum ſubſtantiæ rationem inſunt, ſumuntur, & actionibus, & ſymptomatis, non omnibus, ſed quæ neceſſariò temperaturã conſequuntur. Secundum ſubſtantiæ rationem inſunt qualitatum temperamenta, inſtru-
B mentorum compoſitio, & quæ ex his naſcuntur qualitates. Caliditas enim & frigiditas, humiditas & ſiccitas, quæ in corpore tactu percipiuntur, natiuam primarũ partium temperationem oſtendunt. Quales enim eiuſmodi partes tactu ſentiuntur, tales natura ſunt. Nam qui protinus tactu ſentitur calor, ei proportione reſpondet, qui ex prima cõſtitutione ineſt: niſi aduẽtitius ſit. Ad eundem modũ reliquæ qualitates. Qualitatum tẽperamentum comitatur ſubſtãtiæ concrementum, ac habitudo corporis. Concrementum quidẽ, vt durities & mollities:
C habitudo verò, vt gracilitas & corpulentia, macies & pinguedo. Durities enim, vt quæ à ſiccitate prodeat, corpꝰ ſiccũ eſſe oſtẽdit.

Mollities,tãquã ab humiditate nata,humi-
dũ. Eadẽ ratione gracilitas & macies à ſic-
citate originẽ habentes,ſiccum. Corpulẽtia
& pinguedo ab humiditate(corpulẽtia qui-
dem à calida,pinguedo verò à frigida) hu-
midũ eſſe oſtẽdunt. Corporis autẽ cõſtitu-
tio & συμμετρία, cõſtat ex magnitudine, fi-
gura,numero & ſitu partium:vt prius expo
ſuimus. Ex horum autẽ cõſtitutione proba
quidẽ,pulchritudo:improba verò, turpitu-
do vniuerſi corporis eiuſque inſtrumento- D
rum naſcitur. Ad eundem modum ex iuſta
qualitatum miſtione naſcitur coloris & for
mæ venuſtas: ex vitioſi, deformitas. Cum
his comprehendi poſſunt quæ corpori adna
ſcuntur,vt capilli,barba,pili:ex quorũ den-
ſitate,raritate,colore,& figura, temperamẽ
torũ notæ petũtur,aliud enim denſi capilli,
aliud rari,aliud nigri,aliud albi, aliud aſpe-
ri,aliud læues,aliud recti & paſsi, aliud cri-
ſpi & intorti oſtẽdunt: vt ex ſequẽtibus ma
nifeſtum fiet. Corporis actiones ſunt, quæ
ab animali,vitali,& naturali facultate pro-
deunt. Ab animali quidem ſenſus,motus, &
ratio,ſenſus communis,proprius. Commu- E
nis,ſomnus & vigiliæ : proprius,viſus,audi-
tus, odoratus, guſtus & tactus. Sub actione
affectionem,id eſt paſsionem intelligimus:
quæ non minorem quàm actio ad tẽpera-
men

mẽta eorumq; diatheſes indicãdas vim ob-
tinet. Nam facilè vel egrè externas iniurias
tolerare, cuiuſmodi ſunt frigoris, caloris, ci
bi, potus, inediæ, & ſimiliũ, quales ſunt tem
peraturæ, oſtẽdit: vt poſteà dicetur. Ad eun
dem modũ procliuitas, ingenitaq; facultas
agendi, ac patiendi. Alii enim prõptè, alii la
F boriosè diſcunt. Quidam natura inuidẽtio
res, alii miſericordes magis ſunt. Ex motu
quoque temperamentorum notæ petuntur.
Nam reſpiratio, thoracis temperaturam &
compoſitionem ſignificat: quemadmodum
progreſsio, crurum. Actiones quæ à princi-
pe facultate prodeũt, ſunt, cogitatio, quam
nonnulli imaginationem vocant, iudicium,
memoria. Quæ verò à vitali facultate pro-
ficiſcuntur, ſunt arteriarum & cordis pulſus,
& animi motus, cuiuſmodi ſunt iracundia,
furor, excandeſcentia, audacia, timor, inui-
dentia, odium, miſericordia, cũctatio, præ-
cipitatio, humanitas, moroſitas, animi do-
G lor, ſpes, amor, confidentia, lætitia, & triſti-
tia. Naturales actiones, poculẽtorum eſcu-
lentorúmque deſiderium: ſub quo genere
excrementa continentur, quæ cum vniuerſi
corporis, tum maximè partium vnde reii-
ciuntur, temperationem oſtẽdunt: cuiuſmo-
di ſunt vrinæ, ſputa, alui ſedimenta, ſaliua, ſu
dores, menſes, mucus: quæ quarum partium

affectiones ſignificent,poſteà docebitur. In excrementis cõſideratur tota ſubſtantia, vt vrina,ſudor,alui ſedimentũ. Quãtitas quæ reiicitur: reiectorũ qualitas,locus & vnde, & per quē reiiciũtur,tēpus reiectionis: quæ omnia ad naturæ cuiusq; cognitionem non H parũ conferunt. Symptomata autem, id eſt accidentia,quæ temperamēta ſequũtur, aut qualitates ſenſibus expoſitæ, aut διαθέσεις ſunt,id eſt affectiones quædã ſecundum naturam, tēperamenta cõſequentes. Senſibus expoſitæ ſunt,viſui quidem color, figura, & quãtitas. Nam oculis deprehendimus faciei ruborem,linguæ nigrorem,& corporis vniuerſi flauum colorē: ac reliquos non ſolùm corporis, eiusq; partium,ſed & eorum quæ corpori adnaſcũtur, vt capillorũ, barbæ, & aliorũ pilorum colores. Eorundē quoq; figuras,& magnitudines:cuiuſmodi ſunt capitis molēs,rotunditas:capilli denſitas,aſperitas,& ſimilia. Olfactu verò excremētorum A odores:guſtu ſapores: vt ſputi dulcedinem, acorem,& oris amarorem. Tactu verò primas qualitates,caliditatem,frigiditatē, humiditatē,& ſiccitatē: & ex his natas duritiē & mollitiem,& ſimilia:quæ prius in eorum genere cõtineri diximus,quæ ſubſtãtialiter inſunt. Tactu quoq; tenſionē & laxitatem deprehendimus. Hæc igitur in genere ſunt
qui

quibus corporum temperamenta & compoſitiones deprehendere licet.

Ab ipſa quidē ſubſtātia, eorum quæ optimè ſunt cōſtituta, ſimpliciū partiū mediocritas in caliditate & frigiditate, ſiccitate & humiditate: inſtrumētorum uerò, in magnitudine & numero eorum ex quibus cōponūtur: ad hæc formatione & ſitu ſingularum partium, totiusq; inſtrumēti. Ab his uerò quæ ex neceßitate cōſequuntur, in ſimplicibus quatenus ad tactum attinet, duritiei & mollitiei mediocritas: quatenus autem ad uiſum, coloris bonitas, & læuitatis aſperitatisq; mediocritas. In actionibus, integritas, quam & uirtutē appellamus. Ab his uerò quæ inſtrumēta comitantur, in inſtrumentorū corporis uniuerſi proportione, ac pulchritudine. Prætereà in actionum ab ipſis prodeuntium uirtute. Optimæ igitur cōſtitutionis corporum hæ ſunt notæ.

Cū corpus ſalubre aliud optimè cōſtitutū ſit, aliud ab hac perfectione nōnihil deflectat:

ctat:ab optimæ cõſtitutionis ſignis auſpica
tur. Rurſus cum ſigna alia ab his quæ ſubſtã
tialiter inſunt, alia & ab actionib⁹ & ab ac-
cidentibus, quæ ex neceſsitate tẽperamentũ
cõſequuntur, ſumãtur, vt modò dicebamus; D
ea primò quæ ſecũdum ſubſtãtiæ rationem
inſunt, tractat. Optimæ igitur cõſtitutionis
ſigna quæ ab his ſumũtur, ſunt mediocritas
exacta omnium extremorũ, nempe calidi-
tatis & frigiditatis, humiditatis & ſiccitatis:
quã nos, vt prius oſtendimus, tactu deprehẽ
dimus. Cum enim duplex in corpore calor
ſit, alter quem re ipſa tactu ſentimus, alter
qui facultate ineſt, ex primorũ elementorũ
miſtura natus, prior alterius magnitudinem
oſtẽdit. Nam quemadmodum nunc diceba-
mus, hi proportione reſpõdent. Itaq; qualẽ
& quãtũ admota manus ſentit, talis tãtusq;
facultate in corpore exiſtit, modò corpus
oĩs alienæ qualitatis, nẽpe caliditatis, frigi- E
ditatis, humiditatis & ſiccitatis exuperantis
expers ſit. Cum igitur corpus nõ magis cali
dum quàm frigidum, nec magis humidum
quàm ſiccum ſentitur eucraton ſiue tẽpera-
tũ omnino eſt. Sed quoniã corpus, vt prius
dicebamus, ex diuerſis contrariisq; partibus
eſt cõditum, aliis quidem calidis, vt corde:
aliis autẽ frigidis, vt cerebro: aliis humidis,
vt carne: aliis ſiccis, vt oſsibus: aliis verò tẽ-
per

peratis, vt cute: non poteſt in omnibus calor ſimilis apparere. Ideò in explorãda hominis
F natura, ea pars tangẽda eſt, quæ nullius extremorũ eſt particeps: in qua ſi harũ qualitatũ aliqua præpolleat, nempe caliditas, vel frigiditas, vel humiditas vel ſiccitas, intẽperatum erit, denominationemq; ſortietur ab eò quod in miſtione pollet elemento. In corpore autẽ hominis, cutis, maximeq; internæ manus, omnium partiũ tẽperatiſsima eſt, vt docet Galenus: proinde ex hac maximè temperamẽtum explorãdum eſt. Quam ſi nõ magis calidam quàm frigidã, neq; magis humidã quàm ſiccã perceperis, ſed omnino in horum medio cõſtitutam: ſcito cor
G pus optimè tẽperatum eſſe. Porrò autẽ cum ex his qualitatibus aliæ (vt prius diximus) naſcãtur, nempe durities, mollities, gracilitas, & corpulentia: ſi corpus neq; durius, neque mollius, neq; gracilius, neq; corpulẽtius, ſed in horum medio conſtitutum ſit: (euſarcon Græci, nos quadratũ dicimus) id optimè tẽperatum eſſe certius cognoſces: quẽadmodum ſi neq; aſperius, neq; læuius, neque glabrius, neq; magis hirtum appareat. Quòd ſi cum his adſit coloris bonitas ac venuſtas, iã certiſsima nota erit ſummę ęqualitatis. Corporis verò ſymmetriã aptamq; cõpoſitionẽ deprehendemus ex debita partiũ magnitu-

dine,

dine, cõformatione, numero, ac ſitu: ex qui- H
bus ſcilicet pulchritudo naſcitur, quæ opti-
mè conſtituti corporis nota eſt. Quòd ſi ex
antedictis aliquid defuerit, pulchrũ eſſe cor
pus non poterit. Neq; enim puſillos, neq; va
ſtæ molis homines, pulchros dicemus: etiam
ſi alioqui partiũ proportionẽ habeant: quã-
dò optimè conditi hominis functiones per-
fectè obire non poſſunt: quibus certè opti-
mam corporis conſtitutionem metiri ſole-
mus. Quiſquis enim edit bibitq; moderatè,
& nutrimentum, vt Galenus ait, non ſolùm
in ventre, ſed etiam in venis, & tota corpo-
ris mole probè cõcoquit, reliquasq; natura-
les actiones probas habet, quemadmodũ &
animales, hoc eſt probè ſenſuum functioni- A
bus vtitur, mediusq; eſt inter ſomnolentum
& peruigilem, inculpatisq; membrorũ mo-
tibus præditus eſt: optimam habet corporis
cõſtitutionem. Ad eundẽ modum, ſi medius
ſit inter cunctabundum & præcipitem, auda-
cem & timidum, miſericordem & inuidum:
ſi alacer, amicorum amans, humanus ac pru-
dens exiſtat: ſummè temperatus erit. Sequũ-
tur enim, vt Galenus docet, animi mores,
corporis temperaturam. Excrementa quoq;
ſi quidem ſecundùm naturam habeant, hoc
eſt cocta ſint, ſuo tẽpore reddita, per conue B
nientem locũ, & vndè oportet, nec maiore
nec

nec minore modo, naturæ bene conſtitutæ ſunt teſtimonia euidentiſsima.

Quæ uerò ab hac recedunt, ſed adhuc ſalubria ſunt, alia in ſimpliciũ partium temperie, alia in inſtrumentorum cõpoſitione (idq; uel omnium, uel quarundam, uel utriuſque generis partium harum) leuiter delinquunt. Vitiorum autem differentiæ eædem ſunt, quæ & uirtutem complentium: nimirum temperies in ſimplicibus, & in inſtrumentis C *numerus, formatio, magnitudo, & ſitus. Vtriſque uerò partibus communis eſt unitas: quam & cõtinuitatem uocamus. In iiſdem autem generibus ſunt morboſorum corporum uitia iuxta utranque morboſi ſignificationem. Terminus autem qui utrunque diſtinguit, actionum noxa eſt, quæ ſenſu percipiatur. Quæ autem ab optima conſtitutione paulùlum deflectũt: reuera quidẽ uitiata ſunt, ſed uitium ſenſu non deprehenditur. Hæc igitur diſtinguũtur maioris & minoris ratione, tum in obeundis actioni-*

bus,tũ morboſis cauſis repugnãdo. Simpliciter autem morboſa corpora hic diſtinguuntur, quod à morboſis cauſis promptè uincantur,& longè ab actionum integritate recedant: in amborum autem medio conſtituuntur,quæ ſimpliciter & quæ cum latitudine quadam neutra dicuntur. D

Oſtendebamus modò quibus notis optimam corporis cõſtitutionem explicare liceret,optimam intelligo,quam ſuprà abſolutè ſemperq; talem eſſe docuimus. Nũc earũ quæ ab ipſa recedũt, notæ inueſtigãdę ſunt: quod eadem certè methodo, qua optimam inquiſiuimus, fiet. Ab hac autem recedunt E quædã paululum,atq; hæc ſalubria, vt multum dicuntur:quædam autem multũ, morboſaq; appellantur : quædã verò in horum medio cõſiſtunt,& neutra vocantur. Atque hæc omnia,quæq; ſuam habent latitudinẽ: differũtq; ſolùm maioris & minoris ratione:proinde eadẽ genera,quæ & optima cõſtitutio,obtinent:nimirum primarum, quas ſimplices appellãt, partium temperamentũ: inſtrumentorũ cõpoſitionem:& vtrarunq; partium cõmunem vnitatem:quam & continuitatem, vt Galenus ait, nominare poſſumus.

F mus. Omne enim corpus, quomodocunque temperatum cõſtitutumq́; ſit, dũmodo præſenti morbo non laboret, intra ſanitatis limites eſſe cẽſetur. Itaq; & neutra & ſimpliciter morboſa in ſanitatis latitudine cõtinẽtur. Cæterùm quæ ab optima cõſtitutione recedunt, ſalubriaq́; adhuc exiſtunt, in ſimplicium partiũ temperie, aut inſtrumentorũ cõpoſitione, vel omnium, vel quorundã, vel vtriuſq; generis partium harũ delinquunt: idq́ue vel paululum, vel multum: ſed tamen intra, vt dixi, ſanitatis terminos. Quæ igitur à perfecta cõſtitutione paululũ recedũt,
G reuera quidem culpata ſunt, ſed vitium ſenſu nõ deprehẽditur, neq; enim in his tactus, caloris, frigoris, humiditatis & ſiccitatis, duritiei & mollitiei, reliquarũq; id genus qualitatum tam exiguam exuperationẽ deprehendere poteſt. Propoſitis enim duobus in quibus optimæ conſtitutionis ſigna appareant, ſi explorare velimus vter meliorẽ habeat cõſtitutionem, quoniã ſenſu id nõ poſſumus, actionibus eorũ affectionibusq; cognoſcemus. Nã qui probius naturalibus functionibus, vitalibus & animalibus vtitur, tẽ-
H peratior eſt. Naturales dico, alimentorum concoctionẽ, non ſolùm quæ in ventre, ſed & in venis, & toto corporis habitu fit. Vitales, pulſus neque maiores, neque minores,

neq; frequẽtiores, neq; rariores, neq; celeriores, neque tardiores, ſed mediocres. Ad eundem modũ animi mores ac motus neq; exuperantes, neque deficientes, vt cunctationem, præcipitationem, audaciam, timorem, miſericordiam & inuidiam, amicorum ſtudium, humanitatem, inuidentiam, iram, iræ vacuitatẽ, & id genus alios animi affectus, de quibus in commentariis noſtris in Galeni libros de curandi ratione ad Glauconem, diſputauimus: & mox fuſiſsimè diſputabimus. Animales verò, diſcendi celeritatem & tarditatem, ſomnum & vigilias, & id genus alia: de quibus antè plus ſatis diximus. Ad eundem modum temperamenta eiuſmodi diſtinguemus, εὐπαθείᾳ & δυσπαθείᾳ, hoc eſt facilitate patiẽdi, ac reſiſtẽdi morboſis cauſis, de quibus poſteà diſputabimus. Quę verò multũ ab hoc tẽperamẽto recedũt corpora, hoc eſt ſimpliciter inſalubria, non ſolùm actionibus & affectionibus cognoſcuntur, ſed & omnibus quæ ſuprà retulimus ſignis: quæ ſuo loco diſputabuntur. Quæ autem in medio conſiſtunt (neutra dicimus) vt non facilè, ſic nec ægrè omnino ſenſu cognoſcuntur. A B

Diuiditurq; totius ſanitatis latitudo in tres partes, latitudinẽ quoq; nõ par=

uam

uam habētes. Vnà quidem ſalubrium eſt corporum, altera neutrorum, tertia morboſorū: quibus deinceps ſuccedunt corpora iam morbo affecta, actionum notis ſenſui perſpicui diſtincta. Quæ igitur dolore afficiūtur, et quorū deprauati motus ſunt, aut omnino perierunt, notas habent manifeſtas: quæ uerò debiles
C *habēt actiōes, ſi quidē maxima ſit exuperātia, facilè: ſin minor, obſcurè cognoſcūtur: proinde in hoc genere noxæ cōſiſtit affectio neutrius cōtrariorum particeps, quam neutrā appellari diximus.*


In ſanitatis latitudine continētur corpus ſalubre, morboſum, & neutrum: quorum quodque latitudinem non exiguā obtinet. Salubre autem cum duplex ſit, vt prius monſtratum eſt, alterum ſemper abſoluteq; ta-
D le, alterum vt multum: prius nullam habet latitudinem: eſtque omnium extremorum exquiſitè medium, vt multum verò, multiplicem habet latitudinem, quæ ſcilicet ab illo ſummè temperato verſus omnia extrema, nempe calidum, frigidum, humidum & ſiccum, deflectit. Neutrū quoq; duplex eſt:

ſemper, & vt multũ tale. Neutrum ſemper, primi quidem ſignificatus, latitudinem non habet: eſt enim exquiſitè medium ſaluberrimi & morboſiſsimi. Neutrũ verò vt multum eiuſdem ſignificationis, non exquiſitè quidem medium exiſtit ſaluberrimi & morboſiſsimi, verùm paululum deflectit. proindeq; vtrinque duplicem habet latitudinem, alteram à neutro ſemper verſus ſaluberrimum: alteram ab eodem verſus morboſiſſimum. Ad eundem modum morboſum duplex eſt: alterum ſemper, alterum vt plurimum tale. Quod ſemper eſt morboſum, indiuiduum eſt: quod verò vt plurimum, ab abſolutè ſemperq; morboſo (quod latitudine caret) diſcedit: idq; aut verſus ſanitatem, ita tamen vt nondum ad ſtatum neutrum perueniat: aut vltra ſanitatis limites progreditur: atque iam ægrotare dicitur, nec amplius in ſanitatis latitudine cõtinetur. Cum igitur octo ſint extrema morboſa, ſimplicia quidem quatuor, calidum, frigidum, humidum, & ſiccum: quatuorq; compoſita, calidum & humidum, calidum & ſiccum, frigidum & humidum, frigidum & ſiccum: totidem erunt corpora tam ſimpliciter quàm in præſentia morboſa: quorũ ſimpliciter morboſa, ſiue ſemper, ſiue vt plurimum, in ſanitatis latitudine continentur. Quæ verò in

præſentiâ talia ſunt, extra ſanitatis latitudinem poſita ſunt. Eadem ratione extrema in inſtrumentorũ morbis & ſoluta vnitate ſtatui poſſunt. His poſitis ſcire licet morboſum & ſalubre ſimpliciter, notis manifeſtis deprehendi poſſe: ſalubre quidem vt prius oſtendimus, morboſum verò vt poſteà dicetur. Neutrum non ita facilè noſcitur. Cum igitur corpus aut dolore afficitur, aut deprauatas vel abolitas omnes habet actiones, facillimè cognoſci poteſt. Cum verò imbecillas, ſi quidem plurimũ à ſalubribus diſtent, facilè percipiuntur. Sin minus, obſcura, anceps ac dubia erit cognitio. Itaque cum hic vnam tantùm conſtituat actionum differentiam, nempe improbarum: vtrunque neutrum, ſemper, & vt multum, ſub morboſo cõplectitur: cuius functiones, vt modò dicebamus, quæ multum à natura receſſerunt, manifeſtè: quæ verò paululum, obſcurè corporis temperamentum oſtendunt. In ſanitatis igitur latitudine continentur corpora ſalubria, morboſa, & neutra. Quod vt clarius intelligamus, ſequẽtem formulam ſubiecimus: in qua tam ſimpliciter quàm in præſentia ſalubris morboſi & neutrius corporis latitudines deſignantur, vt mox explicabimus.

G

H


SANITATIS LATITVDO.
LA.MOR.
LA.NEV.
LA.SANI.
LA.NEV.
LA.MOR.
A
B
C
D
E
F
G
H
I
V
X
Y
Z
&
9
K
L
M
N
O
P
Q
R
S
LA.MORB.
LA.NEV.
LA.SANI.
LA.NEV.
LA.MORB.
SANITATIS. LATITVDO.

E A i s k latitudo eſt ſanitatis humanæ, ſtatum ſalubrem, morboſum, & neutrum continens.
E o ſalubrē ſemp, abſolutéq́; latitudine carētē.
D f n p latitudo eſt ſimpliciter ſalubrem ſtatum contineas, hoc eſt ſemper & vt multum talem, verſus calidum morboſum declinātem.
E f p o latitudo eſt ſalubris vt multum, verſus morboſum calidum declinantis.
F E d n o latitudo eſt ſalubris vt multum, verſus frigidum morboſum declinantis.
F h r p latitudo tota eſt neutrius ſecūdę ſignificationis, verſus morboſum calidū deflectētis.
G q neutrum corpus eſt ſemper, quod exquiſitè ſalubris & morboſi calidi eſt medium, idq́; indiuiduum eſt.
G h q r neutrum vt multum, verſus calidum morboſum tendens.
G f p q alterum neutrum eſt vt multum, verſus ſummam æqualitatem declinans.
G B d n l tota latitudo neutrius verſus frigidum morbum vergentis.
C m neutrum corpus eſt ſemper, exquiſitè medium ſalubris & morboſi frigidi, quod diuiſionem non recipit.
C d n m neutrum eſt vt multum, verſus abſolutè ſalubre tendens.
C b m l neutrū vt multū, ad frig. morb. ſpectās.
I s morboſum ſimpliciter abſolutéque, quod diuiſionem non admittit.
H i r s latitudo calidi morbi vt multum.
A k morboſum frigidū ſimpliciter corpus eſt.
H A b k l morboſum frigidum vt multum.
A s linea qualitatum exuperantias & defectus ſubmonſtrans.
Y qualitatum omnium ſymmetria eſt.
Y x n o prima frigidi exuperātia.

Y x d c primus calidi defectus.
X v n m ſecunda frigidi exuperantia.
X v d c ſecundus calidi defectus.
V t l m tertia frigidi exuperantia.
V t r b tertius calidi defectus.
T a l k quarta frigidi exuperantia. A
T a b quartus calidi defectus.
Y z e f prima calidi exuperantia.
Y z o p primus frigidi defectus.
Z & f g ſecunda calidi exuperantia.
Z & p q ſecundus frigidi defectus.
& q g h tertia calidi exuperantia.
& 9 q r tertius frigidi defectus.
9 f h i quarta calidi exuperantia. B
9 s r quartus frigidi defectus.

Ad eundẽ modũ aliarũ qualitatũ primarum tam ſimpliciũ, nẽpe ſiccitatis & humiditatis, quàm cõpoſitarum, vt caliditatis ſimul & humiditatis, caliditatis ſimul & ſiccitatis, frigiditatis ſimul & humiditatis, frigiditatis ſimul & ſiccitatis, exuperantiæ & defectus deſignari poſſunt. Nam à data æqualitate quã y litera ſignificat, ad humidũ & ſiccũ, itẽ ad calidum & humidum ſimul, & frigidum ac ſiccũ ſimul, ad calidum & ſiccum ſimul, C & frigidum ac humidum ſimul, eaſdẽ exuperãtias & defectus deſignare licet. Eadem eſt ratio morborum, inſtrumentorũ, & ſolutæ vnitatis. Ex hoc diagrãmate conſtat, tantum vnãquãlibet qualitatem remitti, quantũ eius cõtraria intẽditur. Atque hæ quidẽ ſunt ſimpliciter ſalubris, morboſi, &

neu

neutrius corporis latitudines. Quæ cum ſalubris morboſi & neutrius in præſentia latitudinibus reſpondeāt, & ſimul ſint, vt antè declaratum eſt, eadē formula deſignari poſſunt. Igitur e o abſolutè ſanū in præſentia
D eſt, quod tantùm momento durat, & latitudine caret. D f n p ſanitatis in præſentia latitudo eſt, quæ ab abſoluta perfectaq; ſanitate in præſentia verſus calidum morboſum in præſentia declinat. E d n o ſanitatis in præſentia latitudo eſt, quæ ab eadē ſanitate abſoluta verſus morboſum frigidum deflectit. Eadē eſt reliquarum latitudinū ratio.

Horum omnium ſenſus iudex eſt: nō autē ipſa rerum natura: alioqui periculum eſſet ne in ἀειπαθείας, id eſt perpetuæ ualetudinis opinionem, traheremur.

Corporis affectum ſalubrē, morboſum,
E & neutrum ſenſus deprehendit. Salubrē quidem, cū neq; doloribus cruciatur, neq; in vitæ functionibus impeditur. Aegrum verò, cum aut doloribus afficitur, aut deprauatos motus habet, vel abolitos. Neutrum verò, cum deprauatas actiones nō habet, ſed tantùm infirmas. Quòd ſi rei naturam conſiderare vellemus, neceſſariò in ἀειπαθείαν, id eſt perpetuæ valetudinis opinionē, veniremus: cū reuera nullum ſit corpus quod ex æquo

omnium quatuor elementorũ ſit particeps, ſed ſolùm tale velut ideam quandam optime ſanitatis animo cõcipimus. Aut ſi reuera tale ſit, ſolùm momento duret, ob id, quòd F corpus in eodem ſtatu nõ permanet, ſed aſsiduè mutatur ab ineuitabilibus cauſis nobis congenitis. Cum igitur reuera nullum tale exiſtat, neceſſariò ab hoc omnia deflectunt, proindeq́; reuera morboſa exiſtere, cum his qui ἀεπαθείαν docent, omnino fatẽdũ eſſet.

Hæc igitur ſunt ſanorũ corporum ſigna. Sed quæ uel morboſa uel ſalubria uel neutra ſunt, diſtantiæ magnitudine differunt. Conſtitutis extremis terminis inter ſe contrarijs, nempe optima conſtitutione, & nuper contracto morbo: conſideremus utri eorũ propinquiora ſunt quæ examinantur corpora. Quod enim propius ad optimam cõſtitutionem accedit, ſalubre: quod autem ab hac longius recedit, propiusq́; ad id quod iam ægrotat, accedit, morboſum: quod uerò inter utrunque collocatum eſt, & ab utroque æqualiter diſtat, neutrum eſt. G

ὑγιαινόντων participio, à verbo ὑγιαίνω, qđ

val

valere,ac ſanũ incolumemq́; eſſe ſignificat, nõ autẽ nomine ὑγιεινῶν, id eſt ſalubrium,
H vſus eſt:vt oſtenderet ſe de his corporibus verba facere,quæ in prę́ſentia ſalubria ſunt, vt antè dicebam⁹:quorũ ſigna pri⁹ expoſita ſunt.Poſteà inqt, ἀλλ' ἤτοι νοσωδῶν ἢ ὑγιεινῶν ἢ οὐδετέρων ὑπαρχόντων,de ſalubribus morboſis ac neutris ſimpliciter loquẽs,quæq́; ab ipſo ortu talia ſunt,nõ autẽ in præſentia:vt verba ipſa indicant.Paulò pòſt ſcribit,τὸ δ' ἤδη νοσοῦντος ἐγγυτέρω νοσῶδες,id eſt, morboſum eſt,quod ꝓpius ad id quod iã ægrotat,accedit.Quibus verbis conſtat hæc duo ὑγιαῖνον καὶ νοσοῦν, inter ſe eſſe cõtraria,& de ſalubri morboſoq́; in prę́ſentia dici, νοσώδες verò & ὑγιεινὸν & οὐδέτερον,de morboſo
A ſalubri & neutro ſimpliciter.Itaque ſalubre morboſum & neutrum ſimpliciter,ad exquiſitè ſalubre & morboſum in præſentia referre oportet,vt in quibus euidenter ſigna appareant.Salubre enim ſimpliciter, quantũuis ſalubre ſit,niſi in præſentia tale ſit, non facilè cognoſcitur.Poteſt enim,vt prius oſtẽdimus, idem corpus ſimpliciter & in præſentia ſalubre eſſe.Ad eundem modum morboſum & neutrum talia eſſe tam in præſentia, quàm ſimpliciter poſſunt.

Cũ igitur corpus quale natura ſit, explorare volumus,duo extrema inter ſe cõtraria

ſtat

ſtatuere oportet, nẽpe in pręſentia exquiſitè ſalubre, & morboſum. Nam quod ad abſo- B lutè ſalubre in præſentia propius accedit, id ſimpliciter ſalubre eſt. Quod autẽ iã ægrotãti vicinius eſt, morboſum eſt ſimpliciter. Quod verò in horum medio eſt conſtitutum, neutrum ſimpliciter dicitur.

Optimæ igitur conſtitutionis corporis notas explicauimus. Ab ipſa uerò deficientium totidem numero genera ſunt, quæ in maioris & minoris ratione diuidi poſſunt. His igitur corporibus in tres partes diſtinctis, morboſi ſimpliciter C *corporis ſigna trademus: ex quibus reliquæ duæ latitudines manifeſtæ fient.*

Oſtẽdimus prius in vniuerſa hominis ſanitate corpus ſalubre, morboſum, & neutrũ ſimpliciter, contineri. Salubre corpus intelligo, nõ illud quod ſola cogitatiõe, (id enim reuera nõ eſt, aut ſi eſt, ſolùm momento durat) ſed quod ſenſui ſalubre apparet: in quo temperaturæ genere cõtinetur ſalubre ſemper, & ſalubre vt plurimũ: quorũ ſigna generatim quidẽ expoſita ſunt: nũc aũt eorũ quæ ab hac cõſtitutione recedunt, notæ ſunt ex- D plicandæ. Hæc igitur corpora etſi ratione quidẽ maioris & minoris diuidi in infinita poſ

poſſunt, in tres tamen latitudines diſtribuemus: nempe ſalubriũ vt multum (ab optima enim ſanitate paululùm deflectit) morboſorũ, & neutrorum. Tot igitur ſunt ſignorũ, quot corporũ differentiæ, nempe ſalubriũ, morboſorum, & neutrorum. Cum ergo corpora in ſanitatis latitudine comprehenſa, in tres partes latitudinem quoque habentes, diſtincta ſint: morboſorũ ſimpliciter ſigna tradere oportet, vt ex his ſimul & ex ſalubribus reliquæ duæ latitudines, nempe neutrorũ, iuxta triplicem eius ſignificationem, & vt plurimum ſalubrium, manifeſtæ ſint.

E *Prius igitur in opere de optima conſtitutione generatim tradidimus: ſpeciatim uerò nunc dicemus, ubi prius partes diſtinxerimus. Harum autẽ quadruplex eſt omnis differentia. Nam aliæ principia quædam ſunt, aliæ ab his ſunt ortæ. Quædam nec aliarũ gubernationi præſunt, nec ab alijs gubernãtur, ut quæ ingenitas uires habeant quibus reguntur. Nonnullæ uerò natiuas ſimul & aduentitias facultates habent. Principia igitur ſunt, cerebrum, cor, iecur, & teſtes. Ab*

F *illis ortum habent, ipſisq; miniſtrant,*

nerui quidē & ſpinæ medulla cerebro: cordi autem arteriæ: uenæ iecori: teſtibus uerò uaſa ſeminaria. Per ſe autem *gubernantur cartilago, os, uinculum, membrana, glandulæ, pinguedo, caro ſimplex. Reliquis autem partibus omnibus, ut quæ communē cum his adminiſtrationē ex ſe habeāt, neceſſariæ arteriæ, uenæ, & nerui ſunt.* Pili *autē & ungues nullā gubernationē habent, ſed ortum tantummodo.* Hæ *igitur ſunt partiū differētiæ.*

Aliter hic Galenus, atque libro poſteriore ad Glauconem, corporis partes diuidit. In illo enim opere eas quatenus curationis formam immutant, conſiderat: hic verò quatenus ad cognitionem temperamentorum habendam conferunt. Partes igitur vt hic conſiderantur, aliæ principia quædam ſunt, ac velut ſcaturigines virtutum corpus noſtrum diſpenſantium: aliæ ab ipſis ortum habent, principiisq; famulantur. Nam per eas principia virtutes ſuas in corpus trāſfundūt: Cerebrum quidem per neruos, ſentiendi & mouendi potentiam: per venas. Iecur non ſolùm vim nutricem, ſed & materiam qua vniuerſum corpus alitur. Cor per arterias, vitā,
ac

ac ſpiritum vitæ tutorem. Teſtes verò geni talis ſeminis procreandi facultatem, per vaſa ſeminaria. Quædam autẽ partes ſunt quæ neque aliarum gubernationi præſunt, nec ab aliis gubernantur: habẽt enim natiuas virtutes, quas neque ab aliis mutuantur, nec aliis diſpertiũt, vt cartilago, oſſa, ligamẽta, membranæ, glandulæ, pinguedo, caro ſimplex. Aliæ verò ingenitas ſimul & aduentitias vires obtinent, vt reliquæ omnes corporis partes, cuiuſmodi ſunt ventriculus, renes, lien, vterus. Locus hic multos torſit, nec, vt vide

A tur, iniuria: quandò nulla in corpore pars eſt, quæ naturali virtute prædita non ſit. Nam & cerebrum, & cor, & teſtes, & caro tum ſimplex, tum compoſita, & reliquæ corporis partes omnes, alimenti trahendi, continendi, coquendi, & ſuperuacanei excernendi vim obtinent, quam à iecore manare conſtat. Hoc enim viſcus, vt Galenus in libris de Hippocratis & Platonis placitis docet, materiæ qua corpus vniuerſum alitur, & virtutis principium eſt. Itaque omnis pars, quæ quidem nutriri debet, quatuor virtutes, nempe tractricem, contentricem, coctricem, & expultricem à iecore mutua-

B tur. Iecur viceuerſa à corde vitam accipit, & cerebrum, & teſtes, & aliæ corporis partes vita præditæ. Itaque nulla eſt pars

quæ

quæ ſolum ingenitã vim habeat, ſed aliũde etiã adſcitã,nẽpe à principiis. Sunt verò qui oſſa,cartilaginẽ,ligamenta,carnem ſimplicem,membranas,glãdulas,& pinguedinem, attrahendi continendi coquendi cibi, & expellendi excrementi,munus ex ſe & primo naturæ inſtituto habere,non autem à iecore ſumere credant. Quod certè Galeno in loco modò citato aduerſatur. Hanc controuerſiam,ſi Galeni verba penitiùs inſpiciamus,facilè dirimemus.Si enim partium corporis officia ac facultates ſpectemus, nullam inueniemus quæ ſub aliqua harum quatuor differentiarum nõ contineatur. Sub prima enim cerebrum,cor,iecur,teſtes:quæ, vt diximus,principia ſunt virtutũ corpus noſtrũ diſpenſantium,Sub ſecunda nerui, venæ,arteriæ,& vaſa ſeminaria.Sub tertia oſſa, cartilago,caro ſimplex,mẽbrana, glandulæ,& pinguedo.Sub quarta reliquæ corporis partes. Cæterũm nerui cerebro ſeruiunt,animę vim:nẽpe ſentiendi & mouendi:arteriæ cordi,vitam vitaléq; ſpiritum:iecori venæ,naturalẽ potentiã:& teſtibus vaſa ſeminaria, procreandæ genituræ facultatẽ in corpus ferentes,Porrò autem venæ quæ in ventriculum & inteſtina porriguntur, iecori ſuccum ſuggerunt vnde ſanguis quo vniuerſæ corporis partes aluntur, conficitur. Glandulæ au

autem,caro ſimplex,& aliæ partes, quæ ſub tertia ſpecie cōtinētur, cōmunem quidē cū cæteris corporis partibus vim habēt,nimirū attrahendi,cōtinendi, coquēdi alimenti, & expellēdi excrementi. Præter hāc autē aliā ſibi ingenitā, non aliūde adſcitam, nec alio transfuſam obtinēt:caro quidē carnis generandæ,os oſsis,cartilago cartilaginis, & reliqua eodē modo. Natura enim cōparatum eſt,vt vnaquæq; corporis pars alimentū ſibi familiare trahat,& in ſuā ſubſtātiam mutet.

E Nulla autē alia carni ſimplici, adipi, & aliis partibus quas ſub tertio genere cōtineri diximus,ineſt facultas. Reliquis autem omnibus,nēpe comprehenſis ſub quarto genere, virtutes tam ingenitæ quàm aduentitiæ inſunt:plures etiam interdum. Fieri enim poteſt, vt pars eadem à cerebro ſentiendi vel mouendi,à corde vitalem,& à iecinore altricem vim accipiat. Poteſt & eadem ingenitas vires plures habere,ſed tamen vnicam præcipuam,& ad quam reliquæ ordinentur, quemadmodum ſuprà declarauimus. Ven-

F triculus(verbi gratia)ſentit, viuit, attrahit, continet,cōcoquit,(atq; id quidem habet à virtutum principiis)præterea cibū in ſuccū vertit,quē chymum vocāt,& in ſuā ſubſtantiam mutat,hanc facultatem ingenitam habet,primoq; naturæ inſtituto ſibi cōparatā.

Eadem eſt ratio in reliquis corporis partibus ſub quarto genere compreheſis. Quòd ſi rurſus contendas, carnē, adipem, oſſa, cartilaginem, & reliquas id genus partes vſum aliquē atq; vtilitatē membris præſtare (caro enim aduerſus frigus & æſtum munimentū̄ eſt: oſſa motū firmant, & reliquæ eodē modo) reſpōdemus facultatē omnē functiones obire: vtilitatē verò nullā per ſe actionē edere, ſed actionē iuuare. Ex partiū enim tēperaméto facultas, ex facultate actio naſcitur, quæ ſe nobis prodit vel ſtatim, ac nullius alterius rei interuentu: vel alia re intermedia: vt in ſequētibus docebitur. Iecoris enim & venarū actio, per vrinas: ventriculi, per alui recremēta: muſculorū verò motus, & neruorū ſenſus, per ſe nobis oſtēdūtur. Sed de his hactenus. Pili autē & vngues nullā gubernationē habent. τρίχες capillos ſignificant, & pilos. In poſteriore ſignificatione conſtat Galenum vſurpaſſe. Nō enim à capillis ſolùm, ſed & vniuerſi corporis pilis temperamentorum ſigna ſumuntur: vt in ſequētibus docebitur. Pilos igitur & vngues inter partium differentias modò commemoratas nō enumerat, nō enim corporis ſubſtātiā cōſtituunt, quare neque principia ſunt virtutum, neque principiis ſubſeruiunt, neque ex ſe ingenitas vires obtinent, neque ab aliis vi- G H

res mutuantur. Non enim ſenſum & motum habent, neque vitam: neque attrahendi, continendi & coquendi facultatem, neque has vires aliis ſuggerunt, ſed ſolùm generantur, hoc eſt coagmentantur, ac cõcreſcunt, non in omnem dimenſionem, quemadmodum reliquæ partes corporis, ſed in longitudinem ſolùm. Generantur autem pili quidem ex fuliginoſis, craſsis ac terrenis vaporibus, qui in corpore à calore ſuſcitantur: qui dum exitum moliuntur, totã cutim perforant, viaſq; per quas egrediantur, efficiũt: quæ in humidioribus ac mollioribus, vt Galenus ait, non perſeuerant, ſcilicet partibus quæ prius abſceſſerant, rurſus coaleſcẽtibus. Siceeſcẽte verò corpore, ac duriore effecta cute, eiuſmodi meatus nõ amplius iunguntur, ſed digerendo vapori remanent aperti.

B Itaque temporis proceſſu magis ac magis cutis foratur, aſsiduis perſpirantium vaporum ictibus. Cum autem vapor per caloris magnitudinem fuliginoſior & craſsior efficitur, in ipſis cutis meatibus hæret, ac ſtipatur: aliusque è profundo exiens, ſecumque humoris nonnihil adferens, accedit, eique adiungitur, ac agglutinatur: rurſus alius atque alius, qui priores foras expellunt: atque ſic pilus fit, craſſus, aut exilis; pro materiæ hunc generantis quantitate, &

viarum amplitudine:paſſus ſimplex, aut cri ſpus,prout viæ ſiccæ aut humidæ, rectæ aut obliquæ,ſunt:niger, ruber, flauus,aut albus, pro fuliginis aduſtione,& humoris quem ſecum è profundo adfert,colore. Aduritur fuliginoſus humor, & caloris vi, & temporis ſpatio quo in meatibus ipſe moratur. Longiore enim tempore plus aduritur. Diutius autē in meatibus hæret,ob virtutis impellētis imbecillitatem, & humoris viſcoſitatē, ac craſsitiem, & ipſius viæ per quā exit, anguſtiam. Ad eundem modū vngues ex craſſis terreniſq; neruorū recrementis generantur: ſed, vt de pilis diximus, generatio hæc coagmentatio quædā eſt,non nutritio. Materia enim qua aluntur,radici ſolùm adiungitur,non autem in totū vnguem tranſmittitur,quemadmodū cera ceræ adiuncta,tota aut longior aut latior aut profundior aut etiam maior redditur. C D

Signa autem cuiuſque temperamenti deinceps dicemus, initium à cerebro ſumentes. Sunt autem eius notarum congenita quinque genera: unum quidem totius capitis conſtitutio, alterum autem ſenſus,tertium actuoſarū, quartum principum, quintum naturalium

func

E *functionum uirtus & uitium. Præter hæc autẽ omnia, aliud eſt genus, nimirũ immutatio, quæ à foris incidentibus fit.*

Diſtinctis corporis partibus, potiſsimùm in differẽtias ex quibus tẽperamẽtorũ ſigna ſumerẽtur: à cerebri (quod facultatis animalis eſt principium) notis auſpicatur, earumq́; genera conſtituit: ingenita quinque: nempe capitis diatheſin, hoc eſt conſtitutionẽ, ſenſuum, actionũ tum actuoſarum, quas πρακτικὰς vocat, vt mox dicemus: tũ naturaliũ virtutem ac vitiũ, vnũ verò externum, nẽpe immutationẽ, quæ à foris incidẽtibus fit.
F Sub capitis diatheſi continẽtur, magnitudo, figura, capilli, & barba. Aliã enim magnũ caput, aliã paruũ naturã ſignificat: aliam item longum, alia breue ac rotundũ: vt in ſequentibus docebitur. Notæ verò quę à capillis ſumuntur, ſunt craſsities, figura, color, celeritas creſcendi, calueſcẽdi, caneſcẽdi, & alia id genus, quę fuſius ſuo loco docebũtur. Capillus craſſus, dẽſus, criſpus, niger, celeriter naſcẽs ac calueſcens, aliud indicat, aliud ſubtilis, rectus, flauus, tardè naſcens & calueſcens, præ-
G propereq; caneſcẽs, vt mox docebimus. Sẽſuum actio, vt prius oſtẽdimus, duplex eſt. propria, & communis. Propria, auditus, viſus, odoratus, guſtus, & tactus. Communis,

ſomnus & vigilia: de quibus ſuo loco dicetur. Actuoſas functiones Galenus ἐνεργείας πρακτικὰς vocat, quòd, vt arbitror, omnium à cerebro prodeuntium efficaciſſimæ ſint: imò vt verè dicam, ſolæ actionis nomen merentur. Senſus ac principes actiones, potius affectiones paſsionesq́; dicendæ ſunt. Actiones autẽ actuoſæ motus ſunt arbitrarii, quos muſculi edũt. Ab his igitur duabus actionũ differẽtiis cerebri natura deprehẽditur, nõ primario quidẽ, ſed ſecũdo loco. Primò enim partiũ à quibus manât, nẽpe muſculorũ, tẽperaturas oſtẽdũt: ſecũdò verò cerebri. Principes autẽ actiones continẽt cogitationẽ, ratiocinationẽ ſeu iudiciũ, memoriã, diſcẽdi prõptitudinem, & ſimilia: vt prius diximus, & mox dicemus. Naturales verò actiones ſunt appetẽtia veneris, cibi, potus, & aliæ id genus, de quibus ſuprà abundè diſputatũ eſt. Sed nõ omnes hæ cerebri notæ ſunt, ſed concoctio: quæ per ſe manifeſta non eſt, ſed per excrementa quæ ex cerebro reiiciuntur: hæc enim cerebri temperamentum oſtendunt: vt fuſius in ſequentibus docebitur. Sextum autem genus immutatio eſt, quæ à foris incidentibus fit. Foris incidunt calor, frigus, humor & ſiccitas, ambientis nos aëris. Præterea cibus, potus, vapor, odor, & alia id genus quibus cerebrum

H

A

brum affici ſolet.

Vniuerſi quidẽ capitis conſtitutio, ex eius magnitudine, figura, & capillis ſumitur. Paruũ igitur, uitiatæ cerebri cõſtitutionis propriũ eſt indiciũ. Magnũ
B *uerò nõ ex neceßitate probã arguit cõſtitutionem: uerùm ſi propter facultatis propriæ robur euenerit, quæ materiam probã multãq; finxit, bonũ ſignum erit. Sin propter ſolã materiæ abũdãtiã, malũ. Diſtinguẽda igitur hæc ſunt tũ figura, tũ his quæ ab ipſo cerebro naſcũtur. Figura quidẽ, ſi cõcinnũ ſit: nã perpetuò hæc nota bona eſt. His uerò quæ ab ipſo cerebro ortũ habẽt, ſi ualida ceruix eſt, & alijs oßibus optimè compactum, uniuerſumq; neruorum genus uegetum robuſtumq; ſit.*
C

Primùm ex ingenitis ſignis capitis cõſtitutioné noſcẽdã eſſe modò dicebamus, ſub qua magnitudinẽ, figurã, & capillos cõtineri oſtendimus: ex quibus temperamentorũ notæ ſumuntur. Certæ enim magnitudinis totum caput eſſe oportet, proportionemq; ac

ſymmetriam cum reliquo corpore habere, virtus enim quæ ab eo prodit, par regendo corpori eſſe debet: alioqui improbas imperfectasq; actiones edet. Si igitur caput quàm deceat minus ſit, neceſſariò non eius ſolùm, ſed & ab eo ortarum partiũ omniũ functiones imperfectæ, nõ tamẽ neceſſariò deprauatæ erunt. Nã ſi exiguũ ſit (vt ponimus) cerebri ſubſtantia neceſſariò exigua erit, ventriculiq; eius anguſti, proindeq; ſpiritus quẽ animalem vocant, paucus erit, nec obeundis functionibus ſufficiet, quare ſenſus, motus, & principis facultatis actiões inualidæ erũt: deprauatæ autem non neceſſariò, ſi quidem animus rerum imagines probè apprehẽdere intelligereq; poteſt: ſed diu in id incũbere non poteſt, nec rem arduam cõcipere, tum propter ſpirituum penuriam, tum ſubſtantiæ cerebri imbecillitatem. In longis enim ac diuturnis cogitationibus plures inſumuntur ſpiritus, quàm ventriculorum cerebri facultas ſuggerere poſsit. Imbecilla enim facultas citò fatigatur. Ad eundem modum oculus rem vehementer ſplendentem diu intueri nõ poteſt, nec aliam quancũq; diu intenteq; : vt poſt dicemus. Eadẽ eſt aliorum ſentiendi inſtrumentorum ratio. Functiones autem actuoſæ ſiue à facultate ſola fiãt, ſiue addito ſpiritu animali, vt nonnulli ar- D E
bit

bitrantur, propter rationes modò declaratas ſemper imbecillæ ſunt:atq; etiam ſi aucta ſit imbecillitas, deprauatæ. Capitis autem magnitudo, vt non bonam, ſic nec malam conſtitutionem ſemper ſignificat. Nã
F ſi probã figurã habeat, bonã: ſi improbã, malã eſſe cõſtitutionẽ omnino oportet. Proba enim figura vim formatricẽ validã eſſe, & materiam vnde caput fingitur, huic paruiſſe ſignificat: contrà praua aut vim imbecillã, aut materiã cõtumacem, maleq; ſequacem, aut vtrunque oſtendit. Valida enim virtus probam materiã ac ſequacẽ facilè, inualida improbam ægrè regere ac moderari, ex eaq; partes corporis figurare poteſt.

Propria autem capitis figura eſt, ut ſi
G *animo fingas cereum globulum abſolutè rotundum, utrinq; leuiter depreſſum, à tergo enim & fronte partes magis quàm globulo conueniat gibberas, à latere uerò utrinque magis rectas fieri neceſſe eſt. At ſi occipitij eminentia aliquo pacto imminuta ſit, conſiderandi nerui ſunt, & ceruix cum alijs oßibus, quæ ſi ſecundum naturam habeant, id materiæ defectui, non autem facultatis imbecil-*

litati tribuẽdum eſt. Si uerò uitiata ſint, originis imbecillitatẽ teſtãtur. Vt pluri= mum autẽ occipitij defectum comitatur antè memoratorũ imbecillitas: rariſsi= meq́; aliter euenire ſolet. Cõſiderare etiã H
oportet caput quod in occipitio faſti= giatius eſt, adhibitis diſtinctionibus iiſ= dẽ quibus in uniuerſi capitis magnitudi ne utebamur. Sæpe autẽ hic etiã optimũ ſignũ eſt cerebelli (quod nõnulli poſte= rius cerebrũ uocant, ut reuera poſterius eſt) cõcinna figura, ſutura quæ à λ lite= ræ græcæ ſimilitudine lãbdoides dicitur diſtincta. Ab eiuſmodi uerò parte, ſpinæ medulla originẽ ducit, proindeq́; omnes qui in toto corpore ſunt, actuoſi nerui. Ipſa autem poſterior pars ex ſe paucos admodũ ſentiẽtes neruos obtinet, actuo A
ſos uerò permultos: quẽadmodũ prior ſentiẽtes plurimos, actuoſos uerò pau= cos. Quocirca eiuſmodi partes, ſi quidẽ probè cõſtitutæ ſint, ualidas utraq; ſuas habẽt propagines. In prioribus capitis

partibus ad frontẽ ſpectãtibus, eædẽ diſtinctiões quas in poſterioribus obſeruabamus, adhibẽdæ ſunt: paruitatẽ, magnitudinẽ, figurã, & qui in ea parte ſenſus ſunt, conſiderãtes: nimirũ uiſum, guſtũ, odoratũ. Mutuò enim ſe produnt, de ſeq; teſtimoniũ reddũt: & quæ à principio originem duxerunt, principij uirtutem & uitium oſtẽdunt: & principiũ, eorum quæ à ſe orta ſunt, nota prodit.

B

Docebat modò optimæ capitis conſtitutiõis notas à figura depromi: hîc verò, qualis ea eſſe debeat, oſtẽdit: nimirũ rotũda, leuiter vtrinq; depreſſa. Certũ enim eſt naturã vnicuiq; parti figurã dediſſe, q̃ actiõi aut vſui cui dicata eſt, maximè cõmoda ſit. Caput igitur orbiculatũ fecit, paululũ vtraque parte depreſsũ. Rotũda enim figura, omniũ capacisſima eſt, minimeq; externis iniuriis expoſita: vt Gal. in libris de partiũ vſu docet. Cerebrum enim caput continet, quod pro hominis magnitudine maximum eſt. Nam cum ad multos vſus ſit deſtinatum, ex eoque multa naſcantur, nempe nerui, & ſpinæ medulla, ex qua & actuoſi nerui prodeũt: præterea cũ in eo ingẽtes cellulas tres

C

re ci

recipiendis ſpiritibus dicatas natura finxerit, qui obeundis tam multis functionibus ſufficerent:magnum eſſe debuit. Cæterùm leuiter non autem multum vtrinque caput depreſſum eſt. Nam ſi vehemẽs eſſet compreſsio, non admodum commoda vtraque eminẽtia,nec media cellula eſſet. Hęc enim arctior,quàm recipiendo ſpiritui ad principes functiones obeũdas ſufficeret,eſſet:eminentiæ verò longius prominerẽt,cellulasq́; vtraque ſuam,anguſtiores haberent. Itaque leuiter tantùm compreſſum eſſe debuit:ita tamen, vt tumentiores ac gibberæ magis quàm orbiculari figuræ conueniat, fierent. Quæ verò vtrinque ſunt partes, rectæ eſſe & planæ ac æquales debent. Hæc igitur eſt optimè cõſtituti capitis figura. Quæ autem ab hac deflectit, ſimpliciter caput aut bene aut malè conſtitutum eſſe non oſtendit,ſed adhibitis diſtinctionibus. Nam ſi poſterior eminentia minor ſit,non protinus bona aut mala eſt capitis cõſtitutio. Conſiderare igitur oportet,quales nerui,qualis ceruix,aliaq́ue oſſa ſunt. Nam ſi ſecũdum naturã hæc omnia habeant.i.ſi concinna ſint, optimeq́; ſuis officiis fungãtur,referendũ figuræ vitiũ eſt ad materiæ penuriã,non autẽ ad virtutis imbecillitatẽ. Sin imbecilla ſunt, ac perperã formata,id imbecillitati tribuendũ eſt: aut

cer

certè vtriq;,id eſt materię inopiæ,& virtutis imbecillitati. Fieri enim poteſt vt cũ cerebri imbecillitate ſit materia & pauca, & vitioſa: vnde quæ ab ea orta ſunt, ſecundũ naturã eſſe nõ poſſunt. Imò verò ſiqua eſt an
F te dictarũ partiũ imbecillitas, ea ferè materię defectũ ſequitur. Itaq; ſi occipitiũ quàm pro naturali cõſtitutiõe minus ſit, παρεγκεφαλίδος, id eſt cerebelli, non totius cerebri imbecillitatis nota eſt. Nã fieri poteſt vt ob materiæ penuriã cerebellũ exiguũ ſit, proindeq; imbecillũ: reliquũ verò cerebrũ magnũ ac robuſtũ: quocirca & nerui, & collũ, & reliqua oſſa, valida: quæ quidẽ non à cerebello ſolũ, ſed & à cerebro oriũtur. Quod cũ rarò accidat, rarò etiã cõmemoratæ partes robuſtæ ſunt. Eodẽ quoq; modo cõſiderãdum eſt an turbinatũ ac faſtigiatũ occipi
G tium, probam habeat figurã, ſutura λ literæ græcæ diſtinctã: validaq; ſint quæ ab eo naſcũtur, collũ, oſſa, & ſpinæ medulla, ex qua actuoſi nerui, vt iã dictũ eſt, originẽ ducũt. Cæterũ ex poſteriore cerebro pauci naſcũtur nerui ſenſu præditi, actuoſi verò multi: quemadmodum ex priore ſentiẽtes multi, actuoſi verò pauci: vt ex anatome conſtat. Ab horũ igitur neruorũ functionibus notæ deprehenduntur: poſterioris quidem cerebri arbitrario motu: prioris verò ſenſibus,

nem

nempe viſu,guſtu,& odoratu,&c.

Principũ uerò actionũ uirtus & uitium, ſolius principij per ſe ſunt notæ. Principes autẽ actiones uoco, quæ à ſolo proficiſcuntur principio. Itaq; mẽtis celeritas, partiũ tenuitate cerebrũ præditum eſſe teſtatur: tarditas uerò, craßitudine. Diſcendi autẽ facilitas, materiã quæ facilè rerũ formas recipiat, oſtẽdit: memoria uerò ſtabilem: quemadmodum diſcendi difficultas ſimulacra rerũ non facilè admittentem: obliuio uerò liquidam. Atque inconſtantia, opinionumq́; mutabilitas, calidam: conſtantia uerò ac ſtabilitas, frigidam. H

Cerebri notæ à ſenſibus & actuoſis functionibus deprõptę modò expoſitæ fuerũt, quæ verò à principibus ducuntur, hoc loco Galenus docet: quas ideo principes vocat, quòd à ſolo principio proficiſcãtur. Cũ igitur tres ſint earũ partes, rerũ intelligẽtia ac apprehenſio, iudiciũ, & memoria: tria erunt quæ ab his ſumuntur notarũ genera. Primũ quod ab apprehẽſione rerũ petitur, nẽpe celeritas ac tarditas mẽtis. Prior græcis ἀγχι- A

νοία vocatur, poſterior διανοίας βραδύτης. Cũ igitur promptè quis propoſitã rem mente cõcipit, ac intelligit: huic cerebrũ partiũ tenuitate præditũ eſt, cũ verò tardè eam cognoſcit, craſsi cerebri eſt argumẽtũ. Ex tenui enim materia ſynceri ac clari ſpiritus naſcunt: ex craſſa verò turbulẽti, ac caliginoſi. In illis rerũ imagines citi⁹ & meli⁹, in his tardius ac deterius animo cõprehẽdũtur: nõ aliter quidẽ atq; in aëre res ſenſib⁹ obiectæ. In ſyncero enim ac lympido celeri⁹ ac melius quàm in craſſo ac turbulẽto aëre rerum formę cernũtur. Secũdũ gen⁹ quod à iudicio ſũmitur, id eſt diſcẽdi facilitas ac difficultas, εὐμάθειαν καὶ δυσμάθειαν græci vocant. Prior materiã in qua facilè, poſterior in qua ægrè rerũ formæ imprimũtur, ſignificat: dicendi enim facilitas: mollẽ: difficultas, durã cerebri materiã arguit. In re enim molli, vt cera verbi gratia, ſigillũ prõpti⁹: in dura verò, vt lapide aut ferro, ægri⁹ imprimitur. Rẽ autẽ ignotã diſcim⁹ vel altero docẽte, ſiue vocali, ſiue muto: vel ſoli meditãtes ac ratiocinãtes, nullo nobis præceptore viã mõſtrante. Vtrũq; diſcẽdi modũ natura præſtat, quam ars atq; methodus iuuat. Tertiũ verò à memoria ducitur. Nam ſi quod percepimus ac intelleximus, memoria teneamus, ſtabilem eſſe immobilemque cerebri ſubſtantiam

cert

certò ſcire oportet, ſin citò obliuiſcamur, fluentē ac mobilē. Quod enim nimia humi ditate diffluit, ſuſcipere quidē rerū ſenſibus obiectarū formas poteſt, ſed diu ſeruare nō poteſt. Cōtrà quod durū ſolidūq; eſt, haud ita facilè excipit: exceptas tamē diu retinet. Quēadmodū igitur cerebrū quod memoria pollet, vt nō nimis molle eſſe debet, ſic nec nimis durū: ſi quidē multas rerū formas recipere, easq; diu ſeruare debet. Hinc fit vt neq; vehemēter celeres, atq; vt græci vocāt, ἀγχίνοι, neq; admodū tardi ac hebetes memoria pollere poſſūnt, hi quidē, quòd craſſius duriusq; habeāt cerebrū, impreſsioniq; E
recipiēdæ cōtumacius: illi, quòd diffluēs nimis, ac ſuſceptis ſimulacris ſeruādis ineptū. Eadē ratione neq; pueri, neq; ſenes, neque etiā qui facilè reminiſcūtur, memoria valēt. Eſt enim reminiſci, rem quā antè audiui, vidi, aut alio ſenſu percepi, velut inquirere ac inueſtigare: quod certè, vt Ariſtoteles ait, quodāmodo ratiocinari eſt: quare ſub ſecūdo genere reponi debet: memoria verò ſub tertio, vt mox dicetur. Rurſus eodē autore, οὐχ οἱ αὐτοὶ μνημονικοὶ καὶ ἀναμνηστικοί, quū vt plurimū qui memoria pollēt, iudicio carēt. Qui verò prōptè reminiſcuntur, celeres F
ſunt ac dociles. Cæterùm mētis mutatio, ac opinionis mutabilitas, id eſt τὸ εὐμετάβολον ἐν

δόξ

δόξας, calidã eſſe cerebri ſubſtantiã ſignificat. δόξα à verbo δοκεῖν deducitur, quod φαίνεσθαι, id eſt videri ac ceſeri ſignificat. Fit autẽ ad hunc modũ opinio: In interno & cõmuni ſentiẽdi organo fit motus, quẽ nõnulli imaginationẽ, græci φαντασίαν vocant, ab extimo ſenſu profectus. Primùm enim res quę nobis obiicitur, extimũ ſenſum, deinde ſimili motu intimũ mouet, quẽ & cõmunẽ
G Philoſophi vocant, in quo tale veſtigiũ relinquitur, quale extimus ſenſus accepit. Hũc igitur motũ, vt diximus, imaginationẽ nominant: quæ etiam ſine extimi ſenſus motu permanere poteſt. Effingere enim animo quicquid lubet, poſſumus: imo per ſomnum (in quo ſenſus omnes extimi feriãtur) rerũ imagines videmus: ſcilicet relictis rerũ extimarũ formis in interno ſenſu, quẽ excitãt. Has autẽ rerũ formas cũ intelligẽdi vis colligit, expenditq́; veræ ne ſint an falſæ, cum quadã ratione veras aut falſas eſſe ſibi perſuadet, poſteà huic perſuaſioni aſſentit: atq;
H ſic naſcitur opinio, quã Græci, vt dixi, δόξαν vocãt. Quoniã igitur perſuaſio hæc atq; ratiocinatio falſa plerunq; eſt, opinio & vera & falſa eſſe poterit: quocirca hãc mutari cõtingit, quoties alia ratio ac veriſimilitudo maior q̃ prior apparebit. Ferè autẽ apparet, vbi oſcitãtius quis rẽ perpẽdit, aut indoctus

eſt,ac rerũ inexpertus, Cũ igitur multæ va-riæq; deinceps occurrũt rationes, perſuaſio nes,ac veriſimilitudines,quibus ꝓtinus mẽs aſſentiat, opinionẽ mutari omnino neceſſe erit. Sæpe aũt accidit, vt duabus cõtrariis ra tionibus viciſsim ocurrẽtibus,eiuſdẽ rei opi nio ſubinde mutetur. Id autẽ euenit cũ mẽs A facilè mouetur:quod in calidis cerebris acci dere ſolet. Calor enim per ſeſe mouet exci tatq;:frigus verò cõtrariũ efficit. Igitur opi nionũ mutabilitas calorẽ, cõſtãtia verò fri gus cerebri ſignificat, quanquã, vt modò di cebamus,indoctis,& negligẽtius rẽ æſtimã tibus ſubinde mutatur opinio, ſed magis in his quibus cerebrum calidum eſt.

Duo uerò adhuc notarũ genera præ termiſſa eſſe mihi uidentur, quæ ab ini-tio declaranda ſuſceperam: unum ad na turales functiones refertur: alterum ad B *ea quæ foris incidunt, de his autem erit ſermo communis.*

Eorum quæ prius ſe traditurum pollici-tus fuerat ſignorũ genera, vnum ab actioni bus naturalibus, alterũ ab his quæ foris in-cidunt, ſumitur. Quod ideo feciſſe vide-tur, quòd communẽ de ipſis cum aliis cere-bri notis mentionem ſit facturus. Oſtẽdet

enim

enim eius naturam ex qualitatum tempera mento, excrementorum quantitate, & qualitate, aliiſque id genus ſignis, quæ fuſius in ſequentibus docebuntur.

C *Si quidē cerebrū quatuor qualitatibus probè tēperatū ſit, omnia quæ ſuprà relata ſunt, mediocria habebit: & excremēta, quæ per palatū, aures et nares expurgātur, moderata etiā habebit: nec ab his quæ foris incidūt, nempe calidis, frigidis, humidis & ſiccis, lædetur.*

εὔκρατον τὸν ἐγκέφαλον, hoc eſt probè tēperamentū cerebrū Galenus intelligit nō ſimpliciter, vt perfectā illā cōtrariarū qualitatum paritatē, abſoluteq; medium tēperamētum habeat: ſed talem, qualē maximè eius
D natura ad probè obeundas ſuas functiones deſiderat. Atq; hanc elementorū æqualitatem iuſtitiā vocare ſolent: quæ ſcilicet rei pro ſua dignitate conuenit. Itaque corporis vnaquæque pars, ſeu calida ſit, ſeu frigida, ſeu humida, ſeu ſicca, & eſt & dicitur tēperata, quæ quidem aptum conueniensq; obeundis functionibus à natura inſtitutis habeat temperamentum. Bene igitur temperatam vnāquanque partem dicemus, cum pro ſua natura, vt Galenus ait, probè ſuo munere

fungitur. Quocirca cerebrum εὔκρατον, id eſt probè temperatum eſt, cũ actiones probas omnes edit: non autem cum vnã tantũ, vel duas vel plures, habet enim (vt prius diximus) plures ac diuerſas actiones, vt mouẽdi & ſentiendi: quæ vt diuerſæ ſunt, ita à diuerſis facultatibus oriũtur, & facultates à diuerſis temperaturis. Prior enim pars, ex quà nerui molles & ſenſu præditi naſcuntur, humidior eſt, & mollior: poſterior autem ſiccior & durior, vt ex qua nerui duri ac ſolidi, mouendi facultate donati, proficiſcũtur. E
An autem alia ex principibus functionibus, aliam temperaturã efflagitet, proindeq; in alia cerebri parte fiat, cõtrouerſum eſt. Nõnulli enim in eadẽ cerebri parte cogitationem, iudiciũ, & memoriam eſſe autumant: F quã opinionem Galenus ſequi videtur in libro de muſculorũ motu, in quo ſcribit partem eandem recordari, quæcũq; ea ſit, quæ & rerũ imagines recipit, quibus verbis oſtẽdit in eadẽ cerebri parte phãtaſiam & memoriã eſſe. Sunt qui ſuã cuique facultati partem tribuãt, nempe phantaſiã priori, in qua eſt & ſenſus cõmunis: memoriã poſteriori, & mediæ parti iudiciũ. Sed quoniã hæc ad rem nihil attinent, ad propoſitũ redeamus.
Temperatum igitur ad modum iam declaratum cerebrũ, excrementa habet non ſolùm G

qua

qualitate ſed & quãtitate mediocria. Mediocre enim refertur & ad qualitatem, vt mediocre ingeniũ:& ad quantitatẽ, vt mediocris ſtatura. Excrementa igitur cerebri mediocria dicũtur, quæ neq; multa, neque pauca,neq; cruda,neque retorrida, ſed inter hæc mediũ quoddã obtinent. Nam cum cerebrum natura frigidum & humidum ſit, probè autem in ſuo genere temperatũ, mediocriter frigida & humida excrementa pariet,eaque modica. Quòd ſi frigidius ac humidius quàm eius naturæ cõueniat,frigidiora,humidiora,& plura quàm ſi temperatum
H eſſet,aceruabit. Impedit enim frigus pituitæ cõcoctionem ac reſolutionẽ, digeſtionẽq;: & materiam humiditas ſuggerit. Calor verò & cõcoquit & reſoluit humores: ſiccitas autẽ depaſcit abſumitq;. Quare ſi cerebrũ calidius ac ſiccius ſit, pauciora & coctiora habebit excrementa:vt in ſequẽtibus oſtendemus. Ad eundem modum temperatũ cerebrum externis iniuriis vniuerſis non ſingulis minus eſt obnoxium. Nam his etiã contrariis ex æquo reluctatur, non enim magis à calidis quàm frigidis,& humidis quã ſiccis afficitur. Alia verò omnia cerebri tẽperamenta vt quibuſdã magis reſiſtunt, ſic ab
A earum ſimilibus offenduntur. Calida,verbi gratia,frigidis potentius quàm tẽperata re-

luctãtur, ſed à calidis celerius ac grauius læ-dũtur. Ad eundem modũ frigida calidis po tentius repugnant, ſed frigidorũ vim promptius recipiunt. Eadem quoque eſt ſiccæ & humidæ temperaturæ ratio.

Hi capillos in infantia quidem ſubrufos, in pueritia uerò ſubflauos, in uigore autem ætatis flauos habent.

Vt oſtenderet ſe hic non de corporis vniuerſi pilis, ſed capitis tantùm verba facere, inquit, τῆς κεφαλῆς τρίχωσ, id eſt capitis pili, B quos vocabulo vno capillos vocamus. Prius autẽ in partiũ corporis diuiſione de omni corporis pilo in genere mentionẽ fecit, vt illic docuimus: vti & de eorum origine, & corporis notis quæ ab ipſis ſumũtur, diſputauimus, dicebamus enim omnẽ pilũ ex fuliginoſo vapore ortũ habere: colorẽ autẽ ab humore quo tingitur: figurã verò à ſiccitate, & viarũ figura: craſsitiẽ ab earundẽ amplitudine, & materiæ copia. Igitur à capilli denſitate craſsitie colore & figura, cerebri notæ deprehendũtur: quæ pro diuerſis ætatibus & tẽperamentis mutãtur: vt poſteà di C cetur. Tẽperati igitur cerebri, infantes, capillos habẽt ſubrufos: pueri verò ſubflauos, id eſt nõdũ planè rufos & flauos, ſed ad eos colores vergẽtes: florẽtes verò ætate, flauos.

Eſt

Eſt enim color rufus, vt in cõmentariis noſtris ad Glauconẽ docuimus albior ac turbulentior, flaui albiq; medius: flauus verò ſplendidior, purior, & in quo igneũ quoddã reſplẽdeat. Cũ igitur infantes pituita magis abundẽt, capillũ habẽt ſubrufum, ſcilicet humore pituitoſo, cui nõnihil bilis admiſtũ ſit, tin-
D ctũ. Pueri aũt decreſcẽte pituita, & ĩcreſcẽte bile, iã ſubflauũ: ætate ãt florẽtes, flauũ. Per ętatẽ eñ flaua bilis augeť, & pituita minuiť.

Mediiq; inter abſolutè criſpos & rectos quodammodo ſunt.

Neq; enim tanta ſiccitas ĩn his eſt, vt intorqueri poſsint: neq; tam humidi, vt recti ſimplicesq; reddãtur. Neq; meatus tam flexuoſos cutis habet, vt criſpi: neque tam directos, vt ſimplices rectiq; fiãt. Fuligo enim, vt antè dicebamus, à calore natiuo in corpore genita, viã per quã exeat, in cute molitur, quæ ſi admodũ humida ſit, facilè impellen
E ti fuligini cedit, fuligoq; recto tramite exit, atq; aſsiduitate viam rectã efficit. Cũ verò aridior eſt cutis, maiore negotio antè dicta fuligo iter ſibi parat. Non enim facilè ictui durũ cedit. Itaq; nũc hac, nũc illac, vbi ſcilicet molliorẽ cutẽ inuenit, tranſit, atque ſic viam flexuoſam efficit: quam figurã capillus qui illic fit, nactus, criſpus dicitur. At ſi cutis

dura aut flexuoſa admodum non ſit, meatus quem tranſeundo fuligo facit, neque flexuoſus neque rectus in totum fiet, ſed leuiter obliquus, quocirca capillus neque vehementer criſpus, neque rectus ac ſimplex, ſed inter vtrunque medius erit. Simplicem capillum ac rectum, hoc eſt ἀπλοῦν καὶ εὐθεῖαν τρίχα vocat, qui contra οὖλαν id eſt criſpum diſtinguitur, ſimplex enim & directum iter Latini appellant quod contra flexuoſum diſtinguitur. F

Non tamen facilè caluefcunt.

Caluities fit vehementer reſiccata cute, & quæ nimia ariditate velut teſtacea ſit reddita, ex tali enim ob natiuæ humiditatis penuriam nihil naſci poteſt. Cum verò tanta ſiccitas non eſt, vt humoris omnino expers non ſit, cutis ad pilorum generationem maximè eſt idonea. Imò verò quanto ea ſiccior calidiorq; eſt, citra tamen humoris defectum, vt modò dicebamus, tanto magis pilos generare poteſt: vt autor eſt Galenus libro de temperamentis ſecundo. Eiuſmodi enim temperies materiam gignendo pilo amplam ſuggerit: nempe fuliginem. Seneſcentibus igitur nobis caluities fit, quoniam ea ætas maximè ſicca eſt: & in ea maximè parte quæ ad frontem ſpectat, omnium capitis G

tis partium ſiccisſima. Nam illic cuti oſsi nudo hæret. Defluit etiam non in capite ſolùm, ſed & in aliis corporis partibus pilus:
H ſed id alieni humoris commercio potius quàm natiui inopiæ tribuendum eſt.

Intelligenda autem ſunt quæ & diximus & dicemus ſigna, ut in temperatis habitationibus. Quæ uerò ad capillos attinent: non ut in regione ſolùm, ſed ut in humorum temperie cerebri temperamento proportione reſpondente.

Temperati cerebri ſigna ab his quæ nobis ſunt ingenita, hoc eſt totius capitis conſtitutione, à cerebri functionibus omnibus, nempe actuoſis & principibus, ſenſibusq; petita, ab his item quæ foris incidunt, calidis
A frigidis humidis & ſiccis, ſuprà declarata ſunt. Ab iiſdem verò ſumptę intemperati cerebri notæ declarandæ ſunt. Atque hæc omnia intemperata regione intelligẽda eſſe docet Galenus: quoniam hæc vnumquodq; temperamentum quale ab initio erat, ſeruat pro ætatum ratione. Intemperata verò regio non aliter atque intemperata victus ratio, temporis proceſſu corpora noſtra immutat: quare in ea ſimpliciter tẽperati vel naſci vel degere non poſſunt. Simpliciter

dixi, quia in intẽperata regione medii quodammodo, ſcilicet inter eius regionis calidiores & frigidiores, humidiores & ſicciores, inueniuntur, quos temperatos quidem appellare licet, ſed non ſimpliciter, abſoluteq́;. Quare ſimpliciter abſoluteq́; temperati cerebri (in iuſtitia ſemper intelligo) ſigna, à capitis cõſtitutiõe ſumpta, ac cerebri functionibus, & foris incidentibus, vt in temperata regione accipienda ſunt. Vna enim quæque habitatio ſuos & gignit & conſeruat: temperata quidem temperatos, intemperata intemperatos: quorum vt regiones inter ſe differunt, ſic naturæ & mores diuerſi ſunt: vt ex Hippocratis libro de aëre aquis & locis videre eſt. Quæ verò à capillis petuntur notæ, nõ vt in regionibus ſolùm, ſed & humorum temperie cerebri tẽperamento proportione reſpondente cõſiderãdæ ſunt. Nam cum capillus, vt diximus, ab humorum fuligine originem habeat: qualis fuerit humor, talem capillum eſſe oportet. Ex pituita enim albus, ex bile flauus, ex vtroque humore, ſi quidem bilis ſuperat, ſubflauus: ſi pituita, ſubrufus capillus naſcitur. Porrò autẽ humor pro variis ætatibus variaque victus ratione in corpore gignitur. Oportet igitur humorem ex quo capillus fit, cerebri temperamento reſpondere, ſi quidem ex

cap

D capillo eius temperamentum cognoſcere velis. Quoniam rurſus capilli color & figura non ſolùm ab internis qualitatibus fit, ſed etiam forinſecus incidentibus (ambiens enim aër capillum & cutem afficit: temperatus quidem rufum aut flauum, mediumque inter criſpum & ſimplicem reddit: calidus verò & ſiccus nigrum & criſpum) ad eundem modum reliqua aëris temperamenta colorem & figuram capilli mutant, non aliter atque interna corporis intemperies, de qua deinceps dicetur.

Quod ſi iuſto calidius ſit, in altera uerò oppoſitione temperatum, ſi
E *quidem magna admodum ſit caloris exuperantia omnia quæ declaranda ſunt ſigna, ualida erunt. Sin exigua infirma. Omnium autem partium quarum notas in omnibus temperamentis explicaturi ſumus, communis eſt hæc ratio.*

Cum prius temperati cerebri indicia recenſeret, obiter de intemperatis ſignis commeminit, quæ nunc fuſiſsimè tractat, à caloris notis auſpicatus: docetque ſigna omnia non ſolùm cerebri, ſed & omnium corporis partiũ, à quibus videlicet ſigna ſumũtur, eo

eſſe

eſſe præſtantiora, validioraq;, quo qualitatis exceſſus fuerit maior. Quod vt melius intelligamus, ſcire oportet ſimplices quatuor eſſe qualitatum exuperantias, calidum, frigidum, humidum, & ſiccum: totidemq; ex his miſtas, calidum & humidum, calidum & ſiccum, frigidum & humidum, frigidum & ſiccum. Atque hæ quidem omnes in maioris & minoris ratione diuidi poſſunt, hæc enim tam philoſophi quàm medici in quatuor ordines diſtinguunt. Primus quidem obſcurè, ſecundus iam manifeſtè, tertius vehementer, quartus ſummè calfacit & refrigerat, humectat & ſiccat: vltra quos ſanitas non conſiſtit. Itaq; horum effectus alii obſcuri, alii inſignes ac perſpicui nobis apparent, certiusq; aut obſcurius rem nobis explicant. Quid autem poſsit vnuſquiſque harũ exuperantiarum ordo, ex Galeno de ſimplicium medicamentorum facultatibus cognoſcere licet. F G

Deinceps igitur caloris cerebri notæ præter iam declaratas ſequuntur. Omnia quæ circa corpus exiſtũt, rubicundiora & calidiora ſunt: oculorum uenæ conſpicuæ: capilli editis in lucem celeriter naſcuntur: multò quidem cali- H

di

dioribus nigri, robuſti, & criſpi: non multò autem, primùm ſubflaui, deinde nigri: procedēte uerò ætate calueſcunt: eoq; magis, quo ſunt calidiores. Excre*menta uerò palati, narium, oculorum, & aurium, pauca & cocta habēt cum in integra ſanitate degunt.* Quòd *ſi aliquando caput illis repleatur, (quod ſæpe ipſis accidit, & maximè cum uictus rationem negligunt) plura quidem, ſed cocta tamen gignuntur excrementa. Cæterùm his caput cibo potuq; calido, & odoribus, omnibusq; quæ foris adue*A *niunt (inter quæ aër ambiens continetur) caput impletur, ac grauatur: præcipuè autem, ſi non ſolùm natura calida, ſed & humida eiuſmodi temperamenta ſint.* Eadem *breuibus ſomnis, minimeq; profundis ſunt contenta.*

Cũ nuper docuiſſet omniũ qualitatum exuperantiam pro ſua quanque magnitudine notas manifeſtiores aut obſcuriores edere, idq; eſſe omnium corporis partium ex quibus ſigna ſumuntur, commune: hanc in

duo tantùm partitur, multum & parum. Pili, inquit, multò calidioribus nigri, robuſti, B criſpi: nõ multò verò primùm ſubflaui, deinde nigri naſcuntur. Si igitur quæ circa caput exiſtunt, multum rubicunda ſunt, ac calida, cerebrum vehementer calidum eſſe neceſſe eſt, modicè verò, ſi non multũ. Quòd ſi, vt prius monuimus, exuperantiam in quatuor gradus diſtribuas, eius quoque ſigna in quatuor diuidenda erunt. Itaque ſi primo ordine calidum ſit cerebrum, in eodem calor & rubor apparebit, ſi quidem aliunde refrigeratum aut calfactum caput non ſit. Eadem eſt reliquorum conſideratio. Tam vehemens enim tactu calor ſentitur, quàm eſt natura caput calidum. Cæterùm tam C rubicunda cutis apparet, quàm humor hanc tingens eſt ruber. Similis enim (vt Galenus in Aphoriſmos Hippocratis docet, & nos alibi docuimus) apparet cutis humoribus. Porrò autem humor colorem ex primarum qualitatum exuperantia ac defectu nanciſcitur. Summus igitur calor & ſiccitas colorem nigrum creat, frigiditas & humiditas album: & aliæ qualitates alios colores: vt in ſequentibus dicetur. Calor item exuperans cum ſiccitatis & humiditatis mediocritate, vtriuſque medium gignit, nempe rubrum magis vel minus, pro D
ſuæ

ſuæ exuperantiæ magnitudine. Atque hic color ſiccеſcente per ætatem corpore in ni grum vertitur. Itaque ſi cerebrum calidius ſit, omnia quæ circa caput ſunt, rubicundiora apparent. Oculorum quoque venæ conſpicuæ ſunt, tum coloris, quem rubrum in toto capite apparere diximus, ratione: tum venarum amplitudine. Caloris enim munus eſt (vt Galenus ſcribit) dilatare, ac flatu diſtendere, eoq́ue magis, quo ipſe vehementior fuerit, & materia mollior, tenſioniq́ue ac dilatationi obtemperantior. Cum igitur ex hypotheſi materia dura non ſit nec contumax, ſed mediocriter mollis,

E calor autem vehemens, venæ ampliores latioreſq́; fient, proindeq́; multi ſanguinis capaces: vnde ſenſui magis perſpicuæ fiunt. Adde quòd ſanguinis color ruber in oculi tunica cãdida magis eluceſcit. Cęterùm pili in lucem editi celeriter naſcũtur. Naſcitur enim capillus cũ cutis perforatur, & excrementa in venis fuliginoſa gignũtur. Perforatur autẽ cutis à vaporibus exitum molientibus: quod fit (vt antè fusè declaratum eſt) cute iam ſiccеſcente. Siccatur autem in aliis ſerius, in aliis tẽpeſtiuius: quemadmodũ in

F aliis tardius, in aliis citius fuliginoſa excrementa generantur. In calidis enim & ſiccis natura celerrimè cutis reſiccatur, proindeq́;

cel

celerrimè perforatur,& excrementa in venis fuliginoſa gignuntur:quocirca his citiſſimè pili naſcuntur,poſt hos calidis,citra humiditatis aut ſiccitatis exuperantiã: reliquis autẽ ſerius: vt pòſt docebitur. Calor enim humiditatem depaſcit,ac corporis habitum reſiccat. Quibus igitur cerebrum natura calidum eſt,cutis citò perforatur,& fuliginoſa excrementa gignũtur:quare celeriter ipſi capilli naſcuntur,calidioribus quidem nigri, robuſti & criſpi: minus verò calidi, prima G ætate ſubflaui,deinde nigri,atque procedente tempore calui fiũt,eo quidem citius, quo ſunt calidiores: vt prius monſtratum eſt. Eadem ratione excrementa palati, narium, oculorum & aurium,pauca habent, ſi quidẽ integrè valent. Calor enim (vt modò dicebamus) humiditatem depaſcit. Quod ſi fortè (vt plerunque fit) victu humidiore ac vberiore vſi fuerint,caput excrementis redundabit,ſed magis coctis quàm quę ex pituitoſis naturis repurgantur:niſi ſupra modum in cibo & potu,præſertim calido & humido, H exceſſerint, his enim facilè caput repletur, ſcilicet vapore ex his nato promptè aſcendente,& cerebro hunc facilè recipiente, quẽ ſua natiua frigitate denſat, ac in aquoſam pituitam vertit,nō aliter atque media aëris regio vapores in imbres & pluuiam mutat.

Cal

Calidum itaq; cerebrum calidos vapores à iecore, maiorib⁹ venis, & toto corpore trāſmiſſos, facilè admittit, imò certè attrahit: ſed nec hos ſolùm, verùm & odores, & ambientem aëré: quibus maximè repletur, proindeq; grauatur, præſertim ſi cū calore adA iūcta ſit humiditas. Quòd ſi diligēter omnia hæc vitētur, calidū cerebrū pauca admodum excrementa habebit, ſcilicet calore humiditatem abſumēte. Quare breuibus minimeq; profundis ſomnis eiuſmodi naturæ cōtētæ erūt. Nā cū ſomnus (vt Galenus docet) fiat ab humore cerebrū replente ac degrauante, & principis facultatis fatigatione: qui calido cerebro ſunt, ſomnos habent & breuiores, & leuiores. Tantiſper enim ſomnus durat, dum parū aut nihil facultatis animalis in reliquas corporis partes trāſmittatur: quod fit dū vel vehemētiore labore, aut B mediocri ſed lōgiore vis animalis reſoluta eſt: aut certè citra laborē facultas ipſa obeūdis ſolitis functionibus tēpore ſeſe abſumit: aut cū nimio humore obruitur: ita vt ſi nihil aut parū facultatis in reliquū corpus trāſmittatur, aut multus ſit humor, ſomni longi & graues erunt: contrà breues & leues, minimeq; profundi, ſi ingens facultatis portio in reliquas corporis partes defluat, aut cerebrum nimio humore obrutum non ſit.

Frigidius uerò quàm par ſit cerebrũ, hæ notæ ſequũtur: Copioſiora per propria eius emiſſaria excremẽta effluũt: capilli recti, rufi, & ſtabiles ſunt, tardeq́; naſcũtur, initio graciles, atq; malè alti. Frigoris incõmodũ eiuſmodi tẽperamẽta prõptè ſentiũt: quoq; tẽpore iniuriã hãc accipiũt, deſtillatione ac grauedine tentantur. Nec uerò tangentibus calida, nec intuentibus rubra quæ circa caput ſunt, apparent: uenæ quoque oculorum uiſum effugiunt. C

Frigidũ (vt Galenus ſcribit) nullis naturæ functionibus eſt idoneũ. Improbè igitur cõcoquit ac digerit: proinde multa in corpore excremẽta relinquit, quæ proprio quodque emiſſario expelluntur. Frigidius cerebrum crudorum copiã parit, quæ effundit partim per nares, partim per palatũ, partim per oculos, partim per aures. Itaq; excrementorum copia ac cruditas, per antè dictas vias emiſſa, cerebri frigiditatem teſtantur: quemadmodum & capilli recti, quos alibi Galenus ſimplices vocat, rufi, ſtabiles, graciles, ac malè alti: præſertim ſi tardè poſt ortum naſcuntur. Recti enim fiunt ob viarum in qui- D

bus

bus radices agunt, rectitudinem: & caloris eos reſiccantis ac intorquentis abſentia, hoc eſt frigiditatis præſentia. Eadem ratione rufi fiunt, qui color magis ad album accedit, vt prius oſtendimus: & graciles,
E maleque alti. Frigiditas enim fuliginoſum excrementum paucum, ex quo capilli nutriantur, gignit: idque ſolùm procedente ætate. Quare longè poſt ortum capillus in frigidis naturis naſcitur: qui ideo permanet ac perſeuerat, quòd prioris capitis cutem haud ita calor reſiccat, vt humorem abſumat ac depaſcat. Raro igitur caluitio frigidum cerebrum tentatur.

Et ſomniculoſiores aliquanto ſunt qui frigido ſunt cerebro.

Adiecimus in præcedenti dictione, eiuſmodi temperamenta: & in hac, qui frigido ſunt cerebro: melioris intelligen-
F tiæ gratia. Alioqui enim quod ſequitur, nempe, frigoris incommodum promptè ſentiunt: ad capillos referre videretur, cum nihil præceſſerit quod ad ipſum referri poſſit: quemadmodum nec hic, quod dictioni ſomniculoſiores ſunt, conueniat. Sunt igitur eiuſmodi naturæ nō ſimpliciter ſomno deditæ, ſed aliquanto ſomniculo-

ſiores:quoniam vnam tãtùm habent ſomni cauſam,nempe frigiditatem, quæ minorem vim ad procreandum ſomnum quàm humiditas obtinet.

Siccioris cerebri notæ.Meatus excrementis uacant: & ſenſus acres, uigiles, eiuſmodi ſunt: capilli robuſtiſsimi, celer G rimeq́; ſtatim ab ortu naſcuntur, criſpi potius quàm recti: citoq́; calueſcunt.

ἐκροὰς prius emiſſaria vertimus: ſic enim meatus per quos cerebri excrementa expurgantur, Galenus vocat. Eiuſmodi autẽ vias ſine excremẽtis ſiccum cerebrũ habet:quoniam ipſum nihil ſuperuacuũ cõtinet. Siccitas enim potẽtior humiditatẽ pellit. Quòd ſi obiicias ſenes ſicco eſſe cerebro, & tamen pituitoſis excrementis ſcatere,hoc tibi donamus:ſed cũ ſiccitate coniunctã habent frigiditatem, quæ concoctioni ineptiſsima eſt. H hi autem de quibus nunc loquimur, medio ſunt inter calidũ & frigidum tẽperamento: quod plurimũ ad concoctionẽ digeſtionẽq; ac diſsipationem humoris habet momenti, proindeque pauca excrementa gignit. Hac ratione ſenſus habẽt acres ac perſpicaces, & vt græci vocant, ἀκριβεῖς: quòd, vt modò dicebamus, cerebrum ſuperuacuo humore

car

careat. Quemadmodũ enim in lympidiore purioreq; aëre res melius cernuntur, ita ſi cerebri ſpiritus puri defecatiq; ſint, ſentiẽdi in-
A ſtrumẽta melius ſuas actiões obeũt. Actuoſa quoque facultas, quã πρακτικὴν græci vocãt, probiores ac perfectiores actiones edit, non ſolùm ſpirituũ puritate, ſed & ſiccitate, quæ mouẽdi inſtrumẽta firmiora robuſtioraq; efficit. Eiuſmodi quoq; naturæ ſomno deditæ nõ ſunt, ſcilicet vaporibus facultatẽ obruẽtibus vacuæ. Oſtendimus enim ſuprà, ſomnum & fatigata facultate, & vaporibus humoribusq; hãc obruẽtibus fieri. Eædẽ naturæ capillos robuſtos habẽt, materia enim ex qua hi generantur, plurimũ abũdant, hac ratione celerrimè naſcuntur, criſpi potius
B quàm recti. Siccitas enim cutis meatus fluxuoſos reddit, qui capillos intorquent criſpantque, vt antè dictum eſt. Præproperè quoque calueſcunt, quoniam in his capitis cutis celeriter inareſcit.

Humidioris autẽ notæ, capilli ſimplices: caluitiũ omnino nõ patiũtur: ſenſus hebetes: excrementorũ redũdãtia ſomniq; multi, & profundi. Atque hæ quidem ſunt ſimplices intemperaturæ.

Facilè ex his quæ modò dicebamus, hu-

midioris cerebri notæ intelligi poſſunt: vt quæ ſiccioris ſignis omnino contrariæ ſint. Nã vt ſiccioris cerebri meatus viæq; quibus C ipſum repurgatur, excremẽtis vacãt, capilli robuſti & criſpi ſunt, celeriterq; ab ipſo ſtatim ortu naſcũtur, caluitiũq; præproperè patiũtur, & ſenſus perſpicaces habẽt, ac vigiles ſunt: ita humidioris, viæ quæ cerebro repurgãdo ſunt dicatæ, excremẽtis refertę ſunt capilli ſimplices, tardeq; naſcũtur: nec caluitiũ ſentiũt. Somno dediti ſunt, & tardos habẽt ſenſus, humiditas enim, excremẽtorũ redũdãtiã gignit: ſpiritus animales caliginoſos efficit: vnde ſenſus hebetes reddũtur, maleque perſpicaces. Eadẽ & ſomnos parit, & caluitium impedit, vt ex antè dictis conſtat. D

Ex copulatis uerò prima quidẽ calida & ſicca eſt: qua præditi, excrementis carẽt, ſenſusq; acres habent, & uigilãtiſſimi ſunt: præproperè calueſcũt: ipſisq; capilli & celerrimè naſcuntur, & uberrimè aluntur, magni quidem ac criſpi: caput autem tangentibus calidum apparet & rubrum, ad uigoris uſque ætatem.

Nulla enim caligine impediũtur. Caluitiu

tiũ citiſsimè patiuntur qui hoc præditi ſunt temperaměto,ſcilicet cuti citiſsimè reſiccata. Vigilantiſsimi quoq; ſunt,quia calor e facultas concitatur,& humore non degrauatur. In his capilli celerrimè naſcuntur,ac fœcundiſsimè aluntur, cũ celerrimè cutis perforetur,& materia procreandis pilis vberrima ſuggeratur. Criſpi ac nigri ſunt capilli, quòd meatus flexuoſos cutis ſiccitas reddat, & materia vnde generantur, aduſtione nigreſcat:vt antè declaratũ eſt. Calidũ caput tangentibus ſentitur. Quãtus enim facultate calor eſt,tantũ ſe foris promit, ac tãtus re uera percipitur, niſi aduẽtitio frigore intrò repellatur. Rubor vſque ad ætatis vigorem perſeuerat. Ad hoc enim vſq; tẽpus rubicundus ſanguis eſt, qui inclinante ætate nigreſcit:proinde cutis rubor in nigrorẽ vertitur.

Si uerò cum calore coniuncta ſit humiditas,ſi quidem utraque à mediocritate leuiter declinet,coloris bonitas adeſt, & calor.

Qualitatum exuperantiæ aliæ ſimplices ſunt,vt calida,frigida,humida,& ſicca:quarũ notæ prius explicatæ ſunt. Aliæ cõpoſitæ,calida & humida, calida & ſicca, frigida & humida, frigida & ſicca : quarum indicia nunc declarabuntur. Rurſus compoſitæ,

vel æquali vtriuſq; qualitatis receſſu, vel altero magis à mediocritate deflectunt, idq; vel paululum, vel plurimum. Si vtraq; qualitas ex æquo à mediocritate diſcedat, notæ non magis vnã quàm alteram exuperantiã indicabunt. Sin altera magis, eius notæ manifeſtiores, alterius verò obſcuriores erunt. Quæ autem longius à medio recedũt, manifeſtius: quæ verò minus longe, obſcurius ſui indicium præbent. Itaque caloris & humiditatis à mediocritate paululũ et ex ęquo H recedentis, coloris bonitas, & calor certa tẽſtimonia erunt. Bonum colorem intelligo, candidũ rubore perfuſum. Nam calor, vt diximus, ruborem: humor candorẽ parit: Calor in eiuſmodi temperamentis nõ ſimpliciter, ſed cum quadam ſuauitate ſentitur. In ſiccis verò naturis acrior ac inſuauior eſt, ſed vterque tantus, quàm calidũ natura temperamentum eſt.

Oculorumq; uenæ magnæ.

Oſtendimus nuper calorem diſtendendi ac dilatandi vim poſsidere, & materiam mollem ac humidam diſtentioni eſſe idoneam. Venas igitur non ſolùm in oculis, ſed & vni A uerſo corpore pro ſua quanque ratione amplas habent calidi & humidi, vt in ſequentibus docebitur.

Et

Et excrementa copioſiora, mediocriter cocta.

Calor mediocris propte immutat, maturat, concoquit ac conficit, vt Galenus docet, Cui ſi adiūcta par humiditas ſit, probè attrahit, cōcoquit, aſsimilat, cōiūgit ac glùtinat: ꝓindè maximè nutrit, ſed minus reſoluit ac diſcutit. Quare excremētorū redūdātiā parit, calor quidē modicè, ac ex accidente: qui ſcilicet parū reſoluat ac digerat: humor verò primaria ratiōe, vt qui materiā ſuggerat.
B

Capilli recti.

Capilli, vt prius docuimus, figura, magna ex parte à ſiccitate & calore procreatur. Siccitas enim hunc intorquet, & maximè ſi adiunctus ſit calor, qui ex accidēte, nempe humorem diſsipando ac digerēdo, capillum reddit ſicciorem, humiditas contrà ſimpliciorem, magiſque rectum.

Et ſubflaui.

Subflauus flauuſq; color fit à calore excedēte minore quidē quàm vt deurere poſsit, & capillum denigrare: ſed tamē vehemētiore quàm vt vel album vel ſubrufum efficiat.
C

Nec facilè calueſcunt.

Capilli defluuiū fit materiæ qua alitur, penuria: vt prius docuimus. Vbi igitur tāta eſt

cutis capitis ariditas, vt humor generãdo pi lo non adſit, fit caluitium. Vbi autẽ humor ſupereſt, ita vt per totam vitam generando pilo ſufficere poſsit, velut in commemorato tẽperamento, deciduus capillus non erit: quocirca nec caluitium fiet.

Calidis autẽ eiuſmodi caput impletur ac grauatur. Quod ſi humidius ſit, multo maiore excremẽtorũ prouẽtu ſcatet. D

Nam facilè vnaquæq; res à ſuo ſimili afficitur: calidũ verbi gratia à calido, frigidũ à frigido, humidũ ab humido, & ſiccũ à ſicco. Igitur calidũ caput calida admittit, humidũ humida: quibus repleri & degrauari ſolet.

Si uerò plurimum calor & humiditas exceſſerint, morboſum erit ac excremẽtoſum: prompteq́; ab humidis & calidis offendetur. His autem Auſter perpetuò aduerſatur. Aquilones uerò ſaluberrimi ſunt. E

νοσώδης, id eſt morboſum vel morbidũ, vt antè docuimus, hoc eſt morbo vel iã affectũ, vel obnoxiũ, & valetudinariũ, quodq́; ſæpè in morbũ labitur: quales eos eſſe ſcribit, qui vehemẽter calido humidoq́; ſunt cerebro: de quibus nũc loquimur. Morboſos

au

autem appellat propterea quòd multa colligant excremẽta periculoſos morbos adferẽtia. Calor enim humores attrahit, humiditas verò hos ſuggerit, fouet ac conſeruat. Quocirca promptè hoc temperamento donati in apoplexias, comitiales morbos, gra-
F ues ſopores, & alios id genus affectus citò miſereq; enecantes incidunt. Quòd ſi ſola intemperie calida & humida citra humorũ ſuperuacuorũ cõmertium laborarent (quod rarò accidit) non magis morboſi eſſent, quàm aliæ intemperaturæ.

Neq; verò longas vigilias ferre poſſunt. Ad ſomnum autem conuerſi, unà cum ſopore vigilant.

Humiditas enim, vt prius oſtẽdimus, cerebrũ implet ac degrauat: proinde ſomnum inducit. Sed quoniã calor vigilias, vt prius
G docuimus, adfert: ad ſomnũ cõuerſi, vnà cũ ſopore vigilãt: non autẽ, vt quidã interpretãtur, aliqñ vigilãt, & aliqñ dormiũt. Aliud enim Galeni verba ſonãt, quæ habẽt ad hũc modũ, ἀμάτε καμαλώδεις εἰσὶ καὶ ἀγρύπνοι, hoc eſt ſimul dormiunt, ac vigilant. Coma Galenus in tertiũ epidemiôn Hippocratis librũ, & in opere ſuo περὶ κώματος, vſurpari pro delapſu in ſomnum ait: hoc eſt ἀντὶ τῆς καταφορᾶς εἰς ὕπνον, cũ videlicet aliquis

vigi

vigilare nequit, ſed conniuentibus oculis, vel ſomno profundo aut leui, ſeu vt ipſe vocat, tenui, vel certè vigiliis detinetur. Itaq; κῶμα aliud graue, aliud inſomne ac vigilans eſt, aliud verò inter vtrũq; medium. H
Graue coma eſt, cum quis profundè diuque dormit, nec facilè expergiſci poteſt. Fitque eiuſmodi affectus à craſsi frigidiq; humoris copia. Coma autẽ vigilans, ſiue vt Galenus vocat, οὐχ ὑπνῶδες, id eſt nõ ſomniculoſum, dicitur, cum quis apertis oculis vigilare non poteſt, ſed etiã ſi clauſis oculis dormire tentet, vigil permanet, nec ſurgere tamen poteſt, nec vigilãtiũ munus obire: habetq; deterius quàm ſi vigilaret. Graui enim ac ponderoſo corpore eſt, obdormiſcitq;, ita vt ſi ſomnũ illi permittas, ſperes facilè dormiturum, cum tamẽ neq; dormiat, neq; ſe dormiturum ſperet. Habet autem originem affectus hic ab acrimonia tenuis humoris, ac calore. A
Cωma autẽ quod horum mediũ eſt, dicitur vel cum alternis ſomnis ac vigiliis detinetur: (ſomnis quidẽ minimè profundis, ſed leuibus ac breuibus, ſcilicet ſomniis viſisq; mentem mouẽtibus, ac ſomnum intercipientibus) vel cum in medio exquiſitè vigilantium ac dormientium ſtatu conſtitutus eſt: in quo ſignificato nunc ſumit Galenus. Ait enim eos qui calido humidoq; ſunt

cere

cerebro, ſimul eſſe κωματώδεις, ac inſomnes. Cũ enim ſomnũ humor cõciliet, calor autẽ vigilias, miſtus erit in hiſce temperatũ ris ex ſomno & vigiliã affectus. Adiecit igi-
B tur vocem ἅμα, quò indicaret non alternationem ſomni & vigiliarum modò declaratam, ſed ſomnum leuem non interruptũ, ſatiſque diuturnum, vigilare enim diu, vt modò dicebamus, non poſſunt.

Somnia uiſis plena habent.

Hoc eſt φαντασιώδεις τοῖς ἐνύπνιοις εἰσί. Phãtaſia enim dicitur rei imago quę animo inſidet ab externis ſenſibus accepta. Hãc Cicero viſum appellat: φαντασιώδεις igitur dicuntur, quibus per quietem multæ ac variæ
C phantaſiæ, hoc eſt viſa, apparent. Proinde φαντασιώδεις ſomniis pleni dicũtur. Vigilantibus enim ſentiẽdi inſtrumẽta rerum ſenſibus obiectarũ formas ac ſimulacra recipiũt, quæ in ſenſu cõmuni imprimunt, ac velut in tabella quadã depingũt. Atq; hæ interdum firmiter, interdũ leuiter hærent, nõnunquã verò ſtatim euaneſcũt. Quæ igitur integræ manẽt, aut ſaltẽ nõ omnino perierũt, feriãtibus externis ſenſibus per ſomnũ apparent. Deliteſcũt verò, nec vllo modo ſentiũtur, dũ externi ſenſus ſuis miniſteriis, atq; etiã ipſa mens formarum æſtimatrix, fungũtur.

Igitur in ſomno eniteſcunt, ſcilicet maiore D
vi minorem obruente. Nam queadmodum
exiguus dolor maioris ac vehemētioris in-
teruentu prorſus cōſopitur, ita imagines ex-
trinſecus acceptæ, & cōmuni ſenſui inſiden-
tes, ab externis ſenſibus potentius quàm in-
ternis agentibus obſcurātur. Cōtrà feriāti-
bus externis ſenſibus, ac ab omni actione
ceſſantib⁹, quę int⁹ ſunt rerū formę emicāt,
prout magis aut min⁹ animo inſidēt. Inſidēt
autē firmius, cum tota mēte: minus verò in-
hærēt, cū negligētius acceptæ fuerint: quod
plerunq; fit dum rebus aliis mēs intenta atq;
occupata eſt. Cū igitur corpus dormit, ani-
mus nihilominus propriā ſedem, nimirū ce- E
rebrū, occupat ac moderatur: omnesq; tunc
ſuas actiones exercet. Intelligit enim ratio-
cinatur, res æſtimat ac expendit, lætitia &
mœrore afficitur, timet, audet, videt, audit,
dolet, cruciatur. In ſumma, nihil facit in vigi
liis, quod in ſomno ſe efficere nō credat, dū
enim ſomnus irrepit, calor natiuus relictis
externis partibus intrò ſe confert, omnemq;
vim extimos ſenſus mouētē ſecū rapit: vnde
ipſi ocioſi manēt: intimus verò agit, ac quas
cōtinet imagines, expromit: quas, quia appa
rēt, phātaſias vocāt. Nō igitur ſemper inti- F
mus & extimus ſenſus eadē vi pollēt, nec ea-
dē poteſtate iudicant: queadmodū nec eadē
pri

princeps facultas, & ſenſus ipſi: ſed aliquãdo hi præſtantiores ſunt, aliquando mens: qua præpollente, & ſenſibus imbecillis, ac male affectis, apparent viſa quidẽ, ſed quibus ipſa reclamat. Sol verbi gratia exiguus ſenſui apparet, mens verò magnũ iudicat. Idẽ exortu maior, in meridie minor cernitur: ſed vtroq; tẽpore eandem hũc magnitudinem habere mens iudicat. Vbi autem mens imbecilla eſt, aut inexperta, aut ægrotat, aut aliquo modo perturbatur, facilè hallucinatur.
G In metu enim, quod timet, cernere ſæpe ſe putat. Senſus enim potentior, mẽtis iudiciũ impedit, idq; eo magis, vt docet Ariſtoteles, quo affectio maior. Mentẽ enim vehemens excandeſcentia, metus, amor, perturbant. Eam ob rem eodẽ autore vehementi febre laborantibus, ex parua interdum ſimilitudine linearũ vicinarum, animalia in parietibus apparent. Qui verò leuiter febricitant, hallucinationem hanc intelligunt. Sæpe verò vbi febris admodum grauis eſt, citra vllam delirationẽ his apparent feſtucæ, muſcæ, atq; aliarũ rerum imagines: de quibus Hippocrates in prognoſticis, eiuſq; in-
H terpres Galenus ampliſsimè diſputarunt. Eodem modo qui principem facultatem natura imbecillam habent, aut alioqui malè affectam etiam citra vllum morbũ, ma-

xime

ximeq; ſi imperiti ſint, atq; rerũ inexperti, ſenſu magis quàm ratiõe omnia iudicare ſolent: quod plerunq; indoctũ ac rude vulgus facit. De his hactenus. Supereſt vt oſtendamus quãobrẽ qui calido humidoq; ſunt cerebro, ſomnia viſis plena habeãt. Quod vt facilius intelligamus, ſcire oportet, intimũ ſenſum, cum purus defecatus ac tranquillus eſt, minimeq; agitatus, acceptas extrinſecus rerũ formas ac imagines, clarius per ſomnũ intueri, easq; diutius ſeruare, præſertim ſi firmius ipſæ hæſerũt. Docebamus enim modò, aliâs firmius, aliâs infirmius facultati inſidere, aliâs verò protinus euaneſcere. Igitur ſub ſomni finẽ, quo tempore defecatior ſenſus eſt, et minus agitatus quàm principio, verius & expreſsius imagines videntur. Cõtrà euenit cum omnino impurus ac perturbatus eſt. Non enim præ nimio illo facultatis motu, & vaporũ caligine, rerũ formas animus per ſomnũ videre poteſt. Simile quidpiã in aqua cernere poſſumus: quæ cũ turbida omninoq; agitata eſt, intuentiũ formas nõ promit: clara verò ac defecata, minimeq; agitata, eas veriſsimè exprimit. Cũ igitur recens nati plurimò calore agitentur, craſſoq; ac indefecato adhuc vapore abũdent, non ſomniant, quemadmodum nec ſtatim à cibo & potu, præſertim caput replente & A B

agit

agitante,ſomnia dormientibus apparent:vt docet Ariſtoteles. Cum verò neq; omnino purus quietusq́; ſenſus eſt,neq; omnino impurus ac agitatus,ſed mediã ſortitus eſt naturã,ſomnia quidem plura aut pauciora apparent,integriora vel interruptiora,diutius perſeuerãtia,aut celerius euaneſcẽtia, prout
C ad tranquilliorem ac ſynceriorem, aut agitatiorem ac impuriorẽ propius accedit.Itaq; qui calido & humido ſunt cerebro, ſomniis & numero pluribus,& magis interruptis, diſtortis,monſtroſisq́; magis vexãtur:ſcilicet calore vim animalem excitante, & humore caliginoſum ſenſum efficiente. Ex his conſtat, animũ corporis affectionibus in vtraq; valetudine proſpera & aduerſa conſentire. Nam quæ in ſomnis viſuntur, agiq́; putantur,magna ex parte corporis affectionem, humorumq́; naturam, plenitudinem, defectum,ac qualitatẽ teſtantur. Nam qui ægrè
D ſe moueri putant,vt Galenus ait,aut grauia onera geſtare,aut in ea re impediri quam ſe efficere ſomniant,animalem facultatem plenitudine aut craſsitie aut viſcoſitate humorum deprauatam habere coniiciendum eſt. Contrà qui ſe vel volare, vel currere ocyſſimè credunt, humores paucos, eosq́; leues minimeq; excrementoſos habere veriſimile eſt.Et qui nocturnas veneris imagines pa

tiuntur,genitali ſemine abundare. Ad eundem modum qui in locis fœtentibus ſordidis ac immundis ſe volutari putant, illos in corpore materiam patrem corruptamq; ac grauiter olentem habere ſuſpicio eſt: quemadmodum contrà qui in locis odoris ſe eſſe autumant,materiã probam, ſuauiterq; olentem:& cui accenſus ignis apparet,hunc à flaua bili infeſtari. Cui verò fumus aut caligo aut profundæ tenebræ, ab atra bili. Imbres autem frigidum humorem abundare teſtantur:nix verò & glacies & grando frigidam pituitam. Color ruber ſanguinem:flauus flauam,ater atram bilem in corpore eſſe ſignificat:albus verò pituitam. In ſumma, humorum qualitates ſimilia ſibi ſomnia gignunt. Similiter autem ſonitus flatum in corpore eſſe fatentur. Itaque animus corporis affectiones ſentit, quod & Galenus autumat. Sed & rerũ omnium quas vehementer concupiſcit,quæque ſolicitum ipſum plurimum reddunt,aut circa quas diu verſatus eſt, tanquam iam præſentiũ imagines ſuſcipit,quare nõ ſimpliciter ſomnia corporis affectionem ſignificant.Proinde cum corporis valetudinem tam proſperã quàm aduerſam, per ſomnia cognoſcere volumus,rogandus qui ſomniauit eſt,an curæ aliaq; modò commemorata præceſſeriũt.Quòd ſi horũ aliquod

præ

præceſsiſſe fateatur, de corporis affectione ex ſomniis rectè iudicare non potes: ſin minus, potes: vt antè declaratum eſt.

G *Et uiſum caliginoſum, ſenſusq; hebetes.*

Humor, vt prius docuimus, ſpiritus reddit craſsiores, proindeq; caliginoſiores, vnde fit vt non ſolum viſus, ſed & reliqui ſenſus parum acres ſint ac perſpicaces.

Quòd ſi longè iuſto temperamento calidius cerebrum ſit, paulò uerò humidius, manent calidi temperamenti ſigna: cum quibus obſcuræ humoris notæ cõiungũtur: quemadmodum ſi multo quidem humidius ſit cerebrũ, minus uerò calidum, perſpicua firmaq; erunt humo-

H *ris indicia, caloris uerò infirma.*

Calidi & humidi cerebri ſigna, in quo neutra qualitas alteram ſuperat, iam tradita ſunt. Nunc verò eius in quo alteram altera excedit, notas docet. Si longè, inquit, iuſto temperamento calidius ſit cerebrum, humiditas verò paululum à mediocritate declinet, manent calidi tẽperamenti ſigna, humiditatis verò ſunt obſcura. Caloris ſigna ſunt, vniuerſi capitis calor, rubor,

oculorũ venæ conſpicuæ, pilorum ortus ce ler, & reliqua quæ modò declarata ſunt: quẽadmodum & exuperãtis humoris: quorum qui rationes nouerit, is caloris & humoris paululum à mediocritate deflectentium no A tas facilè cognoſcet: vtpote quæ cum prioribus eædẽ ſint, ſed obſcuriores. Neq; enim tam rubet facies, caletq; caput, vbi modicè calor mediocritatem excedit, quàm vbi vehementer. Nec tã ſimplices ſunt capilli, ſenſusq; hebetes, vbi paululũ humiditas declinat à medio, quàm vbi multùm exuperat.

Hæc autem cõpoſitarum omniũ intemperaturarum communis eſt ratio.

Nã vbi in cõmiſtis tẽperamentis æquales ſunt qualitatũ exuperãtię, æqualiter vtriuſq; ſigna apparẽt: vbi verò alterã altera ſupe B rat, vnius notæ euidentiores, alterius verò obſcuriores ſunt: vt antè declaratum eſt.

Frigida autẽ & ſicca cerebri tẽperamenta, quantũ ex ſe eſt, caput frigidum reddũt, ac decolorãt. Semper enim memoria tenendũ eſt quod initio explicauimus: cõſiderãdumq;, quãtum ex humorum temperie caput immutetur.

Natiua frigiditas ac ſiccitas ſuapte natura caput reddit frigidum, ac decolorat: niſi

aliun

aliunde calorem coloremq́ue caput accepe-
C rit. Propterea in memoriam reuocandum
eſſe ſcribit quod initio expoſuit, quantũ vi
delicet ex humorũ qui circa caput ſunt, tem
perie caput immutetur. Fieri enim poteſt vt
cor & iecur natura calida ſint, cerebrum ve
rò frigidum. Atque ita ipſum, venarũ & ar-
teriarum calidum ſanguinem cõtinentium,
communicatu, minus frigidum pallidumq́ue
efficitur: ſed mutuatũ ab humore colorem,
calidius coloratiusq́ue caput ſenſui apparet.
Addita igitur dictioni hæc verba ſunt, ἴσον
D ἐφ' ἑαυταῖς. Temperamenti enim frigiditas
& ſiccitas ex ſeipſis caput frigidum efficiũt,
& decolorant. τοῦτ' οὖν τὴν κεφαλὴν ψυχρὰν
καὶ ἄχρουν ἀποτελοῦσι. Sed aduentitius calor
à corde & iecore profectus, contrariam tem
peramento cerebri natiuo qualitatem indu
cit, ἄχρουν dicimus non quod ſimpliciter ſi-
ne colore (id enim fieri nõ poteſt) ſed quod
ſine coloris nitore bonitateq; eſt. Colorem
quidem in corpore humor parit: coloris ve-
rò nitorem, aut ſi mauis, bonitatem, natiuus
calor: pallorem verò, ſeu decolorationem,
hoc eſt ἀχροίαν, frigiditas affert. Itaque in
omni colorum genere pallor & nitor repe-
riuntur, hoc eſt εὐχροία καὶ ἀχροία. Nitere
enim dicimus quod viuidum habet colorẽ,
E ſiue is albus ſit, ſiue niger, ſiue ruber. Nam

nigrum cornu nitere dicimus, item & candidum, ſi quidem eius color viuidus ſit. Sin langueat, & velut demortuus ſit, nos pallidum, græci ὠχρὸν dicunt.

Initio autem in eiuſmodi temperamentis oculi uenis carent.

Hoc ſimpliciter verum non eſt: ſed tam exiguæ in oculis venæ ſunt, vt ſenſum effugiant. Cum enim frigoris munus ſit cogere, vt prius docuimus, paucumque ſanguinem generare: venæ in eiuſmodi tẽperaturis ſtatim conſpicuæ eſſe non poſſunt: vt quæ admodum exiguæ ſint, &, vt dixi, paucum ſanguinem contineant. Sed temporis proceſſu ipſæ augentur, & ſanguine impletæ apparere poſſunt. F

Prompteq; à cauſis frigidis lædũtur: ideoque in incerta inſtabiliq; ualetudine degunt. Aliquando quidem capita leuißima habent: emiſſariaq; excrementis uacua: aliquando uerò deſtillatione, & grauedine, leui occaſione promptè corripiuntur.

Quemadmodum calidum & humidum cerebrum à calidis & humidis, ita frigidum & ſiccũ à frigidis & ſiccis facilè offenditur.

Na

Nam vna quæque res, vt antè dicebamus,
G promptè à ſuo ſimili afficitur. Calidum & humidum, morboſum eſſe antè docuit: frigidum verò & ſiccum, in incerta ſanitate degere, hoc eſt ἀνωμάλως ὑγιαίνειν nunc ſcribit. Quod an morboſum, an neutrum iuxta tertium ſignificatum appellari debeat, diſquirendum eſt. Neutrum enim in eo ſignificato vſurpatum eſt, quod aliquando ſalubre, aliquando morboſum exiſtit. Quod nonnullis accidit qui in puerili ætate ſalubres, in iuuenili verò morboſi fiunt: & contrà in pueritia morboſi, in ætatis vigore ſalubres: vt antè declaratum eſt. Itaque qui frigido ſiccoque ſunt cerebro in adoleſcẽtia, vt ſcri-
H bit Galenus, exquiſitos ſenſus habent atque integros: procedente verò tempore celeriter marceſcunt ac ſeneſcunt, vt mox dicemus. Igitur frigidum & ſiccum natura cerebrum, neutrum eſt. Alii verò morboſum ſimpliciter eſſe frigidum & ſiccum cerebrum contendunt, quòd ſcilicet ex generatione tale exiſtat. Non enim alia ratione calidum & humidum morboſum eſſe volunt, quàm quòd natura intemperatum ſit. Hæc controuerſia facilè dirimi poteſt, ſi quidem memoria tenuerimus quæ ſæpe antè docuimus, nimirum omnem exuperantiã aut mediocrem eſſe aut magnã. Cerebrum

igitur ſi vehementer frigidũ & ſiccum ſit, A
ſine dubio morboſum eſſe cenſetur, quemadmodum vehemẽter calidum & humidũ.
Si verò mediocris ſit frigiditatis & ſiccitatis exuperantia, morboſum non erit, ſed tantùm neutrum. Siue igitur mediocriter ſiue vehementer quis cerebrum intemperatum habeat, certam non habet ſanitatem, ſed inſtabilẽ. Aliquãdo caput leuiſsimũ ſentit, vtpote excremẽtis vacuum: proinde per proprios meatus pauca excremẽta effundit. Cũ autem ipſum à ſimilibus cauſis, vt externo frigore vel ambiẽtis nos aëris, vel rerũ aliarũ refrigerandi vi præditarũ forinſecus ad- B
motarum, aliquam iniuriã acceperit, promptè læditur, deſtillatione enim ac grauedine corripitur. Nam ſenũ more malè concoquunt, proinde facilè excrementa colligũt, qui frigido ſiccoq; ſunt temperamẽto, præſertim per hyemem, & humidam aëris intẽperiem: atque etiam ſi cibo & potu vaporoſo diutius ſint vſi: quanquã & ſine humorũ multitudine cerebrũ frigore obſtrictũ, tanquam ſpõgia aqua imbuta, ac manu cõpreſſa, humorẽ exprimit in fauces, vel pectus, vel alias partes vnde antè dicta incõmoda na- C
ſcũtur. Nulla ſanè alia intẽperantia eſt, quæ infirmius ac imbecillius malis tam externis quàm internis repugnet. Vitę enim maximè

con

contraria frigidita, & ſiccitas eſt. Ex his cõſtat græce legendũ eſſe ποτὶ μὲν κουφότατος τὰς κεφαλὰς, vt etiam Leonicenus putat: nõ autẽ κωφότατος, vt eſt in exẽplaribus gręcis.

In iuuẽtute quidem ſenſus eius acres ſunt, omniq; uitio carent: procedente uerò tempore celeriter marceſcunt. Et ut ſemel dicam, omnes præproperam ſenectutem in capite oſtendunt: quocirca ci
D *tò caneſcunt.*

Hominis ætatem in infantiã, pueritiam, adoleſcentiã, vigorem, & ſenectutẽ diuidere ſolent: nos hoc loco in tria tantũ diſtinguemus, pueritiã, iuuentutẽ, & ſenectutem. Pueritia infantiam, & quam peculiariter pueritiam vocant, cõtinet, ſenectus inclinantẽ ætatem & decrepitam; iuuentus verò adoleſcentiã, & ætatis vigo rẽ. Totius ergo ætatis noſtræ partem eã iuuentus continet, quæ ab adoleſcentia incipit, & in inclinantẽ ætatem deſinit. Puerilis ætas in humore merſa eſt, proinde tam perſpicaces ſenſus non habet, quàm iuuentus, ſed tamen quàm ſenectus, minus imbecillos, & caliginoſos. Sene-
E ctus enim ob nimiã frigiditatẽ & ſiccitatem debiles admodum ſenſus habet. Cæterùm quoniam multam colligit pituitam quæ ſen

ſus obruit,eos caliginoſos habet,præſertim vbi coniunctam habet natiuam frigiditatẽ & ſiccitatem,hæc enim intemperies,ſiue ingenita,ſiue per ætatem contracta, ſiue aliunde adſcita ſit,iniuriis tam internis quàm externis impotenter repugnat.Itaque qui frigido ſiccoque ſunt cerebro, canos aliaque ſenectutis teſtimonia citò in capite oſtendũt. In capite Galenus dixit,quoniam ſi reliquũ corpus frigidum & ſiccum non ſit, ſenectutis incõmoda id celeriter non ſentit.Quòd F ſi ipſum capiti ſimile exiſtat,citò corpus totum ſenectutis notas habebit.Cum enim vita noſtra natiuo calore ac humore conſeruetur,longiorem ipſam fore quo ipſi diutius durabunt,neceſſe eſt:& breuiorem,quo breuiori tempore.Frigidi igitur & ſicci breuioris ſunt vitæ,quoniam diu natiuam hanc humiditatem ac caliditatem non ſeruãt. Ipſis enim ab initio ſtatim contingit. Calidi verò & humidi tardè ſeneſcũt: atque quod ad temperamenti rationẽ attinet,maximè ſunt longeui: vt autor eſt Galenus. Sed quoniã G excrementis abundant,promptè in putredinis morbos labuntur: proindeq; vitam, niſi maximè ſibi prouideant, corripiunt.Quatenus igitur ad temperamentum attinet,citiſſimè ad ſenectutem perueniũt frigidi & ſicci:tardiſsimè verò calidi & humidi: præcipuè

puè ſi humidiores quàm calidiores ſint. Sed frigidi & ſicci, inquies, vt paucam habent natiuam humiditatem, quæ eſt vitæ pabulum, ita paulatim hanc abſumunt ob caloris tenuitatem, quæ vehementer hanc reſoluere diſsipareque non poteſt. Calidi verò
H & humidi, & ſi humore abundant, hunc tamen caloris vehementia citò abſumunt, quare non longius quàm illi vitam protrahũt. Reſpondemus calorem natiuum eo abſumendæ natiuæ humiditatis, reſiccandique corporis vim maiorem habere, quo vehementior eſt, ſed cum humore iunctus, omnium optimè concoquit, maximeq́;, quod è corpore abſumitur, reſarcit: frigus contrà peſsimè coquit, proindeq́; minimè perditã ſubſtãtiam reſarcit. Præterea ab his quæ lædere corpus ſolent, ob imbecillitatem minus ſe tueri poteſt. Quocirca præproperè ſenectutis ſigna oſtendunt qui frigido ſiccoq́; ſunt cerebro. Hi enim citò caneſcunt: quo-
A niam alimentum quo capilli in his nutriuntur, eſt velut ſitus pituitæ quæ ſpatio computruit, vt autor eſt Galenus.

Capilli autem ægrè naſcuntur, maleq́; nutriuntur in lucem editis: atque rufi ſunt. Nec *uerò tempore, ſi frigus ſiccitatem magis exuperet, calueſcunt.*

Contrà ſi humiditatem ſiccitas plurimum, frigiditas verò caliditatem paululum ſuperet, calueſcunt.

Tardè naſcuntur pili, cum tardè in venis fuliginoſa excrementa gignuntur. Oſtēſum B enim prius eſt, fuliginē pilo tum generādo, tum alendo materiam ſuggerere. Qui autē frigido ſiccoq́; ſunt temperamento, tardè fuliginem gignunt, eamq́; admodum paucam, quare his tardè capilli procreātur, hiq; rufi: ſuntque teſtes (vt antè docuimus) frigiditatis, hac ratione male nutriuntur. Procedente verò ætate ſi frigiditas caliditatē magis ſuperet, quàm ſiccitas humiditatem: non calueſcunt. Sin ſiccitas magis humiditatem quàm caliditas frigiditatem vincat, calueſcunt. Ab immodica enim cutis ſiccitate naſcitur caluitium, vt prius explicatum eſt. C

Humida verò & frigida cerebri temperamenta ſoporoſos ac ſomniculoſos efficiunt.

κῶμα præter alia ſignificata paulò antè à nobis commemorata, grauem vehementemq́; ſoporē ſignificat, vnde hoc loco κωματώδεις dicuntur ſoporoſi. Qui enim frigido humidoque ſunt cerebro, vehementer diuq́; dormiunt, ob frigidæ humiditatis qua

cer

cerebrum abundat,copiam. Eadem ratione formiculoſi,hoc eſt græce ψωριῶντες ſunt.

D *Ac ſenſus deprauant.*

Aliquando hebetes ac imbecillos tantum, aliquando deprauatos ſenſus efficiunt frigida & humida temperamẽta, hebetes quidẽ, cum frigiditas & humiditas tantum mediocriter exuperant. Res enim quales ſnnt,ſentiuntur,hoc eſt cernuntur,audiuntur &c.ſed imbecillius ac hebetius. Cum verò immodica exuperantia eſt, hallucinantur. Nam res aliter atq; ſunt ſentiunt:viſus quidem maiores,aut plures,aut alterius coloris aut figuræ:guſtus verò amaras aut acidas, cuiuſcũq; ſint ſaporis. Eadem eſt reliquorum ſenſuũ ratio,vt alibi fuſius declarabimus.

E *Caput excrementis implent.*

Frigus improbè concoquit, propterea prouentum excrementorũ parit:præſertim cum humore iunctum,qui non ſolùm gignit,ſed & auget ſuperuacuam pituitam.

Frigoriſq; iniurijs obnoxiũ reddũt.

Nam facilè à ſuo ſimili res quęque afficitur, promptè igitur cerebrum eiuſmodi à frigore læditur.

Facileq; replent, ac deſtillationibus

F *grauedinibuſq; opportunum efficiunt.*

Cap

Caput tum vaporibus ſurſum,è toto cor pore aut præcipuis partibus delatis, tũ foris aſſumptis repletur. Cibo igitur ac potu vaporoſo,aëre item humido ac nebuloſo facilè eiuſmodi caput impletur. Natiuus enim humor externũ facilè admittit: nihil verò aut parũ diſcutit frigus,hac ratione deſtillatiõe ac grauedine detinetur. Neceſſe enim eſt vaporem hunc cerebri frigore in aquam denſari:atq; vel ſuo põdere relabi, vel etiã degrauata irritataq́; natura in infernas partes demitti:haud aliter atq; vapor qui è terra ſurſum in mediam aëris regionem ſublatus atq; eius loci frigore in imbrẽ mutatus, deorſum ſuo pondere delabitur. G

Neque uerò qui ſic temperati ſunt, calueſcunt.

Cũ caluitiũ humoris penuriã,vt iã diximus,fiat,hãc autẽ adferat tũ adſcititia cutis ſiccitas,tum calor(hic enim ſi quidem vehemens ſit,humorem depaſcit)non poteſt frigidum & humidum caput caluitiũ ſentire.

Hæc igitur ſunt cerebri temperamentorum indicia,quibus ad ſingula ſentiendi inſtrumenta progrediendo,notas deprehendes. H

Cerebri temperamentorũ ſigna generatim

tùm quinq; eſſe cõgenita,& vnũ externum, prius declaratum eſt:congenita quidem,totius capitis diatheſin, id eſt conſtitutionem,quæ magnitudinem,figuram,ſenſuum, actionum , tùm actuoſarum , tum principum, tum naturalium,virtutem ac vitium continet: externum verò, immutationem ab his quæ foris incidunt. Eadem genere ſigna ad ſingula ſentiendi inſtrumenta transferri poſſunt. Nam ex ſua quoque conſtitutione ac diatheſi cognoſcitur:quæ qualis
A eſſe natura debeat,ex libris de vſu partium cognoſcendum eſt,item ex actionibus tum peculiaribus,tum aduentitiis.Proprias dico, ad quas inſtrumentum à natura eſt ordinatum:oculus verbi gratia ad videndum, auris ad audiendum. Adſcititias autem, quæ aliunde profectæ inſtrumentum inſunt, vt oculo motus voluntarius. Ab his etiam quæ foris incidunt, ſentiendi inſtrumentorum tẽperamenta deprehendũtur. Nã cũ vnumquodq;,vt antè diximus, promptè à ſuo ſimili afficiatur,quæ à frigore facilè læduntur,frigida:à calore,calida à humore, humi
B da:& ſiccitate,ſicca eſſe neceſſe eſt,reliqua ex his quæ antè expoſita ſunt,facilè intelligi poſſunt. Ex his perſpicuũ eſt ſentiendi inſtrumenta cerebri naturam.& cerebrum inſtrumentorum ſenſus mutuò oſtendere.

Sed

Sed de oculis ſolùm diſputare ſatis fuerit.

Tantùm de oculis inter omnia ſentiẽdi inſtrumenta hic differendũ eſſe putat: quòd hi cerebro ſimiliores ſint, eiusq; naturã proximè imitentur, & nobis magis perſpicui ſint, cognituq; faciliores. Quorum ſi natura perſpecta ſit, & in memoriam reuocauerimus quæ prius de cerebri notis declarata ſunt, reliquorum ſentiendi inſtrumentorum temperaturas facilè inueniemus. C

Qui enim calidi tangentibus manifeſtè ſentiuntur, facileq́; ac crebrò mouentur, & uenas amplas habent, calidi omnes ſunt.

Caloris exuperantia tanta tangenti ſentitur, quãta parti natura ineſt, niſi, vt iam ſæpe monuimus, ab aduentitia qualitate hæc immutata ſit. Fieri enim poteſt, vt minus D quàm pro natura calida pars ſentiatur, ſcilicet immutata ab aliqua re frigida. Aut calidior, ſi alienum calorem acceperit. Cum igitur oculi nullum alienum calorem aut frigus habentes, iuſto calidiores ſentiuntur, natura calidi ſunt. Quòd ſi ſimul facilè ac crebrò moueantur, certior nota erit caloris, cuius munus eſt per ſe ciere ac exagitare. Mouen

uentur autem oculi non per ſe, ſed ex acci-
dente. Hos enim muſculi mouent ſurſum & deorſum, introrſum & extrorſum, vt docet Galenus libro de vſu partiũ decimo. Si iidẽ amplas habẽt venas, teſtimonium quoq; eſt caloris: cuius munus eſt, vt ſæpe diximus, dilatare, maximeq; aptam ad diſtentionẽ ma-
E teriam, vtrunque enim adeſſe oportet. Nam duram atque malè ſequacem calor non fácilè moderatur.

Frigidi uerò his contrarij ſunt.

Hoc eſt, tangentibus frigidi ſentiũtur, tardè difficulterque mouentur, & anguſtas habẽt venas, frigus enim cogit coarctatq; quod calor diſtendit: idem conſopit, pigrumque ad motum reddit.

Et humidi qdẽ molles ſunt, humoreq; referti: ſicci uerò ſquallentes, & duri.

F Ex humore mollities, è ſiccitate duritia naſcitur: tãta quidẽ, quãtus eſt earũ qualitatũ à mediocritate receſſus, nã quod modicè humidũ eſt, minus molle eſt. Ad eũdem modũ quod mediocriter ſiccũ eſt, mediocriter eſt durũ. Quod aũt vehemẽter, id quoq; vehemẽter durũ eſſe neceſſe eſt. Molle aũt dicitur quod premẽti cedit, ſi quidẽ ſimplex non collectum ex pluribus eſt. Lana enim atq; tritici aceruus cedunt, non tamen mol-

lia ſunt. Durum autem eſt quod non cedit, ſi ſimplex eſt, non autem plenum ac diſtentum. Veſica enim flatu vehementer plena prementi renititur, duraque apparet. Quod G cum oculis contingit, non protinus ſicci iudicãdi ſunt. Fieri enim poteſt, vt ſpiritu vel etiam humore diſtendantur, durique appareant. His igitur ita conſtitutis, ſi prementibus oculi in ſe concidunt, molles eſſe cenſentur: proinde & humidi. Quòd ſi cũ mollitia humore abundent, vehemẽter ſunt humidi: quemadmodum vehementer ſicci, ſi præter renixum ac duritiem ſquallẽtes ſint, hoc eſt græce αὐχμηροί. Nimia enim ſiccitate ſquallent, ac exaſperantur.

Facileq; à ſimilibus ſuo tẽperamento cauſis læduntur: iuuantur uerò à moderato contrariorũ uſu. Verùm id in omni H *partis cuiuſque temperamento cognoſcendo commune eſto.*

Facilè vnamquanque rem à ſuo ſimili lædi, & ſuo contrario iuuari, experientia ipſa docet. Oculi igitur humidi ab humidis, frigidi à frigidis, calidi à calidis, & ſicci à ſiccis læduntur. Iuuantur verò calidi quidem à frigidis, frigidi à calidis, humidi à ſiccis, & ſicci ab humidis, ſi modus

ad

adhibeatur. Omnium enim rerum quantumcunque naturæ conuenientium nimius vſus noxius eſt. Quæ autem naturæ conueniant, quæ non conueniant, poſteà cum de
A cauſis ſalubribus morboſis & neutris agetur, docebimus.

Oculorum magnitudo concinna unà cum actionũ integritate, temperatæ materiæ copiam ex qua conditi ſunt, oſtendit: quæ, ſi hæc deſint, multam quidẽ materiam, ſed malè temperatam ſignificat.

Quemadmodum capitis magnitudo nec bonam nec malam ex ſe conſtitutionem ſignificat, vt antè monſtratum eſt, ita nec ocu-
B lorum: ſed ſi cum magnitudine figura concinna ſit, actionesque probæ, ſignum optimi eorum temperamenti erit. Figuræ enim cõcinnitas, formatricis facultatis robur oſtẽdit, & materiæ ex qua facti ſunt, bonitatem, & quæ facultati facilè obſequatur. Actionum autem probitas, propriam inſtrumenti virtutem validã eſſe teſtatur. Quòd ſi nec commodam figuram habent oculi, nec probè ſuis muniis funguntur, neceſſariò aut materia ex qua facti ſunt, inepta

eſt,maleq́; virtuti obtẽperat,aut virtus ipſa imbecilla:aut certè vtrunque accidit. Qualis autem oculorũ cõmoda figura eſſe debeat, ex decimo de vſu partiũ libro diſcere licet. Probæ verò actiones ſunt,ſi res obiectas certo ſpatio ac interuallo diſtãtes bene diſtinctéq;videãt. Neq; enim res ab aſpectu ſemotiſsimas,neq; ſupra ſenſum poſitas vident:aut ſi vident,indiſtinctè vident. C

Oculorũ uerò paruitas & concinnitas unà cũ actionũ integritate, paucã quidẽ,ſed tẽperatam oſtẽdit materiã,ex qua ſunt cõformati. Actionũ uerò uitiũ cũ inconcinnitate quadam, paucã ſimul & prauã materiam ipſorum ſignificat. D

Oculorum paruitas concinna vnà cum actionum probitate, inquit Galenus, paucam materiam, ſed bene temperatam oſtendit. Quod an verum ſit, diſquirendum eſt. Cum enim exiguum caput, vt prius docuit, prauæ cerebri conſtitutionis propria perpetuaque nota ſit,quî fieri poteſt, vt cum oculorum paruitate, coniuncta actionum bonitas ſit? Nam quemadmodum capitis paruitas exiguam cerebri materiam & paucam eſſe, eiuſque ventriculos paruos, proindeq; pauci ſpiritus capaces, & qui obeundis cerebri

bri functionibus nõ ſufficiat, virtutiſq; imbecillitatem ſignificat, vt antè monſtrauimus: ita oculi parui ſufficientem ad obeunda ſua munera ſpiritum non continent, nec robuſti ſunt: quocirca parui eſſe nõ poſſunt ſimul & probas actiones edere. Reſpondemus vt antè, ſi caput paruum ſit, actiones cerebri omnes, nempè principes, & actuoſas, ſenſuſque deteriores eſſe, quàm ſi moderatæ eſſet magnitudinis: proinde oculos ipſos paruos atque imbecilles. Sed ſi caput ſit iuſtæ magnitudinis, oculi verò minoris quàm pro eius ratione, vnà cum concinnitate, robuſtam virtutem habebit. Cũ enim vni tantùm muneri, vidẽdi ſcilicet, dicati ſint, huic obeundo ſatis erunt, cum robuſtam virtutem ſpiritumq; ſufficientem habeant: quã à cerebro ſumunt: Quod cum multas habeat functiones, nempe principes & actuoſas, ſenſuſque, vt antè declarauimus: non tantum ſpiritus continere poteſt, quãtus ad has eſt neceſſarius. Nec tam validam virtutem, quæ diu durare poſsit. Itaq; ſi cerebro probè conſtituto oculi parui, apteque ac concinnè compoſiti ſint, probas actiones edẽt. Materiam enim paucam, ſed temperatam ſignificant. Si verò cum inconcinnitate vitiatæ actiones ſint, & paucam ſignificant, & prauam ac vitioſam, vnà cum virtutis im-

becillitate.

Quæ autem ad colorem attinent, ad hunc modum explicanda ſunt. Oculi puro ac non multo humore collucentes, ſplendoris magnitudine cæſij redduntur: nigri uerò contrà: horum autem medij medias cauſas obtinent. Cæſius igitur oculus fit aut propter magnitudinem, aut ſplendorem cryſtallini humoris, aut prominentem eius ſitum: aut tenuis aquoſi humoris qui ante pupillam poſitus eſt, exiguitatem & puritatem. Maximè autem cæſius fit omnibus his unà concurrentibus. Quòd ſi horum quædam adſint, quædam uerò deſint, magis & minus cæſius fiet. Niger uerò oculus fieri ſolet cum cryſtallinus humor paucus, uel in profundo poſitus, uel exquiſitè ſplendidus ac lucidus non eſt: aut tenuis humor uel multus uel impurus eſt: aut cum aliqua horum adſunt, aut omnia. H

In

In his autem maioris & minoris ratio inuenitur, ut antè declaratum eſt.

Splendor multus quidem in humore puro ac pauco, cæſios oculos reddit: paucus verò in multo ac impuro, nigros: mediocris autem in humoris tum quantitate
A tum puritate mediocri, neque planè cæſios, neque nigros, ſed horum medios efficit. Hunc igitur humorem (quem & aquoſam & tenuem humiditatem ſæpe vocat Galenus) ad probam viſionem natura in priore pupillæ parte poſuit, ne repentè lux, & rerum oculis obiectarum ſpecies, ad cryſtallinum humorem primarium præcipuumque videndi inſtrumentum ferrentur, quod ſine oculi offenſione non fieret. Paulatim igitur hæc per eiuſmodi humorem introgredi tutius eſt, tum propter memoratam cauſam, tum quòd te-
B nuis ille humor cryſtallinum humectat, ab ariditateque vindicat, quam alioqui ab ambiente aëre accepturus erat: tum pupillæ rugas implet. Quoniam autem à cryſtallino humore illuſtrari debebat, vt mox docebimus, per eumque rerum ſpectabilium formæ & lux (vt modò dicebamus) paulatim gradi, purum ſubtilem ac

paucũ eſſe oportuit. Ipſi enim accidit quod nubibus: quæ ſi paruæ ac raræ ſint: facilè ſolares radios ac eorum ſplendorẽ recipiunt, ſin magnæ, denſæ ac compactæ, neq; facilè hos recipiunt, neq; illuminantur: ideò atræ ac obſcuræ cernuntur. Ad eundem modum aquoſus quo de loquimur, humor, ſi multus ac craſſus ſit, non facilè: ſin paucus, purus, ac tenuis, facillimè ſplendorem admittit: proinde lucidus ac ſplendidus efficitur. Splendorem autem hunc ab humore cryſtallino proficiſci Galenus teſtatur. Quo igitur is maior lucidiorque fuerit, eo maiorem: quo verò minor ac obſcurior, eo minorem ſplendorem emittit, hac ratione magis minúſve oculum cæſium aut nigrum efficit. Rurſus eiuſmodi humor in oculi medio locari debuit, vt ab omnibus incommodis externis tutus eſſet, ſimulq; melius videret. Nam ſi promineret, albũ quidem humorem magis illuſtraret, ac melius diſtinctiusq; videret: ſed certè multis caſibus pateret, breuiq; imbecillitatem contraheret. Contrà ſi in profundo poſitus eſſet, minus quidem iniuriis externis pateret, ſed minus aquoſum ac tenuem humorem illuſtraret: proinde obſcurum relinqueret, obſcuriusque videret. Itaque ſi magnus ſplendidusque cryſtallinus humor ſit, promineatque, & aquoſus humor

(que

(quem in priore pupillæ parte poſitum eſſe diximus)paucus ſit, ac purus: maximè cæſii oculi erũt. Cõtrà ſi cryſtallinus humor exiguus ſit,nec admodũ ſplẽdidus nec lucidus, in altoq; ſit collocatus,aquoſus verò impurus ac copioſus: nigerrimi erunt oculi. At ſi
E coloris vel cæſii vel nigri cauſæ omnes concurrãt,ſed mediocres exiſtãt, aut nõ omnes quidem,ſed vehementes,oculi vel cæſii vel nigri magis minúſve erũt, prout plures vel pauciores,maiores vel minores cauſæ fuerint.

Tenuis itaq; humor aquoſior & copioſor oculum humidiorem eſſe arguit: quemadmodũ craßior et parcior ſicciorem. Cryſtallinus uerò,ſi quidem durior ſit,ſicciorẽ: ſi uerò mollior, humidiorẽ.

Docebamus modò oculos magis minúſve cæſios aut nigros eſſe prout eorum cauſę
F plures aut pauciores, valentiores aut imbecilliores eſſent. Quoniam autem vtriuſque coloris diuerſæ cauſæ ſunt: nigri, aquoſi humoris impuritas & copia, cryſtallini verò obſcuritas ac paruitas, præterea & ſitus reconditus: glauci contrà, tenuis humoris puritas & paucitas, cryſtallini verò magnitudo ac ſplendor, ſitúſque prominens: alias

notas dat quibus melius oculorum tempe-raturæ cognoſci poſsint. Si quidem oculus humidior ſit, aquoſiorem ac copioſiorem humorem ſignificat. Sin ſiccior, craſsiorem & parciorem. Sin durior, cryſtallinum ſicciorem: ſin mollior, humidiorem eſſe teſtatur. G

Ad eundem modum ſi tenuem plus iuſto ſuperet, aridiorem: ſin ſuperetur, contrarium efficit.

Certa inter cryſtallinum & aquoſum humoré eſt proportio in magnitudine ac craſſitie. Quemadmodum enim tenuis humor copioſior eſſe debet, ita cryſtallinus craſſior ac durior. Si igitur aut maior aut ſiccior quàm pro ratione aquoſi humoris cryſtallinus humor ſit, duriorem oculum efficiet. Si verò minor aut humidior, mollioré. Ita oculi durities cryſtallinum humorem aut maiorem eſſe aut duriorem, aut vtrunque: mollities autem aut minorem aut humidiorem, aut vtrunque eſſe oſtendit. H

De cordis autem temperamentis deinceps dicemus, ſi prius memorauerimus, nos cum unamquanque partem ſe ipſa calidiorem eſſe, aut frigidiorem,

aut

aut ſicciorem, aut humidiorem dicemus, non ad aliquam aliam, ſed ad ſeipſam referre. Nam quocunque modo natura frigidius cor ſit, temperamenti longè calidioris eſt quàm cerebrum calidiſsimum.

A Oſtendimus prius dum cerebri notas tractaremus, vnamquanque corporis partem, ſiue calidam, ſiue frigidam, ſiue humidam, ſiue ſiccam, temperatam in ſuo genere eſſe, modò aptum conueniensque obeundis functionibus à natura inſtitutis nacta ſit temperamentum. Itaque cerebrũ ſi ad alias corporis partes referatur, frigidum eſt: temperatũ verò, ſi temperamẽtum habeat ſuis functionibus idoneum. Ad eundem modum cor ad alias partes relatum, calidum eſt: temperatũ verò, ſi probè ſuo munere fungatur. Reliquæ corporis partes eadem ratione temperatæ dicuntur, etiam ſi ſuapte natura cali-
B dæ, frigidæ, humidæ, aut ſiccæ ſunt. Cum igitur ipſas calidiores aut frigidiores aut humidiores aut ſicciores dicimus, non ſunt ad alias partes referendæ, ſed ad temperamentum ſibi debitum. Itaque cum aut cor aut cerebrum aut alias corporis

pa

partes calidas dicimus,ad mediocritatẽ non eximiam illam,ſed ſui generis referimus.

Calidioris igitur cordis,quatenus ad ſuam mediocritatẽ refertur, ſigna quædam inſeparabilia ac propria ſunt, reſpirationis & pulſus magnitudo, celeritas,& frequentia:audacia,& ad actiones obeundas impigritas. Quòd ſi plurimum calor exuperet, præceps acerbaq; iracundia,& furioſa temeritas. C

Cordis duplex eſt facultas,altera vitalis, altera quam græci θυμοειδῆ vocãt, quaſi animoſam:nos animi impetum,aut verbo vno animos dicere poſſumus. Prior innatum calorem tuetur:calor verò vitam:vnde & vitalis hæc facultas nuncupari meruit. Innatus igitur calor moderata refrigeratiõe ſeruatur. Refrigeratur autem, propriè quidem inſpirato introq; immiſſo aëre:ex accidente verò,fumido fuliginoſoq; excremẽto foras expulſo. Aër enim ſua qualitate, excre- D mentum verò fuliginoſum foras emiſſum ſua abſentia refrigerat. Vitalis igitur hæc facultas à natura cordi tributa eſt, quæ geminum efficeret pulſum: vnum qui attolleret, alterum qui ſubmitteret arteriam. Prior ſpiritum attrahit, poſterior verò fuligi

liginoſum halitum expellit. Atque his modis calor refrigeratur, cordis quidem maximè per reſpirationem: reliqui verò corporis per arteriarum pulſum. Cum autem arteriæ à corde originem ducant, micandique facultatem ab eo accipiant, ſe mutuò refrigerant ac calfaciunt, cor quidem arterias, & arteriæ cor: quod calfactum arterias cal-
E facit, & arteriæ viciſsim cor. Ad eundem modum cor refrigeratum refrigerat arterias, & arteriæ cor. Quare non ſolùm reſpiratio, ſed & pulſus, cordis temperamentum oſtendit. Igitur cor quo calidius fuerit, eo magis refrigerari poſtulat. Magis autem refrigeratur magnitudine celeritate ac frequentia tum reſpirationis, tum arteriarũ pulſus. Nam quo magis thorax cor & arteriæ attolluntur, quoq; celerius ac crebrius, eo plus aëris attrahunt. Et quo magis hæ ſe ſubmittunt, frequentius & celerius, eo plus fumidi fuliginoſiq; halitus expellunt: proin
F de magis refrigerant. Porrò autem cor dum dilatatur, à vicino pulmone aërem haurit: pulmo verò per aſperam arteriam: hæc per os & nares ab ambiente aëre. Cæterùm cor dum contrahitur, per commemoratas vias fumidam acremq; materiam expirat: atque hac ratione ipſum (vt modò dicebamus) refrigeratur. Ad eundem modum reliquum

cor

corpus,dũm arteriæ diſtẽdũtur ac cõtrahũ-
tur,refrigeratur. Grȩca lectio habet ad hũc
modũ, μέγεθος ἀναπνοῆς, καὶ σφυγμοῦ τάχος καὶ
πυκνότης ὅτιν, hoc eſt, vt diſtincta verba
ſunt,magnitudo reſpirationis, & pulſus cele
ritas,ac frequẽtia. Itaq; ſolam reſpirationis
magnitudinẽ cordi tribuit,celeritatem verò G
ac frequentiam pulſui: nos verò tam pulſui
quàm reſpirationi hæc tria, magnitudinẽ,
celeritatem,& frequẽtiam,tribuẽda eſſe pu
tamus. Nam vt oſtendimus,tum pulſus tum
reſpirationis magnitudo, celeritas ac frequẽ
tia,cordis calorem arguũt. Itaque græcè le
gẽdum eſt, μέγεθος ἀναπνοῆς καὶ σφυγμοῦ, τά-
χός τε καὶ πυκνότης. quod eſt, vt interpreta-
mur,reſpirationis & pulſus magnitudo,cele
ritas,& frequẽtia. Poſterior verò cordis fa-
cultas (quam θυμοειδῆ à græcis, animoſam ve
rò à nobis vocari modò dicebamus) motus H
in nobis gignit turbidiores aut quietiores
et placidiores,prout ratiocinãdi facultas ob-
iectam commotionis ſpeciem æſtimauerit.
Rationis enim phantaſias, id eſt impreſſas
in mente rerum imagines ac opiniones, vis
animoſa ſequitur: hoc eſt, vt Galenus ait,
σύμμαχον τῷ λογιστικῷ τὸ θυμοειδὲς γίγνεται.
Naſcũtur igitur ex reb⁹ ȩſtimatis opinatiſ-
que tam bonis quàm malis, vtriſque tam
præſentibus quàm futuris,animi motus. Ex
bonis

bonis æſtimatis, præſentibus quidem, lætitia, maleuolentia, & ſimilia. Ex futuris, libido ſiue cupiditas, & quæ ſub hac cõtinetur, ira, quam in excandeſcentiam, odium, &
A inimicitiam diſtinguimus. In hoc quoque genere ſunt audacia & confidentia (ex quibus temeritas habet ortum) libertatis quoque, & victoriæ, potentiæ, imperii, gloriæ, & honoris appetentia. Ex mali autem opinione præſentis quidem, animi ægritudo: cui ſubiecta inuidentia, miſericordia, mœror, ac triſtitia, aliique animi dolores: ex futuri verò, metus, ſub quo timor, terror, pauor, conturbatio, deſperatio, exanimatio, pudor, pigritia, & id genus alia continentur: de quibus ſuo loco diſputabimus. Eiuſmodi igitur emotionis ſpecies rationi obiiciuntur, deinde animoſæ facultati, quæ (vt
B dixi) tantum mouetur, quantum id quod obiicitur, ratio eſſe duxerit. Expendere enim fugiendáne an amplectenda ſpecies ſit quæ obiicitur, ratiocinantis facultatis eſt munus: eam verò vel fugere vel amplecti, animoſæ. Cum igitur non omnes eadem polleant ratione, ſed alii res quales ſint æſtiment, alii non quales, ſed aut meliores aut deteriores, maiores aut minores quàm ſint: præterea in aliis vehementior ſit vis animoſa, in aliis minus prompta: fit vt nõ eodẽ

modò omnes concitentur, ſed alii celerius, alii tardius: alii vehemẽtius, alii leuius. Sunt enim qui leuiſsima occaſione moueantur, alii non niſi vehementibus cauſis: vt proce- C
dente ſermone oſtendemus. Cæterùm cum eiuſmodi cauſæ variè facultatem afficiant, diuerſa motionum genera eſſe oportet. Nã cum ex rerum quæ obiiciuntur, opinione, eiuſmodi perturbationes naſcantur, opinio autem ſit tam boni quàm mali, vt nuper diximus: rurſus quod opinamur bonũ, aut iam præſens ſit, aut futurum: motus omnino diuerſos eſſe oportet. Quoniã autẽ ex Galeni ſentẽtia σύμμαχον τῷ λογιστικῷ τὸ θυμοειδὲς γίγνεται, vt modò dicebamus, ſcire licet λογισμὸν ſiue λογιστικὸν, hoc eſt ratiocinandi fa D
cultatem, quæ bona videntur, natura appetere: & quæ mala, declinare. Hæc igitur potentia ſi valida eſt ac proba, aut certè optimis diſciplinis inſtituta aſſuetaq;, & recto iudicio atq; opinione prædita, ad obiectas rerum tam bonarum quàm malarũ ſpecies mouetur, huicq; animoſa vis imperanti obſequitur: atque tum motus placidi ac conſtantes naſcuntur, cuiuſmodi ſunt animi fiducia, fortitudo, & id genus alia: de quibus in ſequentibus diſputabitur. Contrà eadem ratiocinatrix ſi natura infirma, aut rerum inexperta, aut prauis moribus imbuta, & ſine

recto

recto iudicio ſit,ſed cum opinatione aſſen-
E ſioneque imbecilla:ad ea quæ bona viden-
tur,amplectenda, & mala fugienda moue-
tur,impellente animoſa facultate: quæ ali-
quando antè ab iracundia aliiſque animi
perturbationibus occupatur, quàm prouide
re ratio poſsit ne occupetur. Hæc igitur ſi
vehementer concitata ſit, turbidiores: ſin
verò leuiter,placidiores motus efficit. Vehe
menter autẽ aut leuiter mutatur tum ſuapte
natura, quæ ad has commotiones magis mi
núsve procliuis eſt: tum ratiocinante facul-
tate obiectam rem magis minúsve adipi-
ſcendam vel fugiendam eſſe opinante. Ma-
F gis autem & minus procliuis ad has con-
citationes eſt, pro cordis temperamenti ra-
tione: vt poſteà docebimus. Rem autem
obiectam fugit aut amplectitur magis mi-
núsve ratiocinandi facultas pro ſua natura-
li conſtitutione, vt prius oſtenſum eſt. Hæc
clariora fient, ſi quod docet Galenus in li-
bro de placitis Hippocratis & Platonis, in-
tellexerimus, nimirum eandem eſſe ratio-
nem facultatis ratiocinantis ad animoſam,
quæ ſeſſoris ad equum, aut venatoris ad ca-
nes. Quemadmodum enim ſeſſor equum,
& venator canes, ita ratiocinãs facultas ani-
moſam ſuperare debet, quanquam id non
G ſemper accidit. Nam equus robuſtus & con

tumax eſſe poteſt,& ſeſſor imbecillus. Itaque periculũ eſt ne ſeſſorem equus vincat, & ſecum rapiat, & venatorem canes. Ad eundem modum ne vis animoſa potens ac valida,ſi concitata ſit, infirmam natura ratiocinantem aut rerum inexpertam ignaramq́; ſecum trahat. Contrà verò accidit, ſi robur natiuum adſit,rerumq́; peritia. Tum enim animoſam vim imbecillã ratiocinans valida ſuperabit,quemadmodum ſeſſor fortis ac expertus equum imbecillum. Quòd ſi pares vires ſint,luctabuntur,atque perturbationes fient,ſcilicet iactãtibus ſe opinionibus. Eiuſmodi autem commotiones aliæ in H
aliis cordis temperaturis fient. ὀργὴν γὰρ καὶ εὐτολμίαν, καὶ τὴν πρὸς τὰς πράξεις ἄοκνον, καὶ ὀξυθυμίαν, καὶ μανιώδη θρασύτητα καὶ προπέτειαν τῆς καρδίας θερμότης ἐργάζεται. hoc eſt, Iracundiam,cõfidentiam,impigritatẽ, ac promptitudinẽ ad actiones,animi concitationem ac ferocitatem furioſam, temeritatem & præcipitationem cordis calor efficit,quo verò maior fuerit,eo perturbationes has maiores reddit:& quo minor,placidiores. Itaque mediocris caloris exceſſus,audaciam,& impigritatem ad res agendas:magnus verò, animi concitationem & ferocitatem,furioſamq́; ac perditam temeritatem parit. Con A
trarios verò motus frigus generat: vt in ſe-
quen

quentibus docebitur. Animi porrò concitatio quæ græcis dicitur εὐτολμία, nobis confidentia, fit cum ad adipiſcendum magnũ aliquod bonum, aut depellendum malum animus mouetur: τολμᾶν enim vnde deducta εὐτολμία eſt, audere ſignificat, & arduũ quidpiam ac graue in animum ſibi inducere. Quod ſi fiat cum ratione & iudicio recto, fiducia ſiue fidentia, firmaque animi opinio non temere aſſentientis dicetur. Si verò vehementius impellatur conciteturq; animus ſine iudicio, ratione ac conſideratione, vi-
B tium eſt, quod confidentia dicitur: quæ ſi exuperet, in furioſam temeritatem tranſit, hoc eſt, vt Galenus ait, μανιώδη θρασύτητα. Ex fiducia verò naſcitur promptitudo & impigritas ad labores, & res agendas: quæ ſi cum recta ratione & iudicio ſuſcipiuntur, in vitio non ſunt. Ex confidentia verò & audacia naſcitur impigritas ad improbiſsimos quoſque labores citra iudicii rationisque examen, quam Galenus non ſimpliciter temeritatem, ſed inſanam furioſamq; temeritatem vocat, ὀξυθυμίαν interpretari poſſumus aut iræ acerbitatē, aut in iram præcipi-
C tationē. Significat enim ὀξύθυμος tā eũ qui præceps eſt in irā, quàm qui acerbè vehemēterq; excandeſcit & iraſcitur. In priore ſignificato vſurpat Galenus in commētariis

confidentia

fiducia

in epidemia Hippocratis, ad hunc modum: ἔτι λείπεται περὶ τῶν ὀξυθύμων εἰπεῖν: οὓς ἐναντιωτάτους φησὶ τοῖς θυμώδεσιν ὄντας. ἀνδρεῖοι μὲν γάρ εἰσιν οἱ θυμώδεις καὶ καταφρονητικοὶ τῶν μικρῶν πραγμάτων, μικρόψυχοι δὲ εἰσὶν οἱ ὀξύθυμοι, διότι τὸ γενναῖον τῆς τῶν ἀνδρῶν ψυχῆς οὐκ ἔχουσιν. ὥστε καὶ οἱ ὀξύθυμοι ψυχρότατοί τε ταῖς κράσεσι, καὶ δυσδιαφόρητοι γενήσονται. Quibus verbis oſtendit ὀξυθύμους καὶ θυμώδεις inter ſe differre: quòd hi fortes animoſique ſint propter caloris copiam, illi verò puſillo atque deiecto animo, quòd temperamento ſint frigidiore. Conſtat igitur eum ὀξυθύμους præcipitis iræ homines, & iracundos, quique promptè leui occaſione iraſcuntur, intelligere: quales ſunt qui humido corde ſunt citra caloris exuperantiam: vt poſteà dicetur. Atque id maximè his accidit qui rationis ſunt imbecillæ, ſiue calidioris cordis ſint, ſiue minus calidi. Fœminæ enim etſi minus calidæ quàm viri ſint, iracundæ tamen, ac præcipitis iræ ſunt: quales quos Hippocrates ὀξυθύμους vocat, eſſe credit Galenus. In eo autē libro cui titulus eſt, corporis tēperaturā animi mores ſequi, ὀξύθυμον pro hoīe vehementer iracūdo, ac acerbæ iræ, ex ſn̄ia Hippocratis ſumit. Eius verba ſunt: ἐκ σφοδρᾶς κινήσεως τῆς ἀρτηρίας ἐτεκμήρατο τὸν μανικὸν καὶ ὀξύθυμον ἄνθρωπον,

ἐπεὶ

ἐπεὶ διὰ τὸ πλῆθος τῆς ἐν τῇ καρδίᾳ θερμασίας, οὕτω σφύζουσιν αἱ δὲ αἱ ἀρτηρίαι. καὶ μανικοὺς μὲν γὰρ καὶ ὀξυθύμους τὸ πλῆθος τῆς θερμασίας ἐργάζεται, νωθροὺς δὲ καὶ βαρεῖς καὶ δυσκινήτους ἡ τῆς κράσεως ψυχρότης. Quibus verbis facilè intelligi poteſt ὀξυθύμους homines vehementer iracundos ac furioſis proximos ſignificare, taleſq́; caloris cordis exuperantia fieri, quæ & facilè & vehementer accenditur, ὀξυθυμίαν igitur hic Galenus non ſolùm pro præcipiti, ſed & acerba vehemẽtiq́; iracundia vſurpat: quæ non ob ſolam rationis imbecillitatem, ſed & animoſæ facultatis vehemẽtiam fit: vt eius verba indicãt. Magno enim caliditatis exceſſu, iræ acerbitatem, ac inſanam temeritatem fieri docet.

Eſt autem his thorax hiſpidus, maximeq́; pectus, & uicinæ hypochondrijs partes.

Thoracem totam eam partem vocat Galenus, quæ vtrinque coſtis circunſcripta, in priore quidem parte ad pectus & ſeptũ tranſuerſum, poſteriore ad ſpinam tendit. In hoc pectus continetur, inter lacertos collocatũ, & à collo ad ventrem vſque exporrectum. In medio thorace cor nõ ſolùm ſecundum longum, ſed & latum ac profundum collocatum eſt. Itaque calorem ſuum diffundit

antrorſum, retrorſum, ſurſum, deorſum; dextrorſum, ac ſiniſtrorſum. Thorax igitur totus, præſertim autē pectus, quod cordi & magnis arteriis è directo reſpondet, vicinæ item hypochondriis partes, omniū maximè hūc calorem ſentiunt: proinde omniū denſiſsimos pilos habent, cum calor materiam gignat, nempe fuliginoſum excrementū vnde pili procreantur: vt antè diximus. H

Magna autem ex parte corpus uniuerſum calidum reddit calida cordis intemperies: niſi iecur uehementer obſiſtat. Paulò pòſt autem totius corporis ſigna recenſebimus.

Cor natiui fons eſt caloris, quē in vniuerſum corpus per arterias tāquā riuulos quoſdā diffundit. Itaq; ſi ipſum vehemēter calidum ſit, reliquū corpus calidum eſſe neceſſe eſt, niſi iecur admodum obſtiterit. Fieri enim poteſt vt cor calidū ſit, iecur verò frigidum: atque huius frigus, illius calorem mitigabit: quare corpus ipſum minus calidum ſentietur, quàm pro caloris cordis ratione. Refrigeratur autem à iecore nō ſolum cor, ſed & totum corpus, ſcilicet ſanguine, ſpiritu & vapore frigidiore, in cor à iecore, & in arterias à venis per communia earū oſcilla A

la trāſmiſſo. Anguſtiſsimas enim venas, ſeu ſumq́; ob exiguitatem effugientes, maiores venæ & arteriæ habēt, quibus ſanguinē, vaporē, & ſpiritū in ſe inuicē tranſmittunt, arteriæ quidem tenuiorē ac calidiorem, venæ
B autem craſsiorem, minusq́; calidū: atq; mutua hæc tranſfuſio per venarum aperta oſcilla in toto fit corpore. Si igitur iecur frigidius ſit, ſanguinem vaporem & ſpiritum frigidiorem generabit. Quare ſanguinem & ſpiritum non ſolùm in corde ſed & arteriis omnibus per corpus ſparſis frigidiorem efficiet, proinde & vniuerſum corporis habitū, eo quidem magis, quo ipſe frigidior extiterit: cuius notas paulò pòſt recenſebimus.

Quinetiam thoracis latitudo, caloris eſt nota, niſi hic etiam uehementer
C *cerebrum obſtiterit: quoniam ut plurimùm ſpinæ medullæ magnitudo illi proportione reſpondet. Tanta quidem uertebrarum, quanta ſpinæ medullæ, magnitudo eſt: proindeq́; & totius ſpinæ. Cū ea autem parte quæ dorſo adhæret, thorax coniungitur, quemadmodum nauis cum carina: quocirca dorſum longitudine neceſſariò æquabit, latitudinem uerò*

pro uertebrarũ ratione(cum ad craſſitudinis earum proportionem conditus ſit) habebit. Cum uerò cordis calor exuperans ex primo ortu flatu diſtendat ac dilatet, ipſius calori proportione reſpõdebit. Quare ſi exiguum caput ſit, thorax uerò latus, maximum caloris cordis eſt argumentum. Si uerò id magnum ſit, thorax uerò paruus, cordis frigidioris maximeq; propria nota eſt. Quòd ſi capiti proportione thorax reſpondeat, alijs notis cordis temperatura explicanda eſt, nullo ex thoracis magnitudine ſumpto indicio. D

Thorax cum ea ſpinæ parte, quam græci μετάφρενον, nos dorſum appellamus, iũctus eſt: non aliter atque nauis cum ſua carina. A collo autem vſque ad lumbos dorſum exporrectum eſt. Ex collo enim, dorſo, lumbis, & oſſe ſacro compacta ſpina eſt. Collũ ſeptem, dorſum duodecim, & lumbi quinq; vertebras continent. Singulis dorſi vertebris vtrinq; ſingulæ coſtæ reſpondent, quare thorax neceſſariò dorſum longitudine æquat: ex qua cordis caloris notas nõ ſumit E

Gal

Galenus,ſed ex latitudine quam efficit materiæ probæ ac ſequacis magnitudo, & caloris hanc extendentis ac dilatantis exuperantia. Contrà anguſtum & ſtrictum materiæ improbitas ac paucitas,calorisque cordis penuria,hoc eſt natiua frigiditas. Materia au-
F tem ex qua coſtæ generantur, ſpinæ medulla eſt:quæ ortum à cerebro, maximeq́;parte eius poſteriore habet. Igitur ſi cerebri materia pauca ſit & vitioſa, ſpinæ medulla, vt quæ ab ipſa naſcatur,nec multa nec proba eſſe poteſt.Sin multa ac bona eſt,nō neceſſariò quidem,ſed vt plurimùm medulla proba ac multa erit. Ferè enim hæc cerebro proportione reſpondet:cuius bonitatem ac magnitudinem oſtendunt capitis magnitudo & figura,vt prius docuimus. Non neceſſariò,ſed vt plurimùm,ſpinæ medullam cū cerebro proportionē habere antè diximus.
G Fieri enim poteſt vt optimè conſtituto cerebro partes quæ ab ipſo oriuntur, vitioſæ ſint,vt oculus,naſus, & reliquæ. Quoniam verò thorax coſtis compactus eſt ac conſtructus, hæ ſi quidem longæ ſint, latum: ſin breues, anguſtum ſtrictumque thoracem efficiunt. Quoniam autem à vertebris naſcuntur, tantæ ipſæ ſunt, quantæ vertebræ Et tantæ vertebræ, quanta ipſa ſpinæ medulla, quam cum cerebro proportionem

habere modò dicebamus. Quum rurſus cō ſtarum materiam, cordis calor extendit ac dilatat, magis minúsve pro ſua magnitudi- ne: ſi vehemens validusque is ſit, multaque H ac proba materia ex qua coſtæ generan- tur, thorax neceſſariò latus erit: ſin exiguus ac imbecillus, materiaq; pauca ac cōtumax, anguſtus & preſſus thorax erit. Si verò pau ca materia ſit, eaq; optima, calor verò ma- gnus ac validus, latitudinem quidem amplā habebit, ſed minorem quàm ſi eius materiæ copia eſſet. Quòd ſi calor cordis exiguus ſit, materia multa ac cōtumax, latus thorax non erit, ſed magis tamen quàm ſi ea pauca ac male ſequax: modò vtrobique ad mate- riæ proportionem eſſet, hoc eſt vbi minus materiæ eſt, ibi minus caloris: & vbi plus ma teriæ, plus caloris: ſed vterque, vt dixi, calor debilior quàm poſsit materiam probè ex- A tendere ac dilatare. Igitur thorax pro verte brarum longitudine latus erit, vertebræ ve rò longæ pro ſpinæ medulla, & caloris ma- gnitudine. Itaque capitis paruitas, & thora- cis latitudo, exuperantis caloris cordis eſt ar gumentum, vt qui modicā materiam in lon gas coſtas extēderit ac dilatauerit. Exiguū enim caput magnum cerebrum continere non poteſt: nec ex paruo cerebro multa me dulla gigni. Capitis verò magnitudo, &

tho

thoracis anguſtia,copiam quidem materiæ ſignificat,ſed caloris frigiditatem hanc diſtendere ac dilatare nequeuntem. Quòd ſi B thoraci caput proportione reſpondeat,hoc eſt ſi caput magnum ſit,& thorax latus: aut caput paruum,& thorax anguſtus,aut vtrũque mediocre:cordis calor certò deprehendi nõ poteſt:ideo aliis notis is veſtigandus eſt:quas ex pulſibus,reſpiratione,aliiſque id genus ſumendas eſſe antè docuimus.

In frigidiore cordis temperie pulſus ſunt mediocribus minores,non tamen neceſſariò tardiores aut rariores.

Cor,vt modò dicebamus,eo magis refrigerari cupit,quo ipſum calidius eſt: & miC nus,quo frigidius. Refrigeratur autem reſpiratione, & arteriarum pulſu. Igitur ſi calidius ſit, magnum ,celerem ac frequentem tum pulſum tum reſpirationem efflagitat, quibus aër multus attrahitur,& multus fuliginoſus halitus expellitur, his enim modis, vt antè docuimus,plurimùm cor refrigeratur. Si verò frigidius ſit,multa refrigeratione non eget:quare nec reſpiratione nec pulſu magno celeri ac frequenti:quanquam tamen non neceſſariò pulſus raritas ac tarditas cordis frigiditatẽ comitatur. Nam ſi arteriæ,vt aliquãdo fit,minores ſint,& ſpatiũ

qu

quod has capit, ita anguſtum, vt quantũ res D efflagitat, dilatari non poſsint, pulſus minores efficient quàm poſsint refrigerando cordi ſufficere: quare celeritate & frequentia compenſanda pulſus paruitas erit. Quòd ſi mediocris ſit paruitas pulſus, & quæ cor ſatis refrigerare poſsit, celeritate & frequentia opus non erit: eam ob rem tardiores & rariores pulſus erunt. Quid pulſus minor, tardior & rarior ſit, in commẽtariis noſtris in libros Galeni ad Glauconem docuimus.

Reſpiratio uerò, ſi quidem thorax tanto minor ſit, quanto cordis frigus uehemẽtius, pulſibus proportione reſpondebit. Sin maior quàm pro cordis frigoris uehementia, non ſolùm minor, ſed & tardior & rarior erit. E

Si tanta, inquit, ſit thoracis anguſtia, quãtum cordis eſt frigus, reſpiratio pulſui proportione reſpondebit. Quoniam enim in corde frigidiore pulſus neceſſariò minor eſt, ſed non neceſſariò tardior ac rarior, vt antè declaratum eſt: & reſpiratio in eodem temperamento neceſſariò minor erit, ſed non tamen neceſſariò tardior & rarior. Nã vt arteriæ paruæ in anguſto ſpatio contentæ, tantum pulſum efficere non poſſunt,

qua

F quantus refrigerando cordi ſufficiat: ita nec reſpirationem quantam neceſsitas requirit, paruus pulmo in anguſto thorace efficit. Proinde addita celeritas ac frequentia eſt, quæ quod ad id munus implendum deeſt, ſuppleat. Ac ſi pulmo maior ſit, & thorax amplior quàm pro cordis frigoris vehemẽtia: ſpirationem non ſolùm minorem, ſed & tardiorem & rariorem mediocri efficiet. Minor enim ab amplo latoque thorace facta reſpiratio, maior eſſe poteſt quàm quæ ab anguſto moderata fit. Relata enim ad ſuum thoracem, minor eſt: ad anguſtum verò, maior. Magnus enim thorax inſpiratu vno quàm anguſtus plus aurit aëris, & expi-
G ratu plus fuliginis expellit: proinde cor magis refrigerat: quare neque celeritatem neque frequentiam requirit. Itaque thorax maior quàm pro cordis frigiditatis vehementia, natura minorem tardiorem ac rariorem reſpirationem habet.

Tales natura timidi ſunt, diffidentes, torpentes, & cunctatores.

Frigidi cordis notę ſunt ἀοργησία, δειλία, ἀτολμία, ὀκνία, λήθαργος, καὶ μελλησμὸς, id eſt, iræ vacuitas, quã lentitudinẽ latini vocant, timor, diffidentia, ſegnities, torpor, oppoſitæ quidem calidi cordis ſignis, de quibus ſupra

prà abunde diſputatũ eſt, ἀοργησίαν autẽ Ari- H
ſtoteles vocat qui iraſci neſciat hinc ἀοργησία, quam lentitudinẽ à latinis vocari modò dicebamus, τῇ ὀργῇ id eſt iracundiæ oppo ſita eſt: quẽadmodũ δειλία τῇ θρασύτητι, hoc eſt timor audaciæ. Timorem autem appellant metũ mali appropinquãtis: audaciã verò animũ ad periculũ paratũ citra iudicium, ἀτολμία & δειλία proximæ eſſe videntur, ſed hoc inter ſe differũt, quòd δειλία metus ſit impendentis mali & appropinquantis, ἀτολμία verò diffidẽtia quædã rei ſiue aſſequendæ ſiue fugiẽdæ, quaſi deſperatio, quæ cõfidentiæ contraria eſt, ὀκνία metus quidã eſt conſequentis laboris, ſegnitiẽ & deſidiã appellãt, huic contrariũ eſt τὸ ἄοκνον πρὸς τὰς A πράξεις, id eſt impigritas ad labores ſubeundos, vt antè diximus, λήθαργον hoc loco nõ pro cerebri affectu de quo ſuprà diſputatum eſt, ſumit Galenus, ſed pro tardo ac torpẽte, cui iudicio meo ὀξύθυμος opponi poteſt, id eſt qui concitato ac feroci animo eſt, μελλησμὸς cunctationem ſignificat, ἀπὸ τοῦ μέλλειν, quod præter alia ſignificata tardare ac cunctari ſignificat, hinc μελλητής, id eſt cunctator, à præterito μεμέλληκα detracto cremento formatur. Perſpicuum igitur eſt hoc loco nõ legendũ eſſe ἀμίλητοι, vt eſt in exemplaribus Germanicis, ſed μελληταί: quod Gale- B

ni verba libro ſecũdo de tẽperamentis con-
firmãt. De eadẽ enim re ad hunc modũ ſcri
bit: ὡς αὔτως δὲ καὶ τῇ ψυχῇ μέσος ἀκριβῶς ἐστι
θρασύτητός τε καὶ δειλίας, μελλησμοῦ τε καὶ προ
πετείας, id eſt, Ad eundem quoque modum
animo medius omnino eſt audaciæ & timo
ris, cunctationis & præcipitationis. Hæc igi-
tur ſunt frigidi cordis ſigna, quorum cauſæ
ſuprà ſunt expoſitæ.

Et glabrum pectus habent.

C Vt piloſum nõ ſolũ pectus, ſed & totũ tho-
racẽ cordis calor reddit: ita glabrũ, frigus, il
le enim ſanguinẽ torret ac vrit, & fuliginẽ
ex qua pilus naſcitur, procreat: hæc autẽ pitui
toſum humorem pilo generando ineptam.

De exiguitate autem eius diſſerere, ut antè dictum eſt, oportet.

Thoracis latitudinem cerebrũ impedire
poteſt. Nam ſi id paruum & imbecillũ ad-
modum ſit, & ſpinæ medulla exigua & im-
becilla, thorax latus eſſe non poteſt, etiam
ſi frigidum cor non ſit, ob materiæ penuriã
D quam ſpinæ medulla ſuggerit.

Quemadmodum & de corporis uniuerſi calore.

Nã quẽadmodũ calida cordis intẽperies
totũ corpus calidũ reddit, niſi iecoris frigus
cal

calori cordis obſiſtat, ita frigida frigidum, niſi eiuſdem viſceris calor impediat. Quod quemadmodum fiat, prius demonſtratū eſt.

Siccius autem cor duriores pulſus efficit.

Ex corde ſicco ſiccæ naſcuntur arteriæ: ex ſiccitate duritia, quę pulſum durū reddit.

Et iram non præcipitem quidem, ſed feram, ac implacabilem. E

Quemadmodum ferrum, vtpote ſiccum & durum, tardè accenditur, & accenſum nō promptè extinguitur, diuque calorem retinet: ita cor ſiccum non promptè excādeſcit: & vbi excanduit, non facilè mitigatur: quare vehementius ac diutius concitatur: vnde animus ferus ac implacabilis redditur.

Vniuerſumq́; corpus ut plurimum aridius, niſi iecur obſtiterit.

Cordis ſiccitas cum toto corpore per arterias communicatur: vt antè diximus: quare ipſum exiccat, niſi iecoris humiditas impediat. F

Humidioris cordis ſigna, pulſus molles.

Pulſus molles reddunt arteriæ humidæ ac molles. Quemadmodum enim ex ſiccitate duritia, ita ex humiditate mollities naſcitur.

tur. Arteriæ igitur humidæ & molles ſunt, quia cor vnde prodeunt, humidum eſt & molle.

Mores ad iram procliues, ſed quæ facilè pacari poßit.

Mores affectiones animi ſunt nobiſcum genitæ, quæ nos ad agendũ proniores red_ G dunt: à quibus (quoniã corporis tẽperamẽtũ ſequuntur, vt alibi undè Galenus docet in eo opere cui titulus eſt, Animi mores corporis tẽperaturã ſequi) cordis tẽperamenti ſigna ſumũtur. Igitur qui humidũ cor natura habẽt, ingenio ſunt ad irã procliui, ſed quę faci lè mitigetur: quoniam facilius immutatur humidum quàm ſiccum: vt aqua quàm ferrum, hinc fit vt pueri & mulieres promptius excandeſcant, & facilius compeſcantur.

Vniuerſumq; corpus humidius, niſi iecur repugnet.

H Cordis humiditas eadẽ ratione humidũ corpus efficit, qua ſiccũ ſiccitas, calidum calor, & frigidum frigus: niſi iecur obſtiterit. quod qua ratione fiat, antè diximus. Hæc quidem de ſimplicium cordis temperaturarum notis.

In cõiugatis uerò primis cordis qualitatibus intemperaturæ ad hunc mo-

dum habent. Calidi & ſicci cordis pulſus duri ſunt, magni, celeres, ac frequentes.

Explicatis ſimplicium cordis tẽperamentorum ſignis, ad compoſitorũ notas tranſit: atq; in primis calidi & ſicci, quod pulſus durities, magnitudo, celeritas ac frequentia ſequuntur. Durus autem pulſus fit ob arteriæ duritiam: duritia ob ſiccitatẽ, quam ab arido corde arteriæ nanciſcuntur. Magnos verò, celeres ac frequentes efficit caloris vehementia, ob neceſsitatem, vt nuper diximus, fuſeq; in commentariis noſtris in libros Galeni ad Glauconem docuimus. Porrò autẽ celeriores ac frequentiores reddit calor ſiccus quàm humidus, etiam ſi æquali diſtantia vterque à mediocritate recedat. Siccus enim acrior eſt ac vehementior, nec multum febrili diſsimilis: humidus verò blandior mitiorq; eſt, & mediocri propinquior. A B

Et reſpirationes magnæ, celeres, ac frequentes: multoq; magis celeritas ac frequentia maior fit, ſi thorax ad cordis proportionem auctus non ſit.

Eadẽ ratione magnæ celeres ac crebræ reſpirationes ſunt, qua pulſus, quibus omni-

no

no proportione reſpondent, ſi thoracis latitudo, caloris cordis magnitudini reſpõdeat. Sin minor latitudo quàm pro caloris vehemẽtia ſit, minor quidem reſpiratio erit, ſed
C celerior ac frequentior. Cum igitur thoracis latitudo, cordis calori reſpondet, tantum ſuo dilatatu thorax aëris accipit, quantus ſufficit ad caloris vehementiam mitigandam: quare neceſſaria non eſt celeritas & frequentia reſpirationis. Quòd ſi anguſtior thorax ſit, & cordis calor vehementior, reſpiratio minor erit quàm refrigerando cordi ſufficiat: quocirca celeritate & frequentia compenſabitur. Contrà ſi latior thorax ſit quàm pro caloris vehementia, reſpiratio quidem maior erit, ſed non celeris & frequens, vt ex antè dictis conſtare poteſt.

D *His autem maximè omniũ pectus ac hypochondria hirſuta ſunt.*

Omnium temperamentorum calidum & aridum maximè humores torret ac reſiccat, fuliginoſaque in vaſis excrementa gignit, ex quibus pilos naſci antè docuimus. Cor igitur quod in medio thorace collocatum eſt, ſi calidum aridumque ſit, cum ipſum thoracem tum maximè pectus & hypochondria piloſa reddit.

Ad actiones uerò prompti ſunt, animoſi, celeres, tyrannicisq; moribus præditi. Etenim concitati animi ſunt, ac implacabiles. E

Calor, vt prius oſtẽdimus, facilè animoſam vim ciet mouetq; ad id promptè agendum, quod bonũ eſſe ratio duxerit. Siccus quidem vehementius ac conſtantius: quare ad res agendas nõ ſolùm promptum ac celerem, ſed & conſtantem fortemque animum reddit. Quòd ſi plurimum vtraque qualitas exceſſerit, non ſolùm concitatæ præcipitiſque iræ ſunt, ſed & acerbæ ac implacabilis, hoc temperamento præditi, tyrannorumq; more ſæuiunt, ac crudelitatem exercent. (Sunt autem tyrannici mores crudeles, violenti, tetri, ſæui ac nefarii.) Accenſus enim in F ſicco, calor acrius pungit, ac vehemẽtius vrget: talisque diu perſeuerat: quoniam non facilè reſtinguitur: vt ex antè dictis perſpicuum eſt.

De corporis autem uniuerſi temperamento, præterea & de thoracis latitudine, ad eorum quæ antè declarata ſunt proportionem diſſerere oportet.

Si cor calidũ aridumq; ſit, tale reliquum

cor

corpus erit,niſi iecoris frigus & humor re-
G pugnet. Et thorax latus erit, niſi cerebrum
obſiſtat: quemadmodum ex antè dictis fa-
cilè intelligi poteſt.

Si uerò humiditas unà cũ calore uincat,minus hirſuti ſunt,quàm hi de quibus antè meminimus:non minus uerò ad res agendas prompti. Nec uerò feroci ſunt animo,ſed tantùm ad iram proni.

Quoniam humidum minus quàm aridũ
torretur ac vritur, parciorẽ gignendæ fuli-
gini materiam ſuggerit. Quare minus hir-
ſuti ſunt qui calido humidoque corde ſunt,
quàm qui calido & ſicco : ſiquidem ex fuli-
ginoſo recremento, vt ſæpe diximus, pili ge
H rantur. Non minus tamen ad actiones pro-
ni ſunt, imo certè magis : quando quod hu-
midum eſt, facilius quàm quod ſiccum, ac-
cenditur. Facilius quoque reſtinguitur: qua-
re pertinacis iræ non ſunt, nec ſæui, animiq;
ferocis.

Pulſus autem molles ſunt,magni, celeres,ac crebri.

Pulſus ideo molles dicũtur,quoniã arteriæ tactu molles ſentiũtur, vtpote quæ humidæ ſint. Ex humore enim mollities naſcitur, quẽadmodũ ex ſiccitate duritia. Mol-

les igitur arteriæ ſunt, quòd cor, ex quo ipſæ natæ ſunt, eſt humidum, itaque magis dilatantur ac contrahuntur: vnde pulſus maiores efficiunt, nam caloris vehementia id efflagitat, qua ratione celeres ac frequentes ſunt, ſed minus quàm ſi cor calidum & ſiccum eſſet. In hoc enim minores ſunt, ſed frequentiores ac celeriores, vt prius oſtendimus. Magnitudinem enim frequentia & celeritas compenſat, quemadmodum frequentiam & celeritatem magnitudo, cum cor humidum & calidum eſt. A

Et reſpiratio, ſiquidem thorax cum corde proportionem habeat, eandẽ quæ pulſibus ineſt, formam ſeruabit. Quòd ſi minor is ſit, tanto celerior ac frequentior, quàm antè commemoratæ, reſpiratio erit, quanto thorax minor extiterit. Si uerò temperamentum à mediocritate multum deflectat, præſertimq; ad humiditatem: præter ea quæ ſuprà retulimus, morbos ex humorum corruptione ac putredine procreabit. B

Notum ex antè dictis eſt, reſpirationem & pulſum inter ſe proportionem habere, ſi thorax tam latus fuerit, quanta eſt caloris C

veh

vehementia. Tantum enim thoracis dila- tatione aëris inſpiratur, quantũ ad cordis re- frigerationẽ eſt neceſſarium. Quòd ſi anguſtior thorax ſit quàm caloris vehemẽtia, eo celerior ac frequentior erit, quo thorax minor, & cordis calor vehementior eſt. Cum enim reſpirationis magnitudine refrigerando cordis calori ſatisfieri non poteſt, celeritas & frequentia increſcit, quæ quod ex magnitudine deeſt, ſupplet. Quòd ſi vtriuſque qualitatis, maximè autẽ humiditatis, exceſ-
D ſus magnus ſit, morbis ex humorum putredine, opportuna hæc temperatura erit, cuiuſmodi febres putres ſunt, cum interpolatæ, tũ maximè continuæ, ſanguis enim abũdantia vapori vias præcludit, quare difflari natiuus calor nõ poteſt: proinde in alienũ mutatur. Calidũ enim promptè alienũ calorẽ admittit, humidum verò natiuum non facilè ſeruat: vnde putredo naſcitur, & ex putredine febris, vt in commentariis noſtris in libros Galeni ad Glauconem abundè docuimus. Calidum autem & ſiccum corpus omnium maximè igneſcit, tranſitque in febrem: ſed propter ſiccitatem putredini minus obnoxium eſt quàm humidum. Igitur calida &
E humida intemperies putridis febribus maximè obnoxia eſt: calida tantùm diariis, quæ etiam leui occaſione in acutas & he-

ctícas tranſeunt.

Et expiratio inſpiratione maior & celerior eſt, in pulſibuſque celeris contractio.

Expiratione thorax,& arteriæ ſubmiſsione cõtractioneq;(quas diaſtolẽ & ſyſtolen græci vocãt)fumidũ emittũt halitũ: qui cũ in calidis & humidis copioſus ſit, magnã & celerẽ tũ expirationẽ tũ contractionẽ eſſe oportet:quocirca thoracẽ & arterias multũ F cõtrahi oportet. Magnã dixi expirationem nõ ſolùm ad mediocrẽ relatã, ſed & ad inſpirationẽ. Magis enim vrget fuliginis abũdãtia,cuius gratia expiratio & cõtractio fit, quàm caloris vehementia. In calida autẽ & ſicca cordis temperie recrementa pauciora quidem ſunt, ſed magis vſta ac fuliginoſa quàm in calida & humida, vt antè docuimus:quare expiratio & contractio quàm in hac minor erit,niſi calor & acrimonia fuliginis expulſionem acceleret. G

Humidioris uerò & frigidioris cordis temperamenti pulſus molles ſunt.

Non ſolùm molles ſunt pulſus, ſed & parui, tardi,ac rari. Molles enim eos efficit arteriȩ humiditas ac mollities,vt antè diximus. Parui autem,tardi ac rari ſunt,quoniam exiguus

guus cordis totiusq́; corporis calor multum refrigerari non poſtulat. Hac ratione reſpiratio quoque parua, tarda ac rara erit.

H *Quatenus autẽ ad mores attinet, diffidentes, timidi, ſegnesq́; ſunt.*

Hoc eſt, ἄτολμοι καὶ δειλοὶ καὶ ὀκνηροὶ, quos Galenus εὐτόλμοις καὶ θυμικοῖς καὶ ἀόκνοις opponit, de quibus antè abundè diſputatũ eſt. Cum igitur εὔτολμοι præfidenti animo ſint, ἄτολμοι viribus diffidentes erũt: θυμικοὶ autẽ animoſi ac fortes: δειλοὶ timidi & ignaui. Cõtraria enim fortitudini ignauia eſt. ἄοκνοι verò ſeduli & impigri ſunt, ὀκνηροὶ autẽ tardi & pigri. Quemadmodum igitur audaces, animoſi & impigri calido ſunt corde, ita diffidentes, timidi & pigri frigido. Calor A enim facilè ac vehementer facultatem ciet: frigus nec facilè nec vehementer, ſed quod calor excitat, retundit.

Pectore glabro.

In frigido & humido corde ſine pilis eſt pectus: hoc enim temperamentũ ſanguinẽ non torret, nec fuliginem gignit, quare nec pilum: vt antè monſtratum eſt.

Et quemadmodum promptè non iraſcuntur, ſic nec pertinacis ſunt iræ.

B Propenſi ad irã nõ ſunt qui frigidũ humi-

dumq́; cor habent. Si quãdo tamen eos iraſci contingat, non diu iram retinent, nec vehemẽter concitantur, ſed placidius mouentur, ſtatimq́; mitigantur. Frigus enim tardè accenditur: humor accẽſum calorem leniorem ac placabiliorẽ reddit, nec diu retinet. Quare qui humidũ frigidumq́; cor habent, hi neq; ad iram proni ſunt, nec ſi fortè iraſcuntur, hanc diu retinent: nec vehementer concitantur, nec exacerbantur: ſed, quemadmodum diximus, placidè mouentur.

Quæ uerò ad thoracẽ & uniuerſum corpus attinent, ea non aliter explicare oportet, quàm quæ prius expoſita ſunt. C

Thoracis latitudo, vt antè diximus, cordis calori proportione reſpondet, niſi cerebrum obſiſtat: quemadmodũ reliqui corporis calor, niſi iecur repugnet. Fieri enim poteſt vt cor calidũ ſit, cerebrũ verò exiguũ, paruum, ac craſſæ duræq́; ſubſtãtiæ, parũq́; dilatanti facultati obtẽperans. Similiter & ſpinæ medulla parua & exigua eſſe poteſt, quod cũ accidit, thorax anguſtior erit, quã vt cordis calorem refrigerare poſsit. Cõtrà fieri poteſt vt cerebrum magnũ ſit, & ſpinæ D medulla multa, cor verò frigidũ: quare thorax latior erit quàm cordis tẽperies requirat. Ad eundem modum iecur calidum, &

cor

cor frigidum:aut contrà iecur frigidum, & cor calidum eſſe cõtingit:vnde corporis calor cordis calori non reſpondet. Nam tum corpus aut calidius aut frigidius quàm pro cordis calore erit. Contraria enim iecoris temperies cõtrario cordis tẽperamento reluctatur, vt antè abundè monſtratum eſt. Quòd ſi cerebrũ non obſiſtat,thoracis latitudo cordis calori,& reſpiratio pulſui proportione reſpondebit: quemadmodũ ſi ie-
E coris temperies,cordis temperamento reſpondeat,reliquum corpus cordis calori reſpondebit.

Frigidius autẽ ac aridius cor pulſus duros & paruos efficit:reſpirationẽ uerò (ſi quidẽ thoracis exiguitas cũ cordis frigore proportionem habeat) pulſibus reſpõdẽtẽ,ſin is latior ſit, rarã ac tardã.

Duri pulſus fiunt, vt antè ſæpe iam diximus,ob arteriarum ſiccitatem: parui autem tum ob duritiam,quæ liberè diſtendi ac cõtrahi arterias non patitur:tum propter calo-
F ris exiguitatẽ,quæ nec fuliginoſa recremen ta parit, nec multum refrigerari deſiderat: quare neque arteriæ diſtentione eget, quæ aëris plurimum attrahat:neq; contractione, quæ fuliginoſi halitus copiam emittat. Eadem

dem ratione neque pulſus celeritatē, neque frequentiam requirit. Reſpiratio verò, ſi quidem thoracis anguſtia, cordis frigori reſpondeat, cum pulſibus proportionem habebit. Rarior verò ac tardior erit, ſi anguſtior thorax ſit. Huius enim latitudo tantū aëris haurire poteſt, tantūq́; fuliginoſæ materiæ emittere, quātum ad refrigerandum cordis calorem ſatis ſit: quare neq; celeritate neq; G frequentia eget. σύμμετρον ἀναπνοήν, non vt Leonicenus, moderatam reſpirationem, ſed habentem cum pulſibus proportionem vertimus. Perſpicuum enim eſt, reſpirationē in hoc temperamento non eſſe moderatā, ſed paruam: quemadmodum in calido magnā: & vtranque proportionem cum pulſibus habere, ſi latitudo thoracis, cordis temperiei reſpondeat. Itaque eandem cum pulſibus rationem habet reſpiratio, ſi thoracis paruitas cordis frigiditati reſpondeat. Sin latior ipſe ſit, raram hanc atque tardam efficiet. Nam eius magnitudo tantum aëris haurit, tan- H tumque fuliginis emittit, vt frequentia & celeritate non egeat.

Hi omnium minimè iracundi ſunt: coacti tamen aliqua occaſione iraſci, iram retinent.

Frigus non facilè mouetur, præſertim cū

ſic

ſiccitate iunctum. Si igitur frigidum & ſiccum accendatur, tenacius calorem retinet, quemadmodum antè diximus. Quemadmodum igitur qui frigido ſiccoque corde ſunt, tardè iraſcuntur, ſic conceptam iram difficilius deponunt.

Glabro autem ac debili omnium maximè ſunt pectore.

A Dubitari hoc loco poteſt, an omniũ cordis tẽperamentorũ frigidũ & ſiccũ, vt Galenus autumat, glabrũ pectus maximè reddat. Nam cũ fuliginoſa excremẽta (quæ quidem generãdis pilis materiã ſuggerũt) ex craſſo potius quàm liquido humore naſcãtur, ſicca & frigida tẽperies, quàm frigida & humida, pectus aut magis, aut ſaltẽ non minus piloſum reddet, ſi æquale vtrobiq; ſit frigus. Ex craſſa enim materia, ſi vratur, quàm tenui, plus fuliginis relinquitur: ex qua, vt modò dicebamus, pilus procreatur. Quòd ſi B neutra vratur, ex neutra fuligo generatur, proinde nec pilus: quare non magis humida quàm ſicca cordis tẽperatura, modò vtraq; ęqualiter frigida ſit, pectus pilis replebit, ſed vtraq; glabrũ reddet. Vt autẽ dubitationẽ hanc tollamus, reuocanda in memoriã ſunt quæ paulò antè de pilorum origine docuimus, hos enim ex fuliginoſa materia gene-

rari

rari diximus, fuliginem autem ex craſſo hu more retorrido: torreri verò à calore natiuo vehementius vrente. Itaq; qui calidò & ſicco temperamẽto ſunt, hirſuti magis ſunt. Sed nec id ad pili generationẽ ſufficit. Nam in corpore gigni fuligo poteſt, quæ niſi ad cutim feratur, pilum non procreabit. Exire ad cutẽ non poteſt, niſi virtus quæ foras hãc C propellit, valida ſit, & vias per quas exeat fuligo, ſuo impulſu fecerit. Vbi igitur in corpore iam genita fuligo eſt, & virtus potẽter pellit, cutis ſi dura non ſit, facilè impulſæ fuligini cedit: atque non magno negotio format meatus: qui, niſi mollior cutis ſit, permanent. Nam ſi mollior ſit, ita vt in ſe concidat ac coaleſcat, non permanent meatus. Tẽpore verò dureſcit, atque ſic viæ fiunt & permanent, pilusq; generatur, vt antè dictũ eſt. Quòd ſi nec calor adurens, nec materia cõmoda adſit, fuligo generari non poterit, proinde nec pilus. At ſi materia adſit, ſed D deſit calor qui hanc adurat: ne ſic quidẽ pili materia generatur. Quòd ſi generetur, meatus verò per quos hæc tranſeat, non adſint, procreari pilus non poterit. Igitur frigiditas omnino inepta eſt ad pilũ producẽdũ, vt quę nec materiã pili generet, nec vias moliatur per quas ipſa exeat. His ita cõſtitutis, diſquirẽdum eſt an ſicca & frigida quàm hu

mida

mida & frigida tẽperies minus apta ſit ad pi lum generãdũ. In vtraq; exiguus eſt ex hypotheſi calor, qui ſiccam materiã, vtpote minus idoneã, in fumũ & fuligiñe minus reſoluere poteſt, humidã verò tãquã magis idoneã poteſt. Rurſus ſiccam cutẽ ac durã forare minus poteſt, in eaq; meatus efficere: humidã verò materiã facilius in fumũ & vaporem reſoluit: & cutem mollem minore negotio penetrat, & tandem aſsiduitate perforat. Igitur frigida & ſicca cordis tẽperies ineptior eſt ad pili procreationẽ, quàm frigida & humida. Neq; enim tã exiguus calor eſſe poteſt, qui materiam humidam non reſoluat, & mollem cutem non perforet: quod maiori negotio in ſicco temperamento fit.

E

De thoracis autem paruitate, & totius corporis frigore, eodem modo diſſerendum eſt.

F

Quemadmodũ in aliis tẽperamentis thorax latior vel anguſtior pro cordis calore vel frigore fit, ita in hoc tẽperamẽto, niſi cerebrum repugnet. Vniuerſum quoq; corpus ad cordis temperiem temperatum eſt, niſi iecur obſiſtat. Itaque ſi cor frigidum ſit, & thorax anguſtus vniuerſa corporis habitudo frigida erit: vt ex antè commemoratis perſpicuum eſſe poteſt.

Vbi unum cõmune in omnibus quæ dicta ſunt, memorauerimus: nempe nos de moribus tam in hoc quàm in alio ope G *re ad temperamenti cognitionem proditis, non de bonis prauisq́; ex philoſophia comparatis, ſed unicuique congenitis, uerba feciße.*

Mores ſunt animi vel affectiones nobiſcum genitæ, quæ nos ad agendũ proniores reddunt, vt antè diximus: vel habitus agendi cõſuetudine parti. Hi ex educatione præceptisq́; philoſophiæ oriũtur: illæ ex primo ortu. Habitus natiuam tẽperiem non oſtendunt, ſed affectiones nobis ingenitæ, corporis enim temperiem ſequũtur, vt antè diximus. H Poſſunt igitur qui optimis moribus natura præditi ſunt, mala educatione ac inſtitutione peſsimi fieri. Et cõtrà qui ad prauos mores nati ſunt, optimi, optima inſtitutiõe ac educatione. In hac igitur tota de cordis tẽperamentis diſputatione, de moribus non his quos cõſuetudine comparauimus, ſed natura congenitis, verba fecit Galenus.

Iecoris calidioris notæ: uenarum latitudo.

Caloris proprium munus eſt dilatare ac diſten

diſtendere ſequacem ac obedientem materiam, quemadmodum antè diximus. Latitu
A do igitur venarum nō ſolùm iecoris, ſed & partium quas alunt, calorem ſignificat: quales oculorũ venæ ſunt, quæ vt antè declaratum eſt, calorem earum partium ſignificãt.

Flaua bilis uberior, & in ætatis uigore, atra.

Ex ſanguinis feruore flaua, ex vſtione atra bilis, non ſolùm in iecore, ſed & in toto genere venoſo procreatur: quare eius redũdantia, earum partium caloris eſt nota, qui ſi augeatur, non ſolùm flauam, ſed & atram bilem pariet. Augetur autẽ in florente æta-
B te, in qua ſanguis torretur ac vritur: proinde atræ bilis copia aceruatur.

Calidior ipſis ſanguis eſt, ob idq; corpus uniuerſum, niſi cor repugnet.

Iecur talem procreat ſanguinem, quale ipſum eſt. Si igitur id calidũ ſit, ſanguis quẽ gignit, calidus erit: quo cum alatur vniuerſum corpus, calidum quoque ipſum erit: niſi cibus quo nutrimur, frigidus & humidus ſit, ex eo enim genitus ſanguis, frigidus & humidus eſt, niſi cordis frigus iecoris calorem impediat. Non enim aliter cor per arterias
C quàm iecur per venas vim ſuam in vniuerſum corpus transfundit.

Hirſuta hypochōdria ſunt, ac uenter.

Ex his quæ ſuprà diximus, ſatis intelligi poteſt hypochondriū & vētrem hirſutum eſſe, ſi iecur calidum ſit. Materiā enim ex qua pilus generatur, calor generat.

Frigidioris autē, uenarum anguſtia, uberior pituita: ſanguis, uniuerſiq; corporis habitus, frigidior, niſi à corde caleſiat. Glabra hypochondria ſunt, ac uenter.

Contrariorum iecoris temperamentorū contrariæ ſunt notæ. Quemadmodū enim calor venas dilatat, flatuque diſtendit, ſanguinem ac vniuerſum corporis habitū calfacit, bilem gignit, pilumque in hypochondrio & ventre procreat: ita frigus venas anguſtas efficit, refrigerat vniuerſum corporis habitum, & pituitam gignit piloq; procreando inepta eſt. Adde quòd concoctioni, proindeq; ſanguinis generationi parum aptum frigus eſt. D

Siccioris uerò, ſanguis craſſior ac paucior, uenæ duriores, uniuerſus corporis habitus aridior.

Siccitas tenuem humorem abſumit: ſanguinem igitur craſsiorem ac pauciorem efficit, & venas duriores, vniuerſumque corpo E

po

poris habitum.

Humidioris: ſanguis quidem uberior ac humidior: uenæ molliores: quemadmodum uniuerſum corpus: niſi cor repugnet.

Humor ad concoctionem, proindeq́; ſanguinis procreationē efficacior eſt quàm ſiccitas. Prætereà tantum abeſt vt humorē abſumat, vt etiā conſeruet. Molles igitur non ſolùm venas, ſed & totū corpus reddit, niſi cordis ſiccitas obſiſtat.

F *Calidioris uerò ſimul & aridioris iecoris ſigna ſunt: hypochondria hirſutiſsima, ſanguis craſsior & ſiccior, flaua bilis plurima, & in ætatis uigore atra: uenæ amplæ ac duræ ſunt: quēadmodum & uniuerſum corpus.*

Calor dilatat, vt diximus: cum ſiccitate autem iunctus, vehemēter calfacit, reſoluit, abſumitq́; ac torret humorē, ſiccatq́; ac durat. Qui igitur iecoris ſunt calidioris & ſiccioris, hypochondria hirſutiſsima habēt, ob fuliginis quam eiuſmodi temperamentum gignit, copiam. Sanguis quoq; in his retor-

G ridus eſt, craſſus ac paucus, vt ex quo reſolutus ſit tenuis humor, hac quoque ratione

plurima bili,flaua quidẽ in iuuentute, incli‑nante verò ætate atra eorũ corpus redũdat. Ex ſanguinis enim feruore flaua,ex vſtione atra bilis gignitur. Cæterùm eiuſmodi natu ræ venas amplas habẽt,non ſimpliciter, ſed quantum ſiccitas ipſa permittit. Minus enim latæ ſunt quàm in calido & humido iecoris temperamento:proinde & ſanguinis minus continent,vt mox dicemus. Ex ſiccitate du ritia naſcitur,nõ ſolùm venarũ, ſed & vni‑uerſi corporis. Reſiccatur autẽ tum propriè à ſimili qualitate,tũ reſoluto humore. Plu‑rima igitur ante vigoris ætatẽ bile flaua abũ H
dat:poſt hanc verò atra, ſcilicet calore ſan‑guinẽ adurente. Exẽplaria græca quotquot vidimus, ἅιμα παχύτερόν τε ἅμα καὶ ξηρότε‑ρον habent: Aëtius autem ὀλιγώτερον, quo‑modo vetus interpres legiſſe videtur. Craſ‑ſiorem enim & pauciorem ſanguinem ver‑tit. Nos verò ξηρότερον legendum eſſe pu‑tamus, non ὀλιγώτερον. Multum enim ſan‑guinem amplæ venæ cõtinent, niſi quis hãc temperaturam cum calida & humida conſe rat,quæ ſanguinem vberiorem habet.

Calor enim qui ex corde prodit, fri‑gus quod ex iecore proficiſcitur, uin‑ A
cere poteſt, quemadmodum frigus ca‑lorem.

Quo

Quoniam antè Galenus docuit vniuerſum corporis habitum ſequi cordis temperamentum, ſi non contraria iecoris tẽperies obſtet, & iecoris temperamentum; niſi cordis temperies obſiſtat: nunc oſtendit quæ vtriuſq; viſceris qualitates magis minúſve vincant ſuas contrarias exuperantias, & quæ magis minúſve contrariis repugnent ac obſiſtant. Atq; in primis à calore & frigore quæ à corde manant, calorem & frigus quæ à iecore profluũt, ſuperari poſſe ſcribit. Nã qui à corde prodit calor, vniuerſum corporis ha
B bitum calidum reddit: etiã ſi quod à iecore manat frigus, renitatur. Et quod ab eodem corde proficiſcitur frigus, hoc eſt caloris exiguitas (non enim cor tam frigidum eſſe poteſt, vt qualitatum mediocritatem excedat) vniuerſum corpus frigidũ efficit, etiam repugnante qui à iecore venit calore. Sed certè ex hoc oriri dubitatio pòteſt, an cor calidum aut frigidum, corpus in contrarium mutare poſsit, iecur verò non poſsit: cum pa ribus viribus pugnent. Nam antè dictarum contrariarum qualitatum exuperantiam pa rẽ eſſe ponimus: quare neutra harum alterã vincere poteſt ſecundum Ariſtotelis ſenten
C tiam, ſed par lucta eſſe debet. Cæterùm repugnare auctor ſibi ipſe videtur, cum antè ſæpe dixerit cordis calorem calidum, & fri-

gus frigidum corpus totum efficere, vbi iecoris temperies non obſiſteret, quibus verbis conſtat iecur ſuo frigore cordis calorē, & calore frigus impedire poſſe quo minus calidum aut frigidum corporis habitum efficiat. Vt dubium hoc diluamus, ſcire licet cor omnium partium corporis calidiſsimū eſſe, nō ſolùm facultate, ſed & re ipſa: ab ipſoq́; reliquas partes, quæ tantùm facultate calidæ aut frigidæ ſunt, calefieri: ita vt ſi cor calidum in præſentia eſſet, protinus totum corpus calefaceret, quod in febribus contingit: D
quemadmodum ſi id frigidum eſſet, totum corporis habitū refrigeraret. Sanguis enim & ſpiritus calorem à calido corde ſuſcipit: calidi ſanguinis contactu & ſpiritus ab ipſo profluentis reliquum corpus calefit. Ad eundem modum ſi cor frigidū ſit, ſanguis quoque & ſpiritus qui ab eo profluit, frigidus erit, proinde vniuerſus corporis habitus frigidus. Tranſfunditur enim is per venas & arterias in corpus vniuerſum. Cū igitur natiui, vt diximus, caloris fons cor ſit, indeſinenterq́; ſanguinem & ſpiritum in corpus tranſmittat, hi ſi calidi ſint, calidum: ſi frigidi, frigidum corpus efficiunt, tantum quidē, quantum hi calidi vel frigidi ſunt. Tam frigidi E
autem aut calidi ſunt, quàm cor à quo ipſi manant, calidum aut frigidum eſt. Quoni

niam igitur ſanguis calorem ſuſcipit à corde, nõ plus is calfieri poteſt, quàm cor ipſum permittit. Siue igitur id calidius ſit, ſiue frigidius, hoc eſt minus calidum, vt antè expoſuimus, ſemper contrariam ſanguinis temperiem ſuperabit: proindeque corporis habitum ſibi ſimilem efficiet: niſi fortè (quod rarò accidit) iecoris calor vehemens hunc calfaciat. Nam tum frigori quod à corde manat, hic obſiſtere poteſt, quemadmodũ antè ſæpe dictum eſt.

F *Siccitatem uerò cor humidius in cõtrarium mutare non poteſt.*

Quemadmodũ calorem naturaliũ actionum opificem cor vniuerſo corpori diſtribuit, ita iecur ſanguinẽ, ex quo particulæ corporis omnes aluntur ac augentur, quem ſi ſicciorem craſsioremque generarit, totius corporis habitum ſicciorem eſſe oportebit, ac denſiorem: neque cordis humiditas hunc in contrarium mutare poterit. Tam humidum enim cor eſſe non poteſt, vtpote quod natura admodum ſiccum ſit, vt ſiccitatẽ quæ à iecore proficiſcitur, vincere poſsit. Quan-
G tumlibet enim à ſuo natiuo temperamento, nempe vehementer calido & ſicco receſſerit, nunquã tamen quatuor qualitatũ mediocritatẽ excedet. Quare cum humidũ id autẽ

ſrigidum dicimus,ad ſui generis temperamentum referre,vt modò dicebamus, oportet. Adde etiam quòd magis renititur quàm humiditas:quemadmodum calor potentius agit quàm frigus.

In harũ autẽ qualitatũ medio,iecoris humiditas conſiſtit,utpote quæ magis à cordis ſiccitate uincatur, quàm ſiccitas ab humiditate, ſed minus tamen quàm calor,atque etiam longè minus quàm fri H *gus.Ipſa enim omnium iecoris qualitatum facillimè ſuperatur.*

Mediam ſortitur naturam inter alias tres iecoris qualitates humiditas. Prõptius enim hanc cordis ſiccitas vincit,quàm ipſa cordis ſiccitatem.Nã cor,vt modò dicebamus,natura perſiccum eſt:cuius ſi iuſto auctior ſit ſiccitas,potentius exiccat quàm contraria iecoris qualitas humectet,quarè prõptius cordis ſiccitas iecoris humiditatẽ vincet, quàm contrà iecoris humiditas cordis ſiccitatem. Cæterùm eadem iecoris humiditas minus ſuperatur à cordis ſiccitate, quàm eius calor A à cordis frigore.Nam cordis ſiccitas etſi humiditate iecoris potentior ſit, inualidius tamen hanc vincit, quàm cordis frigus iecoris calorem.Oſtenſum enim prius eſt, cordis

dis

dis frigus nihil aliud eſſe quàm exiguum ca lorem, qui nõ ſolùm facultate, ſed & re ipſa calfaciat reliquas corporis partes: quæ ex ſe quidem partim calidæ, partim frigidæ ſunt, idque tantùm facultate: re ipſa verò ex acci dente, ſcilicet accepto à corde calore: qui quantus eſt, tãtum, vt diximus, calfacit. Itaque mirum videri non debet ſi cordis fri-
B gus, hoc eſt exiguus calor, potentius iecoris calorem vincat, quàm eius ſiccitas iecoris humiditatem. Atque etiam longè minus iecoris humiditas à cordis ſiccitate ſuperatur, quàm eius frigus à cordis calore: imo facillimè ex omnibus iecoris qualitatibus frigus à ſibi contrario cordis calore vincitur. Siquidem hic, vt modò dicebamus, maximus ac potentiſsimus eſt, cuius vi & aſsiduo affluxu vniuerſus corporis habitus calefit.

Conſtat igitur, quòd in idem conſpirantibus utriuſque principij tempe-
C *ramentis, corpus totum pro illarum uiribus omnino afficietur: cuius notas pòſt explicabimus.*

Si altera tantùm qualitatum iecoris vel cordis contraria, altera etiam repugnante obſiſtenteque, vniuerſum corporis habitũ,

vt modò dicebatur, immutare, ac ſibi ſimi-lé efficere poſsit, vt (verbi gratia) calor calidũ repugnante frigore, & ſiccitas ſiccum reluctante humiditate: longè magis eundem immutabunt conſpirãtia in idem vtriuſque viſceris temperamenta, quæ reliquæ corporis partes ſequuntur. Iecur enim materiam quã alũtur, miniſtrat: cor verò calorem ſuggerit, qui materiam hanc diſpenſet. Qualia igitur hæc duo viſcera fuerint, tale omnino corpus totũ erit: cuius notę deinceps dicẽtur. D

Humidius autem ſimul & calidius iecur minus quàm calidius & aridius hirſuta reddit hypochondria.

Ex his quæ antè declarata ſunt, ſatis patere poteſt hypochõdria minus hirſuta eſſe in calido & humido iecore, quàm calido & arido: quoniã calor cũ ſiccitate iunctus vehemẽtior eſt, magiſque deurit: proinde vberiorem fuliginoſorum recrementorũ vim, ex quibus pili naſcuntur, gignit. Cum humiditate verò mitior eſt calor, minusq; humorem torret: quare pauciorem fuliginẽ parit. E

Plurimum uerò ſanguinis gignit, magnasq; uenas efficit, & corporis habitum humidiorem ac calidiorem, niſi cor repugnet.

Calor,qualitatum omnium efficaciſsi-
mus eſt,ſolusque immutandi cibi ac coquen
di rationem obtinet. In ventre enim ſuc-
cum quem chylon Græci vocant, in iecore
verò ſanguinem efficit,qui ad corporis ali-
moniam in venas tranſmittitur. Hanc calo
F ris actionem humor iuuat. Nam caloris con
tactu ac miſtione cum cibo, concoctio fit.
Contactum verò ac commiſtionem com-
modiorem reddit humor,vt ſenſus ipſe te-
ſtis eſt. Si quæ igitur miſcētur, liquida ſunt
ac humida,facilius coquuntur. Itaque ſi tam
calor quàm cibus humidus ſit proba fiet mi
ſtio atque concoctio. Hinc conſtat cibum
humidum facilè,ſiccum ægrè à ventre con-
fici:& pueros,alioſq; quibus caloris ſubſtan-
tia humidior eſt,melius non ſolùm coque-
re,ſed & apponere,glutinare,nutrire,dilata
re ac augere corpus His ita habentibus,con
G ſtat iecur humidum ſanguinis plurimum ge
nerare. Calor enim multus cibum in ſangui
nem mutat,maximè ſi cũ humiditate cõiun
ctus ſit,qui non ſolùm coctionem (vt dixi-
mus)iuuat,ſed & ſanguinis à calore confe-
cti reſolutionem ac diſsipationem impe-
dit. Quare neceſſariò iecur calidum & hu-
midum ſanguinis copiam procreabit: atque
vniuerſum corporis habitum calidiorem
ac humidiorem reddet,niſi cordis ſiccitas

obſt-

obſtiterit:quæ, vt diximus, iecoris humiditatem ſuperat. Venas quoque magnas efficiet. Calor enim ſua vi dilatat, & humiditas calori dilatanti paret. Atque hæ quidem notæ ſunt vbi modicè vtraque qualitas exuperat. H

Si uerò utraq; qualitas naturalẽ modum uehementer exuperet, morbo ex putredine, humorumq; uitio corpus promptè corripietur. Atq; etiam magis, ſi aucta ſit humiditas, non multùm uerò calor: contrà uerò ſi parum quidem aucta ſit humiditas, plurimùm uerò calor, humorum uitio minimè laborat.

Quemadmodũ ex immodico cordis calore & humore febris aliiq́ue ex humorum vitio morbi naſcuntur, ita ex iecoris intemperie calida & humida: vt quæ omnium maximè corruptioni & putredini ſit obnoxia: præſertim ſi humiditas calorem exuperet. Facilè enim natiuus calor in humido diſſipatur, & alienus immittitur: quod nihil aliud eſt quàm putreſcere: vti abunde in commentariis noſtris in libros de curandi ratione ad Glauconẽ docuimus. At ſi calor maior ſit, humiditas verò minor, affectus ex humorum vitio non gignentur. Siquidem calor A

nat

B natiuus maior ſeſe aduerſus alienum melius tuetur: in humiditate quoque minore minus diſſoluitur.

Humidius autem ac frigidius iecur glabra habet hypochondria: magisq́; pituitoſum ſanguinem gignit, unà cum uenarum anguſtia. Vniuerſum corpus ſibi ſimile reddit: niſi cor in cõtrariũ mutet.

Facilè intelligere poteris qua ratione venas anguſtas & nuda pilis hypochondria efficiat iecoris frigus & humiditas, ſi quæ de C pilorum generatione, & venarum dilatatione prius diximus, memineris. Quod autem pituitoſum crudumq́ue ſanguinem gignat caloris imbecillitas, nemo arbitror ignorat, qui vim caloris norit. Immodicus enim eliquat, torret, ac vrit: debilis cruditatem parit: mediocris autem probè concoquit, ac maturat. Si autem exiguus ſit ſimul & humidus, miſceri quidem cum re alteranda poterit, ſed minus quàm ſi validus eſſet. Nam quo vehementior eſt, eo facilius penetrat, ac meatus ſubit: præſertim ſi eius D ſubſtantia tenuis ſit. Quo verò imbecllior, eo minus id efficit, ſed eſto miſceatur cum re alteranda, parum tamen ob imbecillitatem immutabit: proinde ſanguinem ſemico-

ctum

ctum hoc eſt crudum & pituitoſum efficiet: vnde vniuerſus corporis habitus frigidior ac humidior erit.

Frigidius autem & aridius iecur paulum ſanguinis gignit: anguſtasq; uenas efficit, & hypochõdria glabra reddit, niſi & hic cor quoque uicerit.

Frigida & ſicca iecoris intẽperies ad naturæ opera omnium ineptiſsima eſt: ideo omnium peſsimè concoquit, apponit, glutinat, & nutrit, dilatat & auget. Siccitas enim E contactum & miſtionem caloris cum re immutãda remoratur: frigus verò, hoc eſt caloris imbecillitas, immutationem ac concoctionem, vt ex his quæ antè diximus, conſtare poteſt. Qui igitur frigido ſiccoq; ſunt iecore, omnium minimũ ſanguinis habẽt, venas anguſtiſsimas, & nudiſsima pilis hypochondria.

Teſtium temperamentum calidum quidem in uenerem pronum eſt.

Natura hominẽ, vt Galenus ſcribit, eſſe immortalem (ſi fieri potuiſſet) optaſſet: ſed F cum per caducam fluxamq; materiã, nimirũ ex elementis cõtrariis conſtantẽ, nõ liceret, generis immortalitatẽ excogitauit. Gignẽdi enim ac concipiendi inſtrumenta condidit,

dit,quibus vim quãdam ingenuit,qua ſui ſi-
milem procrearet. His igitur inſtrumentis
ingens veneris deſideriũ,ac ineffabilem vo
luptatem adiunxit: atque etiam efficiendæ
elaborandæq; materiæ vnde gigneretur,fa
cultatem tribuit. Materiam in vterum con-
cipientem,coniectam,atque alimentum ex
concipientis corpore nactã, in varias partes
digeſsit,nempe pedes,manus,caput, ventrẽ,
G & cætera. Quæ formam figuramq; idoneã
nacta,vitam aſſumit,atque tandem in lucẽ
editur. Inſtrumenta autem generationis, va
ſa ſunt quæ à ſemine Græci ſpermatica di-
cũt,teſtes,& pudendum. In vaſis ſanguis in
ſemen primùm mutatur:in teſtibus elabora
tur ac perficitur:& in veneris opere per pu-
dendi meatum in mulieris vterum immitti
tur. Vtriuſq; enim partis confrictu ſenſus ti-
tillantur,& ad ſeminis ſpirituſq; excretio-
nem genitales partes cum ſumma ſuauitate
H excitantur:atque ſic in mulieris vterum per
viri genitale ex teſtibus excutitur. Confrica
ri autẽ eiuſmodi partes non poſſunt,niſi ri-
gidum durumque genitale ſit, minimeque
flexibile. Tale autem fit, neruo eius cauo,
qui ab oſsium pubis copulis ortum habet,
ſpiritu impleto,quem à corde per arterias
recipit, vt Galenus docet. Venas enim &
arterias habet pro ſui magnitudine amplas,
in

in quibus vapor generatur ad eius etiam arrectionem. Eiuſmodi autem venæ & arteriæ à magna vena & arteria qua parte in crura ſparguntur, ortum habent. Appetitrix facultas à iecore prodit, ſpiritus & calor à corde in genitale tranſfunditur. Porrò autem A vaſa originem habent, dextrum quidem à vena caua & magna arteria quæ ſecundum dorſum extant ſub emulgentibus: quare purior ac ſyncerior ſanguis & ſpiritus per eas defertur ad dextrum vas, & ab eo ad teſtem eiuſdem partis. Siniſtrum verò ab emulgente ſiniſtra, & arteriæ ramo qui ad renem ſiniſtrum fertur. Ab ea quæ ab emulgēte proficiſcitur, ramus naſcitur qui ad dextrā partem mittitur. Per hunc exiguam ſeroſi humoris portionem ea pars accipit, ad vtilitatem quam mox docebimus. Sanguinem igitur qui ad vas & teſtem fertur ſiniſtrum, im B purum, excrementoſum, liquidum, ſeroſum natura eſſe voluit, vt ſiniſtra frigidior eſſet, & ad fœminarum procreationem aptior, nā & fœminas procreari ad generis conſeruationem oportebat. Ex dilutiore enim ſanguine fœminæ generantur, & craſsiore mares. Præterea acriorem fecit eiuſmodi ſanguinem, vt pruritum moueret, vnde veneris deſiderium naſcitur. Dum enim hic incaluit, genitales partes titillat, ac pruritū mouet,

uet,ad excretionemq́; excitat ſeminis,quòd
ſuo motu maximam voluptatẽ afferat, quã
geminat ſpiritus calidi copia, dũ exire gli-
C ſcit. Ex his patet genituram quo calidior
acriorq́; fuerit,atq; etiam vberior,eo magis
genitales partes titillare,pruritumq́; moue-
re,proindeq́; in excretione maiorem volu-
ptatẽ afferre:quemadmodũ & ſpiritum quo
calidior vberiorq́; fuerit. Facit ad hanc vo-
luptatem efficiendam genitaliũ partiũ ſen-
tiendi præſtantia. Eximio enim ſenſu à na-
tura præditæ ſunt, vnde & validiſsima ex-
pultrix facultas eſt:quæ quo potentius ac ce
lerius mouet, eo maiore voluptate afficit.
Atque hæc maſculo & fœminæ communia
ſunt. Præter hanc autem voluptatem fœmi-
D na vtero tum attrahente ſuggenteque, tum
cõcipiẽte virile ſemẽ, mirè delectatur. Sala
ciores igitur ſunt,ac in venerem proniores,
qui calidos habent teſtes:quoniam calidam
acremq́; genituram titillantem, eamq́; non
paucam conficiunt: vnde ſalacitas procliui-
taſque in venerem naſcitur.

Mares procreat,& fœcunda eſt.

Sexu mas & fœmina diſtinguuntur. Sexũ
ἀπὸ τῆς ἕξεως dici volunt,quòd is habitus ſit
ac forma qua maſculus & fœmina differt,
hanc ſexus diſcretionẽ efficit formatrix fa-

cultas, quæ calore natiuo tanquã inſtrumen E
to vtitur, vt mox dicemus. Hæc diuina quędã vis eſt, genitis rebus ab illo ſummo prudentiſsimoq; opifice ac conditore deo immiſſa, quæ nõ ſolùm formã figuramq; illis pro vſu cui quæq; dicata eſt, cõmodam tribuit, ſed & eas pulcherrimo ordine collocat, ac certo nũero iuſtaq; magnitudine cõdit. Atq;, vt ſemel dicã, oĩa optimè rectiſsimeq; pro ſua cuiuſq; dignitate efficit, cũ in cæteris reb⁹, tũ maximè in hoĩe, in cuius cõſtitutione nihil prorſus vacat, nihil deficit: imò nihil eſt qđ boni alicuius gratia cũ ſummo decore factũ non ſit. Formatrix hæc fa F
cultas vtitur natura, hoc eſt calore naturali, aliiſq; qualitatibus, tanquã primario inſtrumẽto, cui⁹ munus eſt res diuerſi generis diſiungere, & eiuſdem generis cõiungere: vt autor eſt Ariſtoteles. Hic igitur corporis noſtri partes diſsimiles diſſociat, vt oſſeas à neruoſis, neruoſas à carnoſis, & reliquas parimodo. Contrà verò ſimiles cogit, vt oſſeas cũ oſſeis, carnoſas cũ carnoſis, &c. Formatrix verò facultas formam, ſitum, magnitudinem & numerum illis tribuit, ſed interim natura materiam ad id commodam efficiente, eamque diſtendente, & propellente G
quò formatrix facultas ſtatuerit. Hæc igitur naturali calore aliiſque qualitatibus ad-

iut

iuta, materiam nacta obtemperantem ac ſufficientem, formam ſitum & magnitudinem commodam efficit, illamque in totidem numero partes digerit, quot ad rectè probeque exercendum munus inſtitutum requiruntur. Contrà ſi cum imbecillitate natura materia contumax ſit, formationis principium tardius admittet, & ad finem perfectionemque imbecillius perueniet, ita vt foras propelli promique nō poſsint quæ alioqui eò perueniſſent: quales externæ partes
H ſunt, vt manus, crura, digiti: quæ interdum breuiora curtioraque ſunt, quàm vt ſuo officio probè fungi poſsint. Ex genitali igitur ſemine calidiore beneque ſequaci fœtum probè commodeque hæc virtus formabit (præſertim ſi qui hoc concepit vterus, calidus robuſtuſque ſit) & genitales partes foras promet: quod nihil aliud eſt quàm mares generare. Porrò autem calidum ſemen, calida genitalium temperies, præſertim teſtium, gignit: quorum munus eſſe elaborandi ſeminis antè diximus. Calida igitur eorum temperies, maſculorum eſt procreatrix: quoniam fœcundum ſemen generat, quodque formationem facilè admittit.

A *Piliſque genitalia, & quæ circū ea*

ſunt partes, celeriter replet.

Ex his quæ de cordis & iecoris calida tẽpe rie ſuprà retulimus, perſpicua hæc ſunt: quare ſuperuacuũ foret ea rurſus demonſtrare.

Frigidius uerò contraria efficit.

Hoc eſt, aptũ veneri nó eſt, infœcũdũ eſt: & ſi quando generat, fœminas potius quàm mares gignit. Glabras genitales partes habet. Hæ enim ſunt frigoris teſtiũ notæ. Fri B gidam enim geniturani tẽperamentum hoc procreat, ideoq; parùm acrem, parumq; titillantem, & venerem ciẽtem: quare ſalaces hi non ſunt qui frigidos habẽt teſtes. Quòd ſi quando genituram hanc vterus concipit & retinet, fœminam potius quàm maſculũ format: frigus enim formationi reluctatur, nec foras promit teſtes: & ſi quando mares generentur, hi morboſi, aut nõ vitales naſcũtur: Nam malè temperati conformatiq́ue ſunt. Ineptiſsimum enim eſt ad omnem naturæ actionem frigus: vt antè docũimus. Quòd autem genitales partes, & quę circũ eas ſunt, pilis nudet frigida teſtium intemperies, ſatis ex antè dictis conſtat. C

Humidum multam humidamq́; genituram parit.

Humor, vt antè diximus, omnẽ conco-

ctio

ctionem iuuat,non reſoluit, ſed conſeruat.

Siccum uerò paucam & mediocriter craſſam procreat.

Siccitas tenuem humorem tantùm exiccat,non etiã reſoluit:ideo mediocriter craſſam genituram efficit,ac paucam.

D *Craßißimam uerò ac fœcũdißimam calidius ac ſiccius.*

Siccitas per ſe, vt antè diximus, exiccat: calor verò per accidens,nimirum tenuẽ humorem reſoluendo. Calida igitur & ſicca teſtium temperatura omnium craſsiſsimum ſemen gignit: ſicca autem tantùm mediocriter craſſum,vt antè docuimus. Fœcunda autem calida & ſicca genitura eſt,vt quę citò craſſeſcat, cogatur, citóque formam recipiat:niſi tanta eſſet ſiccitas ac craſsities,vt tractui contumacem materiam ac malè ſequacẽ redderet. Facilè igitur craſſum ſemẽ formationẽ recipit. In oſſa enim promptè E concreſcit,ac dureſcit:in neruos extẽditur: in venas & arterias excauatur: & vt ſemel dicam,in omnem aptam commodamq; formam figuratur caloris beneficio:qui, vt antè diximus, primum formatricis facultatis inſtrumentum eſt. Calor enim ac copia ſpiritus diſtendit ac dilatat:vt antè diximus.

Initioq; ſtatim animans celeriter ad uenerem excitat.

Calor & ſiccitas genitalium partium citò ſanguinem in genituram mutat: atque eum acrem efficit,& ad titillandum & pruritum ciendum aptum: promptè igitur facultatem ad excretionem ſtimulat,ac venerē excitat. F

Cæterùm talibus celerrimè genitales circūq; omnes partes ſurſum uerſus ad umbilicum uſq;, deorſum uerò uſq; ad media femora pilis replentur.

Quemadmodum cordis & iecoris,ita teſtium calida & ſicca intemperies,pilorū denſitatem gignit. Sanguinem enim torret ac vrit: vnde fuliginoſa excremēta generātur, ex quibus pili,vt ſæpe diximus,naſcuntur. G

Eiuſmodi temperatura ad uenerem multum quidem concitatur,ſed ea celerrimè ſatiatur: quæ ſi uiolenta ſit,noxam adfert.

Ad venerē cōcitat genituræ copia,calor, & acrimonia. Calida igitur & ſicca teſtium temperies, vt quæ ſemen maximè calidum & acre gignat,maximeque genitalium partium ſenſus titillet, ad venerem ſtimulatur ruitque magno impetu ac voluptate. Sed vt

vol

A voluptas magna eſt, ita ſtatim hæc venere ſatiatur, quæ ſi violenta ſit, lædit: elangueſcit enim maximè virtutis robur ſeminis excretione, quã magna ſpiritus reſolutio ſequitur. Nam quo voluptas maior eſt, eo ſpiritus maior copia emittitur: veneris enim dulcedine ac titillatione allicitur, atque vnà cũ ſemine excernitur, eo maiore copia, quo voluptas maior. Cæterùm voluptas eo maior eſt, quo genitalium facultas valentius expellit. Quod maximè accidit vbi ſenſus inſignis eſt, facultas robuſta, & materia quæ expellitur, vehementer ad excretionem ſtimulat. Hæc enim tria calidis & ſiccis teſtibus accidere ſolent: quare cum maiore voluptate, maioriq́ue ſpiritus iactura, ac robo-
A ris reſolutione, eiuſmodi temperamẽto donati venerem exercent: hinc fit vt citò ea ſatientur: nec rurſus hanc appetant niſi longo pòſt interuallo, ob geniture quæ relinquitur in genitalibus partibus, paucitatẽ. Quòd ſi hanc identidem exercẽdo, vis naturæ adferatur, magna fit virium iactura. Corpus enim frigidius redditur, ac imbecillius, ſicciuſq́ue. Præterea cum paucum ſemen habeant, exiguum omnino erit quod alendis ſolidis corporis partibus poſt nimiam venerem relinquitur: atque ſic totum corpus marceſcet.

Coëuntibus autem calore & humidi- B
tate, minus quidē hirſuti ſunt, ſed genitu-
ra magis abundant, tametſi quàm cæteri
ueneris appetentiores non ſunt, ſed huic
innocentius indulgent. Quòd ſi ambo,
nempe calor & humiditas, multū exceſ-
ſerint, nō ſine incommodo à uenere ab-
ſtinent.

Oſtéſum ſuprà eſt calorē immutādi vim habere, humiditateq; iuuari. Teſtes igitur calidi & humidi geniturā optimè cōficiūt. Calor enim ſanguinē in ſemen mutat: & humiditas nō ſolùm hanc mutationem iuuat, ſed & ſeminis reſolutionem impedit, quæ C alioqui à calore fieret. Abūdat igitur ſemine calida & humida teſtiū tēperies: nō tamē quàm cæteræ venerē magis appetit, cū eius ſemen blandū ſit, minimeq; acre ac titillās. Sola igitur multitudine, nō etiā acrimonia facultatē irritat: itaq; minori incōmodo indulget hæc veneri quàm reliquæ. Imò ſi calor & humiditas ſupra modū aucti ſint, non ſine magna noxa à venere abſtinebit. Diu enim retentum ſemen, in prauā qualitatem mutatur, grauius enim quàm ſanguis corrūpitur, quod fit cum genitalium partium vir- D tus, ſeminis multitudini moderandæ impar eſt.

eſt. Nam quemadmodum venter vberiorē
cibum malè concoquit, & venæ copioſiorē
ſanguinem: ita vaſa ſeminaria ac teſtes ſemi
nis multitudinē non probè moderantur: vn
de neceſſariò temporis ſpatio in aliā quali-
tatem mutatur, quæ aut capitis grauitatem,
aut cibi faſtidiū adfert, aut hūc vitiat: aut tor
porem ac ſegnitiem, mœſtitiam, terrorē, &
alia grauia accidētia inuehit, quę Galenus li
bro ſexto de locis affectis, viris quibuſdā ac
cidiſſe ſcribit qui venere abſtinuerāt. Præ-
ter hæc aūt accidētia, ſuffocationē quoq; ex
vtero mulieribus venere abſtinētibus indu
E cit. Sed de his alio loco fuſius differemus.

*Si uerò humidiores ac frigidiores na
tura teſtes ſint, uicinas partes pilis nu-
das habēt, tardeq; uenerē exercere inci-
piunt, nec ad eam ruunt. Aquoſam autē
& tenuem habent genituram, infœcun-
dam, & ex qua fœminæ procreantur.*

Glabras effici partes teſtibus vicinas, ſi
quidē hi frigidi & humidi ſunt, ſatis ex his
quæ antè declarata ſunt, patere poteſt, quē-
admodum & quòd ſerò cōcubitum ineant.
In his enim ſemen tardè gignitur, atque id
F quidem frigidum & humidum: quare aut
ſterile infœcundumque eſt, aut fœminas

generat. Principium enim formationis, vt antè oſtenſum eſt, ægrè admittit, & ſi admittat, imperfectè formatur.

Frigidior uerò & ſiccior tẽperies reliqua alia habet antè declaratis ſimilia: ſemen uerò omnino craſſum & paucum obtinet.

Frigida & ſicca teſtium intemperies, in omnibus frigidæ & humidæ, præterquam in ſeminis craſsitudine & multitudine, ſimilis eſt. Vtraque enim tardè venerem exercere incipit, ad eamq́ue parũ concitatur. Vtraque ſterilis atque infœcunda eſt, aut certè fœminarum procreatrix. Sed hoc inter ſe differunt, quòd frigida & humida copioſius & liquidius, frigida verò & ſicca parcius & craſsius ſemen habet. Frigus enim vtrique commune, communia quæ antè retuli accidentia inuehit: humiditas autem liquidum & multum, ſiccitas verò craſſum ac paucum gignit. Ex his patere poteſt, eorum qui teſtes habent frigidos, corpus vniuerſum imbecillum infirmumq́ue eſſe. Nam cum inutilem, vt dictum eſt, habeant geniturам, malè ſolidæ eorum partes aluntur: quare robuſtæ eſſe non poſſunt, quoniam baſis hæ ſunt totius corporis ac fundamentum, quo G H

inf

infirmo, reliquas corporis partes infirmas eſſe neceſſe eſt. Non igitur ab re Homerus ille ingeniorum vertex, Martem cum Venere coniunxit: vt oſtenderet bellicoſos venereos eſſe, hoc eſt probam genituram habere, qua ſolidæ corporis partes aluntur, & robur aſſumunt.

Quòd autem totius corporis habitus cordi & iecori ſimilis ſit, prius diximus: ei uerò ſimilior eſt, quòd unã quãlibet ex primis qualitatibus, quas agentes uocant, potentiorem habet.

A Iecur, vt antè diximus, materiam ſuggerit qua corpus vniuerſum alitur: cor verò calorem qui hanc conficit, & in ſubſtantiã corporis mutat. Vbi igitur eorum viſcerũ qualitates coëunt, totum corpus omnino ſimile his eſſe neceſſe eſt, vbi autem pugnant, ſimilius ei quæ vincit erit, & quæ potentius luctatur. Cordis autem calor, iecoris frigus, niſi id admodum exceſſerit, vincit: quéadmodum eiuſdem frigus, iecoris calorem: & iecoris ſiccitas, cordis humiditatem: quéadmodum abunde antè declarauimus.

B *Totius autem corporis habitus de his maximè partibus dicitur, quæ primæ intuentibus obijciuntur: cuiuſmodi*

ſunt

ſunt muſculi oſſa omnia cingentes, ex ſimplici primaq́; carne & fibris quas ipſa conueſtit, conſtantes. Nam propria muſculorum ſubſtantia ex his duobus eſt compoſita.

Quoniam modò dicebat corporis habitum, iecoris & cordis temperamentum ſequi: quid habitum vocet, nunc explicat, hunc enim de his maximè partibus dici ait, quæ primæ ſpectantibus obiiciuntur. Primæ autē obiiciuntur muſculoſæ partes, quibus oſſa omnia contegūtur. Cōſtant autem hæ ex ſimplici primaq́; carne, & neruorum fibris, quas ipſa prima ac pura caro cōueſtit. Simplex & prima caro, quæq́ue propriè caro dicitur, nuſquam in corpore per ſe reperitur, vt idem autor ſcribit: ſed muſculi pars eſt, quæ ſanguinis mediocris ac puri concretione fit. Eſt & alia caro ſimplex quidem, ſed propriè caro non eſt: vt viſcerū ſubſtantia, quam Galenus parenchyma à quibuſdā vocari ſcribit. C

Quæ autem ad eos uaſa perueniunt, uelut riui quidam ſunt, non quidem eorū ſubſtantiam conſtituentes, ſed ea ſuggerentes quibus ſeruentur. D

Oſſa

Oſſa,corporis firmamenta ſunt, quæ (vt modò dicebamus) muſculis omnia operta ſunt,per quos venæ & arteriæ tanquam riui quidam diuiſi excurrunt. Per venas quidem ſanguis diffunditur, quo ipſi irrigantur ac aluntur: per arterias verò calor & ſpiritus, qui quia vitam tuetur, vitalis appellatur. Hæc igitur vaſa, muſculorum ſubſtantiam non complent, ſed ad vſum antè dictũ cum muſculis miſta ſunt.

Horum igitur temperamẽti ſigna in
E *temperata regione intelligẽda ſunt. Cutem enim immutant intemperatæ, per ſe formam imprimẽtes: & notas quaſdam corrumpunt. Ad eũdem autem modum, ſi quis in temperata regione æſtiuo tempore nudum ſe Soli expoſuerit, ſigna quæ ex calore mollitie & duritia ſumũtur, immutabit.*

Quæ de temperamentorũ, inquit, ſignis poſteà dicentur, ea de his qui temperatã incolunt regionem, intelligenda ſunt. Intemperata enim habitatio cutem immutat, atq; natiuam formam corrũpit, & alienã impri-
F mit. Ambientis enim aëris calor cutẽ calfacit, ſiccat, vrit, duramq; ac nigrã efficit: præterea internũ calorem ad cutem euocat, qui

non

non aliter atq; externus hanc immutat, hinc fit vt Aethiopibus, Arabibus, atq; his qui calidas regiones incolunt, vſta, ſicca, dura & nigra cutis ſit. Eodem modo & his immutatur qui in regione quidem temperata ſed æſtiuo ſole torrentur. Contrà accidit in frigida habitatione, in qua ambientis aëris frigus natiuum calorem intrò repellit. Cutem enim non vrit, ſed refrigerat, atq; ex accidēte humectat: humorem enim non abſumit: proinde mollem hanc efficit ac candidā, aut G rufam, qualis eſt in Scythis.

Si uerò ut temperata regio eſt, ita moderatam uictus rationem ſerues, nec Sole te plurimùm quotidie exuras, ſed nec (ut nonnulli) ad inſtar uirginū in umbraculis degas, temperamenti exquiſitas notas præbebis. Tanquam *igitur de his futura ſit diſputatio, huic adhibēdus animus eſt.*

Quemadmodum temperamentorū ſigna in habitationis loco tēperato intelligi debent, ita in mediocri moderatoq; victus ge H nere. Mediocre id dico, quod neque qualitate excedat, neque quātitate: hoc eſt quod neque iuſtò calidius aut frigidius, neque humidius aut ſiccius, neq; etiam liberalius aut

par

partius, ſed temperatum moderatumq́; ſit. Sub victus ratione continentur non ſolùm cibus & potus, ſed & exercitatio, vitæ genus, ſomnus, vigilia, & id genus alia quæ corpus immutare ſolent. Cibus igitur frigidus humidus copioſus, otium, & ſomnus multus, lõga in locis vmbroſis mora, corpus refrigerant ac humectant, molleque ac album efficiunt. Contrà verò calidus cibus ſiccus
A & paucus, vigiliæ multæ, & longa in ſole mora, calfaciunt ac reſiccant corpus, proinde durum ac nigrum reddunt.

Mediocris temperamenti ſigna, quod ad totum animalis habitũ attinet, ſunt, color ex rubro candidoq; miſtus.

Facilè ex his quæ antè declarata ſunt, tũ locus hic, tum quæ deinceps de corporis habitus notis dicentur, intelligi poſſunt, hic enim iecoris & cordis tẽperamentũ ſequitur. Nam iecur materiam ex qua habitus gignitur, cor verò calorem materiã hanc moderantem ſuggerit: vt antè diximus. Cutis
B igitur color non ſolùm habitus, ſed & antè dictorũ viſcerũ temperamẽta oſtẽdit. Itaq; albus color rubro perfuſus, eorũdẽ mediocritatis eſt nota. Talis autẽ fit ex cutis cãdore (candida enim eſt) & ſubiectæ carnis ſanguiniſq; rubore, nõ in quauis cutis corporis

par

parte, ſed in facie, in qua cutis ſua tenuitate ac mollitia ruborē ſubiectæ carnis & ſanguinis admittit. Ex quo conſtat eos qui craſſa duraq́; ſunt cute, minorē: tenui verò ac molli, maiorē in facie ruborem habere, ſi cętera cōſentiant. Fieri enim poteſt vt in tenui cute paucus ſit rubor, cū habitus pituitoſus eſt. C

Capilli modicè flaui.

Mirum fortè cuipiam videbitur quòd Galenus corporis habitus ſigna ex capilli colore ſumat, cum antè ab eo cerebri notas petēdas eſſe docuerit. Mirari certè deſinet, ſi quod antè diximus, nempe venas & arterias in vniuerſum corporis habitum tanquā riuos quoſdā per quos ſanguis in ipſum tranſfunditur, ſparſas eſſe intellexerit, illicq́; ſanguinē immutari, non aliter atq; in aliis corporis venis. Qualis igitur ſanguis eſt, talem eſſe habitū corporis oportet: & contrà qualis eſt corporis habitus, talem eſſe ſanguinē neceſſe eſt: quo ſcilicet fuliginoſa materia ex qua pili generantur, tingitur: vt antè abūde declaratū eſt. Itaq; modicè flauus capillus ſanguinē temperatū eſſe teſtatur, proindeq́; totū corporis habitū. Eſt enim eiuſmodi color medius inter nigrū & candidū. Nec te lector perturbet quod antè diximus, corporis tēperati cutis colorem ex albo & rubro D

bro miſtum eſſe, capillorũ verò mediocriter flauũ. Nam corporis color, vt antè diximus, coloris cutis, quæ alba eſt, & ſanguinis particeps eſt: capillorũ verò, ſanguinis quidem & fuliginis naturam obtinet.

Et ut plurimùm criſpi.

E Hic quoq; dubitari poteſt cur inter habitus corporis indicia, capilli figuram recenſet Galenus, cum prius eam inter cerebri notas annumerauerit. Sed facilè id, ſi quæ modò dicebamus, memoria tenueris, diluere poteris. In muſculis enim qui capitis oſſa contegunt, venæ ſunt ac arteriæ, non aliter quàm in reliquo corporis habitu, in quibus ſanguis immutatur. Capitis igitur habitum capillus ſequitur: quare ſi corporis habitus mediocris eſt, capilli mediocriter criſpi ſunt. Sed cum cerebri intemperies obſiſtere

F poſsit, nõ perpetuò criſpus mediocriter erit, ſed rectus. Ideo verbum hoc (vt plurimùm, adiecit Galenus, quo indicaret aliquãdo fore vt temperati non criſpos ſed ſimplices capillos haberent. Fieri enim poteſt, vt corporis habitus tẽperatus ſit, cerebrum verò frigidum ac humidum.

Caro tum qualitate tum quantitate mediocris eſt. Eiuſmodi enim corpus omnium exuperantiarũ omnino eſt me-

dium, ita ut ad ipſum relata corpora & intelligantur & dicantur. Siquidē craſſum corpus cum ipſo comparatum, dicitur craſſum: quēadmodum & tenue, ſi cum eodem conferas: corpulentum quoque & gracile, pingue, durum, & molle, hirſutum, & glabrum. Nullum igitur horum mediocre eſt; ſed quod ad omnis mediocritatis ſummum (qualis eſt Polycleti regula) peruenit, ita ut tangentibus neq; molle, neq; durum, neque calidum, neque frigidum: inſpicientibus uerò neque hirſutum, neque glabrum, neq̄; craſſum, neq; gracile eſſe, neq; aliquē alium excessum habere uideatur. G H

Mediocris carnis ſunt, qui neque graciles exiſtunt, neque craſsi ac obeſi, ſed inter hos medii, Græci euſarcos vocant, quemadmodum eucratos qui neque calidi neque frigidi neque humidi neque ſicci ſunt. Hos tēperatos, illos quadratos appellare poſſum⁹. Cum igitur tales ſanguine neque abūdent, neque deficiant: ipſi nec craſsi obeſique, nec macilenti nec graciles erūt. Sanguinis enim copia craſsitudinem, inopia gracilitatem pa

rit:

rit:vt mox dicetur. Itaque ad eiuſmodi corpus exuperantiæ omnes referri debent. Nullum enim corpus calidum aut frigidum, humidum aut ſiccum, molle aut durũ, craſſum A aut gracile, pingue aut macilentũ, hirſutum aut glabrum dici poteſt, niſi ad id relatum tanquam reliquorum omnium exemplar, vt quod ad omnis mediocritatis ſummum perueniat, non aliter quàm Polycleti regula. Statuam enim is fecit quam canona, hoc eſt regulam artifices vocant, ex qua ſcilicet velut à lege quadam artis lineamenta petantur, vt ſcribit Plinius.

Quæ autem iuſtò calidiora ſunt, non autem humidiora, aut aridiora, quatenus ad carnoſum genus attinet (de hoc enim præſens eſt diſputatio) tangenti- B *bus quidem tanto calidiora ſentiuntur, quanto ſunt tẽperamẽto calidiora. Tantoq; hiſpidiora, quanto ſunt calidiora, minusq; pinguia.* Rubro *autem ſunt colore, ac nigro capillo.*

Tam calidũ corpus tangẽti ſentitur, quàm corporis habitus calidus eſt: non tamẽ quàm cor & iecur calida ſunt, tametſi eorũ temperaturam corporis habitus ſequitur, vt antè

abunde declaratũ eſt. Quod ideo fit, quoniam habitus corporis calor protinus ac per ſe tactui obiicitur: cordis verò & iecoris nõ per ſe quidem, ſed per habitum. Quæ autẽ ex ſeſe nullo alio interueniente ſenſibus ſe produ͂t, ea certius quàm quæ per alia, cognoſcuntur. Itaque quo calidior corporis habitus eſt, eò calidior tangẽti ſentitur. Non autem cõmemorata viſcera, quando eorum calor non niſi interuentu corporis habitus ſentiri poteſt, habitus autẽ aut craſsior aut pinguior eſſe poteſt: quare prodeunti ex interno corpore calori viam præcludit. Quo rurſus habitus calidior eſt ac macilẽtior, eo hirſutior eſt. Siquidem pili, vt antè docuimus, ex fuligine naſcuntur, fuligo à calore fit deurente. Cæterùm eiuſmodi naturæ rubro colore, ac nigro capillo: vt ex his quæ de cordis & iecoris calore antè diximus, patere poteſt. C D

Frigidioris temperaturæ ſigna. Corpus glabrum eſt, & pingue, idq́; tangentibus frigidum ſentitur. Color uerò tum ipſius tum eius capilli ruſior eſt: & ſi frigus multum exceſſerit, liuidior: quem & plumbeum nonnulli medici uocare ſolent.

Si

Si pilus ex fuligine, & fuligo à caloris redundantia gignitur, vt certè gignitur: iure optimo corpus frigidũ glabrum erit, ac de-
E pile, idem quoq; pingue. Sanguis enim frigidum locum nactus, in adipem concreſcit, vt autor eſt Galenus. Itaq; frigidum eiuſmodi corpus tangenti ſentitur, niſi aliunde calor accitus ſit. Oſtenſum enim prius eſt natiuæ temperaturæ calorem reſpondere: atq; tantum ſenſui apparere, quàm calidum natiuum temperatum eſt. Cum rurſus frigus ſanguinem magis pituitoſum gignat, non ſolùm corpus, ſed & capillus rufior in hiſce temperaturis erit. Color enim rufus eſt albior, pituitæq́; propinquior. Quòd ſi frigus admodum exceſſerit, cutis color liuidior erit. Nã humor, vt antè diximus, cuti colorem ad-
F fert, colori verò vigorem calor. Itaque ſi calor admodum exiguus ſit, coloris vigor emoritur ac liueſcit, plumbiq́ue colorem refert, non aliter atque in mortuis, ac animo liquentibus.

Siccius tẽperamẽtum tanto gracilius temperato eſt & durius, quanto ſiccitas maior. In reliquis uerò ſimile.

Exemplar græcum Aldinum & Germanicum habet, ἡ δὲ ξηροτέρα κρᾶσις ἰσχνοτέρα. Aliud manu ſcriptum eodem modo habet,

ſed in margine annotatũ eſt ἰσχνότερα; quẽadmodũ Nicolaus Leonicenus & vetus interpres legiſſe videntur. Vtraq; lectio ſuſti G
neri poſſe videtur. Siquidem corpus ſiccum humido gracilius eſt, vt quod minus carnoſum ac pingue ſit. Idem & robuſtius eſt: nã robur in ſiccitate poſitum eſt, vt autor Galenus eſt libro ſexto de cauſis ſymptomatũ. Nos tamẽ gracilius vertere maluimus, propter ſequentem dictionem.

Humidius autem in cæteris tẽperato proximũ eſt, ſed carnoſius ac mollius.

Hîc ſiccæ naturæ ſignis humidæ notas opponit. Siccitatẽ enim ſequitur gracilitas & duritia, humiditatem verò corpulentia, ſeu H
craſsities & mollities, hoc eſt, εὐσαρκία καὶ μαλακότης. Εὔσαρκον igitur carnoſius vertimus: quanquam quum alibi ſæpe, tum maximè libro de temperamẽtis primo Galenus εὔσαρκον vocat quem nos quadratũ dicimus, hoc eſt medium inter gracilem & craſſum. Itaque humida temperatura carnoſior eſt ac mollior. Nam humor materiam ſanguini generando ſuggerit, ex ſanguine autem locum non frigidum nacto caro gignitur. Cæterùm ex humiditate mollities naſcitur: vt antè declaratum eſt. In reliquis autẽ omnibus tẽperaturæ proxima humida natura eſt, hanc

A hanc enim colore, calore, ac notis aliis antè declaratis proximè imitatur.

In copulatis uerò primarum qualitatum intemperantijs, compoſita eſt cognitionis forma.

Si duæ qualitatum exuperãtiæ coierint, quæ ab ipſis oriuntur notæ, miſtam naturã habebunt. Copulantur autem excedentes qualitates, agentes quidem cum patiẽtibus, non autem agentes cum agentibus, aut patientes cum patientibus. Neque enim excellens calor cum æquali frigore conſiſtere poteſt: quemadmodum nec humiditas exce-
B dens cum pari ſiccitate. Cæterùm in harum qualitatum miſtura, interdum ambæ in vnũ effectum conſpirant, quarum altera præcipuam operam præbet, altera iuuat. Calor verbi gratia præcipua cauſa eſt fuliginis ex qua pili naſcuntur, ſiccitas autem adiuncta plurimum ad fuliginis generationem confert. Promptè enim quod ſiccum eſt, cineſcit, ac in fuliginem mutatur ab agente calore. Ad eundem modũ ſiccitas præcipua duritiæ cauſa eſt: augetur tamẽ ſi copulatus calor ſit. Nam per accidens reſiccat, humorẽ reſoluendo & reſiccando indurat. Inter-
C dum non in vnũ hæ qualitates conſpirãt, ſed in ſuum vtraq; affectum: vt humiditas ſola

mollitiei eſt cauſa:cui calor aduerſatur, tantum abeſt vt iuuet:quemadmodum calor pilum gignit,humiditas verò eius generationi reluctatur. Eadem eſt reliquarum qualitatum miſtarum ratio, vt mox docebimus.

Calidior enim & ſiccior, hiſpidior eſt.

Caloris exuperantia ex antè dictis eadẽ eſſe poteſt & in corpore ſicco, & in humido:ſed tangẽti occurſus aridior in ſicco ſentitur,in humido verò blandior, humiditas enim caloris acrimoniam obtundit, ſiccitas verò auget: quod experientia ipſa docet. D
Itaq; in temperatura calida & ſicca non ſolùm magnitudo, ſed & acrimonia caloris, tanta quidẽ,quantus corporis natiuus calor & ſiccitas eſt,ſentitur:niſi aliena qualitas acceſſerit. Quòd autem hiſpidior ſit, ex antè dictis ſatis conſtare poteſt.

Ac durior.

Siccitatem ſequitur duritia,quã auget calor, humorem,ſi adſit,reſoluens ac diſsipans.

Et macilenta graciliſq;.

Ex calore & ſiccitate macies ac gracilitas E
naſcitur,hac quidem pinguedinis & carnis paucam materiam ſuppeditante, illo verò humorem abſumente. Ex humore enim caro & pinguedo naſcuntur.

Nig

Nigrum quoque capillum obtinet. Quòd ſi calor multum exceſſerit, cutis etiam nigra erit.

Niger pilus, vt Galenus docet, fit cũ deuſto vi caloris vapore, excrementum in exquiſitam fuliginem mutatur: quod maximè in temperamento calido & ſicco contingit, vt in quo ſanguis craſſus vritur, eo quidem
F magis, quo calor maior eſt, ita vt ſi multum exceſſerit, cutis etiam totius corporis nigra erit.

Calidior humidiorq́; temperatura eo mollior ac carnoſior eſt, quo utraque qualitas ab optima conſtitutione magis recedit. Plurimum uerò inaucta, promptè morbis ex putredine corripitur, quoniam facilè uitioſis humoribus impletur.

Quemadmodũ ſiccitatẽ duritia, ita humiditatem mollities ſequitur. Calor verò ſanguinem conficit, ac probè coquit. Ambæ
G igitur qualitates ſimul iunctæ, corpulentum carnoſumq́; corpus reddũt, humor enim materia eſt quam calor in carnẽ mutat, vt antè iam declaratũ eſt. Si verò vtraque qualitas plurimum excedat, corpus cacochymũ red-

dit,hoc eſt prauis humoribus replet, vnde prōptè morbis ex putredine corripitur. Facilè enim natiuus calor in humido diſsipatur,alienusq́; intromittitur: qđ nihil aliud eſt quàm putreſcere:vnde putres febres naſcuntur,& alii putredinis morbi:vt antè docuimus. In quibuſdã exemplaribus legitur, ἡ θερμοτέρα καὶ ὑγροτέρα κρᾶσις μαλακωτέρα τε καὶ πολυσαρκοτέρα τῆς ἀρίστης κράσεως εἰς τοσοῦτον &c. In aliis verò adiecta vox θερμοτέρα eſt,ad hunc modũ, καὶ πολυσαρκοτέρα καὶ θερμοτέρα. Nos prioré lectionem ſequuti ſumus,quòd nõ admodum neceſſariò nobis addẽda eſſe videretur vox θερμοτέρα: quanquam verum eſſe non inficior eiuſmodi temperaturam tangenti calidã apparere. H

Si uerò paulo humidior,multo uerò calidior ſit,paulo quidẽ & molliores et carnoſiores quàm tẽperata reddit. Sed nec paulo hiſpidiores ſunt,nectãgẽtibus calidiores apparent.Pilũ quoq; nigrum gignit, & uacuam pinguedinis carnẽ.

Humorẽ mollities ſequitur,vt antè dictũ eſt.Igitur quàm humidũ corpus eſt,tã molle eſſe neceſſe eſt.Quare ſi paulo humidius ſit,paulo mollius iuſto tẽperamento erit. Quoniam rurſus hũc humoré calor natiuus A

in

In carnẽ mutat, ſi quidẽ calidius corpus ſit, nõ multo quàm tẽperatũ carnoſius erit. Ex pauco enim humore qui generãdæ carni materiã præbet, multa caro gigni non poteſt. Cæterùm vehemens calor multũ hunc humorem reſoluit. Quare ſi paulo humidior tẽperies ſit, & multo calidior, corpus neque B molle neque carnoſum multũ eſſe poteſt: ſed multũ hiſpidũ, ac tangenti calidũ. Calor enim, vt antè diximus, multã fuliginem parit, ex qua pilus gignitur, præſertim in materia ſicca, aut nõ admodũ humida. Tãtus porrò tangenti calor ſentitur, quàm natiuus corporis calor modũ excedit. Quòd autem capillũ nigrũ eiuſmodi temperamenta efficiant, quodq́; carnem pinguedinis expertem habeant, ſatis ex ſuprà dictis conſtat. Hunc locũ aut malè intellexiſſe, aut obſcurè vertiſſe veterem interpretem, atq; etiam Nicolaum Leonicenũ, conſtat. Vertit enim vetus C interpres ad hunc modũ: Si verò parum quidem humidior ſit, multo verò calidior, molliores quidẽ parũ tẽperamento hi tales, & magis carnoſi &c. Leonicenus autem ad hũc modũ: Si verò parũ quidẽ humidior ſit, multo verò calidior, molliores quidem parũ huiuſmodi ſunt his qui bonã habent temperaturam: & magis carnoſi. Quibus verbis conſtat vtrunque intellexiſſe aut hanc di-

ctio

ctionem parum, cum dictione magis, addendam eſſe, vt ſenſus ſit, & parũ magis carnoſi, quæ lectio certè obſcura eſt. Aut vtrunque ſenſiſſe paulo humidiores, & multo calidiores temperatis longè carnoſiores eſſe, quod D quàm falſum ſit, tum ex his quæ modò dicebamus, tum ex græca lectione ſatis liquere poteſt, quæ ſic habet, εἰ δ' ὀλίγῳ μὲν ὑγροτέρα, παμπόλλῳ δ' εἴη θερμοτέρα: καὶ μαλακώτεροι μὲν ὀλίγῳ τῶν συμμέτρων οἱ τοιοῦτοι, καὶ σαρκωδέστεροι καὶ λασιώτεροι οὐκ ὀλίγῳ. Quæ verba planè oſtẽdũt tẽperaturã paulo humidiorem, ac multo calidiorẽ, multo neq; molliorem tẽperata, neq; carnoſiorem. Geminata enim particula (καὶ) omnino docet dictionẽ ὀλίγῳ coniungendã eſſe non ſolùm cum dictione μαλακώτεροι, ſed etiam σαρκωδέστεροι.

Quòd ſi paulo calidior ſit, multò uerò humidior: mollem ac multam carnẽ procreabit. E

Sæpe iam diximus mollitiem ab humiditate originem habere, ac calorem in carnem humorem mutare. Si igitur humor multus ſit, & calor non tantus quidem vt hunc reſoluendo, corpus exiccet, ſed qui tamen in carnem mutare ſufficiat, mollis ac multa caro gignetur.

Coloremq; ex rubro & albo miſtũ.

Cutis ex minutiſsimis neruorum fibris,
vix ob exiguitatem conſpicuis, & carne con
F texta eſt. Fibræ autem originis ſuæ natu-
ram retinent, caro verò humoris. Humor
porrò cuti ſuum colorem tribuit, flauus qui
dem flauum, rufus rufum, ater atrum, & ru-
ber rubrum. Si igitur cutis quæ ex candidis
fibris & carne contexta eſt, ſanguine perfu-
ſa ſit, colorem alboris & ruboris participem
habebit. In temperie autem paulo calidio-
re, & multo humidiore, neque flauum red-
dit colorem nimius calor, nec album aut ru-
fum frigus: quoniam ex hypotheſi neque ca
lor neque frigus immodicum in hoc tempe
G ramento reperitur: vt quod paulo calidius
ſit, multo verò humidius, proindeque horũ
colorum medium, hoc eſt ex albo & rubro
miſtum habebit.

*Et tangentibus corpus paulo cali-
dius ſentietur.*

Si calor modicè exuperet, paulò calidius
corpus ſentietur. Ab humore enim immo-
dico calor mitior redditus, minus tactum
afficit: Quòd ſi vtraque qualitas magis au-
cta ſit, eadem ratione mitis calor erit. Nam
auctus humor auctum calorem mitigat, tan
tum quidem, quàm ipſe auctus fuerit, ſi vtro
bique ſeruetur proportio.

Atq

Atque ut ſemel dicam, in coniugatis temperamentis exuperantis qualitatis notæ ſemper præpollent. H

Copulantur agentes qualitates cum patientibus interdum pari facultate, interdũ altera valentiore, atque interdum ambabus in idem conſpirãtibus, interdum in diuerſa agentibus: vt antè declaratum eſt. Cum igitur ex æquo in idem nituntur, effectus inſignior eſt: vt calor & ſiccitas pares corpus eo hiſpidius reddunt, gracilius ac macilentius, quo ſunt vehementiores: quemadmodum frigus & humiditas glabrius. Si verò altera valentior ſit, aut iĩ in contrarium nitantur etiam facultate pares, effectus obſcuriores A erunt: vt calor præpollens cum minori ſiccitate, minus piloſum corpus, minus gracile ac macilentum, quàm ſi vtraque qualitas vehemens eſſet, efficit: quemadmodum calor & humiditas pares, qui quidem in contraria nituntur: calor quidem hiſpidum corpus reddit, humiditas glabrum. Quæ ſi iunctæ ſint, in idemque conſpirent effectus inſignior erit. Melius enim calor cum humiditate coniunctus concoquit, quàm cum ſiccitate, in idem enim conſentiunt. Iidem minus hiſpidum corpus efficiunt: nam in diuerſa agunt: vt modò dicebamus.

Fri

B *Frigidior autem ac humidior temperatura,ſi leuiter utraque exuperet,glabra eſt,alba,mollis,craſſa & pinguis.*

Leuis frigoris & humiditatis exceſſus, corpus glabrum, album, molle, craſſum & pingue reddit. Glabrum quidem, quòd frigus nec torret nec vrit,nec humor facilè cinereſcit,quare pauca fuligo in frigido & humido corpore gignitur. Album verò, quoniam ſanguis pituitoſus eſt & albus, quo ſcilicet cutis imbuta albũ colorẽ accipit. Molle autem,quòd humiditatem (vt antè diximus) mollities ſequitur. Craſſum quoq; eſt,
C hoc eſt ϖαχὺ, cui ἰσχνὸν id eſt gracile opponitur. Quemadmodũ enim calida & ſicca tẽperies frigidæ & humidæ contraria eſt,ita notæ ex his genitæ cõtrariæ ſunt. Eſt enim, vt antè dictum eſt, calida & ſicca, hirſuta, nigra,dura, gracilis, ſine adipe : frigida verò & humida , glabra, alba , mollis, craſſa & pinguis. Refertur igitur craſsitudo non ad ſubſtantiæ craſſamentum,ſed ad corporis molem. Cæterùm cum calidi munus ſit materiam dilatare,ac in longum latumq́ue diſtendere,frigoris contrà cogere: corpus frigidum,humidum & craſſum erit,non gra-
D cile & longum. Pinguis quoque eiuſmodi natura eſt. Adeps enim ex humore multo

ſit,

fit, & frigore hunc cogente, ſanguis enim
eiuſmodi cum pituitoſus fit,& habitus cor-
poris frigidus & humidus, facilè in adipem
ſanguinem mutat,ea maximè parte qua fri-
gidior eſt.

*Sin auctior ſit, pro qualitatum in-
crementi ratione reliqua habebunt: co-
lor uerò unà cum capillo rufus erit.*

Si paululum à mediocritate diſtant fri-
gus & humiditas,notæ tales erunt quales an
tè docuimus.Sin multum excedunt,pro exu-
perantiæ qualitatum ratione ſigna priori-
bus inſigniora erunt:color tamen tum cutis
tum capilli rufus erit, hoc eſt πυῤῥὸς: quem E
colorem albiorem ac turbulentiorem eſſe
ex Galeno docuimus in commentariis no-
ſtris in eius libros ad Glauconem. Tres au-
tem coloris differentiæ ſunt ſibi cognatæ,
flauus,rufus,pallidus. Flauus ab vberioris bi-
lis flauæ miſtura cum pituita fit: rufus par-
cioris: ſed quàm pallidus largioris. Pal-
lidus,quem ὠχρὸν græci vocant,ex flauæ bi-
lis tantùm momento fit. Sed quem iidem
ἄχροιαν,nos pallorem & decolorationem vo
camus,ex frigore,hoc eſt caloris defectu na
ſcitur,quemadmodum ὤχροια ex calore. Ex
his conſtat pallorem & decolorationem, F
hoc eſt ἄχροιαν,de omni colore dici poſſe,

vt antè docuimus. Talis enim eſt, qualis in perterritis eſſe ſolet. Siue igitur quis albus ſit, ſiue niger, ſiue rubicũdus, ſi terreatur, im pallescit. Contrà ſi lætitia afficiatur, ſuauitas ac bonitas coloris, hoc eſt εὐχροια naſcitur. Albus igitur color cum eiuſmodi pallore turbidus eſt, atq; ὤχρῳ καὶ πυῤῥῷ, hoc eſt pallido & rufo, qui quidem ex bilis & pituitæ miſtione fit, ſimillimus. Itaque Galenus hoc loco πυῤῥὸν, id eſt rufum, nõ pro eo tãtùm colore qui ex bilis & pituitæ miſtione fit, ſed etiã pro albo pallore ad liuorẽ acce-
G dente accipere videtur. Quo colore cutis ſi auctius frigus & humor ſit, tingitur. Capillus verò eſt verè rufus, non autẽ caloris defectu pallidus vt cutis: quoniam pilorũ omnium materia fuligo eſt, vt antè diximus, quæ pro caloris vehementia colorem accipit. Nam excedens calor nigrum, mediocris flauum, exiguus verò rufum aut pallidum efficit.

Si plurimũ utraq; increuerit, liuidus.

Dicebamus modò coloris εὐχροιαν, hoc eſt bonitatẽ, caloris natiui præſentia fieri:
H ἄχροιαν verò, id eſt decolorationẽ & pallorem, eius abſentia: quæ quo maior eſt, eo coloris flos magis deperit. Itaque ſi ſupra modum exceſſerint frigus & humiditas, color

liuidus & plumbeus erit, qualem defuncta vita corpora, aut quibus longa ægritudo calorem extinxit, obtinent. Significat enim eiuſmodi color defectum ac extinctionem natiui caloris, ſicuti rufus diminutionem. Quemadmodũ igitur liuidus color non ex atra bile, ſic nec rufus ex flaua ſemper fit, ſed diminuto & extincto natiuo calore.

Si uerò inæquabilis qualitatum ſit exuperatio, eius quæ magis exceſſerit notæ ſeorſum præpollebunt. A

Poteſt frigus humiditatem, & contrà humiditas frigus ſuperare. Cuius ergo horum exceſſus maior erit, ſigna eius ſeorſum prępollebunt. Si frigus, exempli gratia, humiditatem ſuperet, frigoris notæ ſeorſum perſpicuæ erũt, corpus enim rufius aut liuidius erit potius quàm mollius. Contrà ſi humiditas ſuperet, mollius quàm rufius aut liuidius apparebit. Vbi tamen vtraque qualitas in eundem effectum conſpirat, neutra per ſe ac ſeorſum illuſtriores notas habebit, ſed eam tantùm in cuius effectum ambæ conſpirant. B

At ſi frigus & ſiccitas ex æquo auctæ ſint, natura durũ, gracile, glabrũ corpus erit: tãgẽtibus uerò frigidum ſentietur.

Fri

Frigus & ſiccitas æqualiter excedere poſſunt, idq; vel parum, vel multum, vel plurimũ: non aliter ac frigus & humiditas: vt modò dicebamus. Atque pro exceſſus magnitudine notæ vel obſcuriores vel inſigniores ſunt. Itaque exuperantibus ex æquo frigore & ſiccitate, corpus durum, gracile & glabrũ redditur, magis aut minus pro earum qualitatum incremento maiore aut minore. Durum quidem, quòd ſiccitatis, vt ſuprà dictũ eſt, perpetua nota, duritia ſit: quæ tum calore humorem reſoluente, tum frigore cogente augetur. Gracile autem, quòd ſiccitas paucam generandæ tum carni tum adipi materiam ſuggerat. Glabrum verò, quòd frigus humores non torreat, proindeq; nec fuliginoſum excremẽtũ pili materiã gignat. Prætereà tale corpus ſentitur, quale ipſum eſt, nempe frigidum, niſi (vt ſæpè iam dictum eſt) aliunde calorem adſciuerit.

D *Pinguedo tamen, etſi graciles ſunt, per carnem diſperſa eſt.*

Nam ſanguis, præſertim frigidus, qualis in hac temperie eſt, frigidum locum nactus, in adipem mutatur.

Capilli autem & cutis color, frigoris modo reſpondent.

Siquidem frigoris paruum exceſſum, capilli quidem flauus, cutis verò candidus color ſequitur. Si verò magis excèſſerit, tam cutis quàm capillus rufus erit. Sin plurimũ, cutis liuidus color erit, & capilli rùfus: vt ex antè dictis conſtat.

In declinante autem ætate, temperie calida & ſicca in frigidam & ſiccã naturam tranſeunte, corporis habitus gracilis fit ac durus, atramq́; bilem gignit: proinde niger & hirſutus eſt. E

Gracilitatem fieri humoris penuria prius oſtenſum eſt, duritiamq́; neceſſariò ſiccitatem ſequi. Calidæ igitur & ſiccæ tẽperaturæ inclinãte ætate frigidæ reddũtur, ac etiã quàm antè, ſicciores. Natiuus enim humor ætatis curſu aſsiduè fluit ac abſumitur, ſcilicet ingenito calore hãc reſoluẽte. Calor verò vſq; ad ætatis vigorẽ idẽ perſeuerat: poſt hoc verò tempus minuitur, vt docet Galenus cum in aliis pleriſq; locis, tum maximè F in libris de tẽperamẽtis, & de ſanitate tuenda. Cum igitur declinante iam ætate tum frigidiores tum ſicciores reddantur calidi & ſicci, graciles tandem & duri fiunt, plurimũque atræ bilis ex retorrido ſanguine generant: atque ſic verè melancholici fiunt, nigri

gri quidem & hiſpidi, ob ſanguinis aduſtionem, & fuliginoſæ materiæ copiam, quæ ex ſanguinis vſtione, vt modò dicebamus, generatur. Ex his conſtat melancholicos ante ætatis vigorẽ dici non debere, & eos tan-
G tùm, qui calidi prius & ſicci fuerint. Tales enim ſoli atræ bilis copiam cumulãt: vt Galenus in libris de temperamentis docet.

Si uerò earum qualitatum altera plurimum, altera paululum à mediocritate diſcedat, ſuperantis ſigna præpollebũt, alterius obſcura erunt.

Id quidem commune eſt omnium copulatarum qualitatum, vt antè oſtenſum eſt.

H *In omnibus autem tum quæ diximus, tum quæ dicturi ſumus, communis nota eſt frigoris quidem & raritatis, ſi promptè à frigore pars afficiatur: caloris uerò aut denſitatis, ſi facilè id perferat. At ſi ab exiccantibus lædatur, ſqualidaq; ac ſicca ſentiatur, & ægrè moueatur, ſiccitatis: quemadmodum ſi ab humidis grauetur, humiditatis eſt indicium.*

Corpus noſtrũ, corporiſq; partes, caloris

frigoris, humoris & ſiccitatis iniuriis patet, alia magis, alia minus. Quæ igitur à frigore facilè læduntur, ea aut frigida, aut rara ſunt, aut vtraq;. Facilè enim vnumquodq; à ſuo ſimili afficitur. Cæterùm corpus rarum tam A frigidum quàm calidum, promptè: denſum verò, ægrè externam iniuriam admittit. Si verò rarum ſimul & frigidũ ſit, promptius læditur. Corpus enim frigidum, ambientis aëris frigus prõptè admittit: raritas verò venienti frigori viam facit: vnde nõ ſola cutis, ſed & ſubiecti muſculi vim frigoris ſentiũt. Si verò corpus calidum ſit, & denſum ac cõpactum, occurſanti frigori reluctatur, ſcilicet calore frigus tanquã contrarium propellente, & denſitate viam illi præcludẽte. Eadem ratione ſi corpus aridum ſit, ab externa B ſiccitate promptè læditur, ſiccumq; tangẽti ſentitur, ac ægrè mouetur. Quòd aũt ægrè moueri, ſiccitatis ſit nota, non admodũ perſpicuum eſt. Nam cum in ſiccitate ſitum robur ſit, vt Galenus libro ſexto de cauſis ſymptomatum ſcribit: non poteſt mouendi difficultas, ſiccitatis ſignum eſſe, imo potius mouẽdi robur ac facultas, ſiccitatis nota eſt. Ad functiones, inquit, actuoſas, quas πρακτικὰς Græci vocant, durum & calidum inſtrumentum magis idoneum eſt. Durum enim ſiccitatem neceſſariò ſequitur. Idẽ autor pau-

lò

lò poſt ſcribit neruos,tẽdones, muſculos, &
C ligamenta eo robuſtiora eſſe, quo ſunt ſic-
ciora. Idem eodem loco docet ſiccitatem
ad robur & firmitatem cõferre. Adde quòd
phrenetici & furioſi, vtpote ſicci, robuſtiſ-
ſimi ſunt,& ad motum aptiſsimi,quibus ver
bis conſtat ſiccum corpus ad motum eſſe
aptiſsimum: quanquam Galenus hoc loco
inter ſicci corporis notas mouendi difficul-
tatem enumeret. Pro huius dubitationis in-
telligentia noſſe oportet ſiccitatem ma-
gnam latitudinem habere, mediocris enim
robur inferit: quæ autem modum exupe-
D rat,membra rigida & immobilia reddit: de
qua hoc loco nunc Galenus loquitur, vt ver
ba eius indicant. Nam ſi ſqualidum, in-
quit,ſit corpus, ac ægrè moueatur, ſiccitatis
eſt nota. Squalor enim ex magna ſiccitate
oritur. Si verò ab humidis facilè grauatur,
humiditatis, vt ex antè dictis conſtat, eſt
argumentum.

Vidẽdum autẽ eſt an idẽ omnes inter ſe muſculi,an diuerſum habeãt temperamẽtum: in omnibusq; conſiderãda ſubiectorũ oſsium eſt magnitudo. Nõnunquã enim gracilior pars eſſe uidetur, quatenus ad muſculos attinet, cum gracilior

non ſit,ſed propter oßium tenuitatẽ ta= lis apparet. Ad eundẽ modum & craſ= ſior in quibuſdam ſæpe eſſe uidetur, nõ propter oßium magnitudinẽ, ſed pro= pter carnis molẽ,quæ & aucta & im= minuta, & ſiccior humidiorq́; partem ſicciorem aut humidiorem reddit: pau= ca quidem & dura ſicciorem,multa ue= rò & mollis humidiorem. Eodem modò & ſpatia intermedia partium ſimpli= cium,quas græci ὁμοιομερῆ uocant,hu= moris aut plus aut minus in ſe continen tia,eiusq́; uel craßioris uel tenuioris,par tem humidiorem eſſe aut aridiorem ar= guunt: humidiorem quidem, ubi tenuior & uberior, ſicciorem uerò ubi craßior ſimul & parcior humor eſt. E F

Quas paulò antè habitus corporis notas ex partiũ mollitia, duritia, craſsitie, graci- litate, & ſimilibus ſumendas eſſe dicebat, nunc latius explicat, ne quis fallatur in his iudicandis. Veſtigandum enim eſſe docet, an vna eademq́; in omnibus muſculis tem- peries, an diuerſa ſit: an oſſa quæ muſculis int

integũtur, magna ſint, an parua: an caro quæ hæc ambit, multa, an pauca: eademq́; mollis, an dura: & an contentus in intermediis
G partium ſimplicium ſpatiis humor, craſſus an tenuis, multus an paucus ſit. Nam ſine his diſtinctionibus certa ex antè dictis notis habitus corporis cognitio haberi non poteſt. Neque enim ex vnius partis temperamento reliquarũ cognitio habetur: quandò altera calida, altera frigida, altera gracilis, altera craſſa eſſe poteſt. Caput exempli gratia calidum & humidum, proindeque carnoſum eſſe poteſt, reliquæ verò corporis habitus partes ſiccæ & calidæ, proindeq́ue graciles, maximè ſi cor & iecur eo temperamento prædita ſint. Itaque ex partis vnius temperie, reliqui corporis natura de-
H prehendi non poteſt: quemadmodum nec ex craſsitie ac gracilitate, ſi ſolus oculus iudex ſit. Ampla enim ac magna oſſa eſſe poſſunt, caro verò quæ ipſa contegit, pauca. Et contrà oſſa exigua, & caro multa. Si igitur magna oſſa ſint, & caro pauca, videbitur quidem pars carnoſa eſſe, niſi diligenter membrum ipſum manibus contrectes. Tunc enim craſsitiem non carnis eſſe, ſed oſsis, tactu cognoſces. Si contrà oſſa exigua ſint, caro verò multa & mollis, pars oculis gracilis videbitur: quod ſi tactu experia-

ris, carnoſam hanc eſſe certò ſcies. Si igitur caro multa eſt, eademque mollis, ſiue gracilis, ſiue craſſa pars appareat, temperies calida & humida erit. Si verò pauca ac dura A ſit, etiã ſi craſſa pars videatur, calida & ſicca erit. Si rurſus tangenti mollis appareat, non protinus humida cenſenda eſt. Aut ſi dura videatur, non ſtatim ſicca iudicãda. Fieri enim poteſt vt qui in partium quas ſimplices vocari diximus, ſpatiis intermediis humor continetur, multus ſit & tenuis, partis tamen ſubſtantia natura ſicca: aut contrà humor paucus ac craſſus, & partis ſubſtantia humida. In qua autem multus ac tenuis continetur, humidior: in qua verò paucus ac craſſus, ſiccior repræſentabitur. Humorem autem hunc qui in meatibus antè B dictarum partium continetur, Galenus inſitum, cum alibi, tum maximè in libris de febrium differentiis vocat. Inſitus autem hic humor proprium alimẽtum eſt partium quas ſimplices appellant, vt mox fuſius explicabitur.

Ipſæ enim ſolidæ corporis partes, quæ uerè ſolidæ ac primæ ſunt, nullo modo humidiores fieri poſſunt, ſed ſatis eſt ſi celeriter eas exiccari prohibeas.

Corporis partes ſolidæ dicũtur aut quòd

cra

C craſſamento ſolidæ ſint, aut quòd verè tales exiſtant. Craſſamento ſolidæ ſunt, quæ, vt Galenus docet, contra humores diſtinguũtur: cuiuſmodi caro eſt, atque inſitus humor, de quo modò verba fecimus, atq; nunc etiam faciemus. Verè autem ſolidæ, quæ & primæ dicuntur, craſſamento etiam ſolidæ duræq; ſunt. Sed verè ſolidæ dicuntur atq; primæ, quòd primò genitę, atq; vniuerſi corporis velut baſis ac firmamentũ ſint. Ex maris enim & fœminę genitura fiunt, in qua magna eſt igneæ ſubſtãtiæ, vt Galenus docet, portio: quæ ex ipſo ſemine genitas partes,
D hoc eſt verè ſolidas, aſsiduè exiccat, ita vt nulla ratione ſiccitatis iniuria reparari poſſit. Nã maius eſt quod perit, quàm quod cibo reparari poſsit. Ne tamẽ præpropere reſiccẽtur, impediri poſſunt. Nã cũ eiuſmodi partes duriſsimæ ac ſolidiſsimæ ſint (craſſamẽto enim etiam ſolidæ ſunt, vt antè diximus) paucũ humorẽ in ſpatiis ſuis admittũt, ſaltẽ pauciorem quàm qui perditam reſolutamq; humiditatẽ reſarcire poſsit. Ita tamẽ ſiccandi vis impediri poteſt, vt quod alioqui celeriter exiccaret, lẽtè id efficiat ſi contraria ſiccitati cauſa adhibeatur.

Intermedia uerò ipſarum ſpatia hoc uel illo humore replere poſſumus, hic

eni

enim eſt proprium ſimplicium partium E *alimentum, quòd ex appoſitione fit, nō autem per uaſa attrahitur. Communis uerò hæc ratio eſt omnium partium: de qua rurſus cum de ſalubribus cauſis commentabimur, dicemus: nunc autem reliqua tractemus.*

Primas vereq; ſolidas partes multa ratione humidiores reddi poſſe modò demonſtrabamus: quomodo autem ſiccitatem remorari poſsis, nunc oſtendendum eſt. Liberū enim cuiq; eſt, vt cōſtat, ea victus ratione vti, quæ plurimum humectet, vberemq; inſiti humoris copiam in ſimpliciū partium F ſpatiis generet, quiq; commemoratas partes alat. Certū enim eſt, quo alimentū id humidius ac vberius fuerit, eo partes quæ ipſo alūtur, minus ſiccari. Eiuſmodi autem humor propriè alimentū dicitur, quòd corpus iam nutriat, ac ipſi adiungatur. Quæ verò in venis & vētre ſunt, non propriè alimēta dixeris: ſed alterū quaſi alimentū, alterum verò quòd verè alimētum futurum eſt. Ad eundē modum qui in reliquarum partium ſimplicium ſpatiis continetur humor, propriè alimentum dicitur: quòd & eas iam nutriat, & G ipſis adiungatur. Hactenus de temperatura-

rum

rum habitus corporis notis.

Ventris ſigna: natura quidem ſiccioris, ſi ſtatim ſiticuloſi fiant, paucusq; potus his ſufficiat, & largior lædat, fluctuationesq; excitet: aut per ſumma, quod redundat, innatet.

Docet hic Galenus, eos qui ſicciore ſunt ventre, celeriter ac ſtatim διψώδεις, hoc eſt ſiticuloſos fieri, ſitis enim fit vel à calore, vel à ſiccitate, vel vtroque. Vẽter igitur na
H tura ſiccus ſtatim poſt primos annos reddit ſiticuloſos: non autem primis annis, cum tũc adſit humor qui ſitim arcere poſsit, procedẽte verò ætate hic magis magisq; imminuitur, nõ ſolùm in hac, ſed & in aliis omnibus temperaturis. Itaq; quod natura ſiccum eſt, celerius ad ſummam ſiccitatem quàm humidum aut temperatum peruenit. Venter igitur natura ſiccus celerius ad extremam ſenectutem perducitur, quàm humidus aut tẽperatus. Quòd ſi res ita habet (vt certè habet) citius qui ſiccum ventrem habent ſiticuloſi fiũt. Cum igitur eiuſmodi vẽter paucum habeat natiuum humorem, isque aſsiduè, vt diximus, per ætatem abſumatur: qui ſic periit, potu reſarciri deſiderat. Quod cũ
A frequenter accidat, frequẽter ſitiunt, proindeq;

deque ſiticuloſi dicuntur. At ſitis exiguo potu extinguitur. Nam vt paucus humor citò abſumitur, ita pauco potu reparatur. Neque plus appetitur, quã quod amiſſum eſt, quocirca ſi liberalius bibant, læduntur. Quod enim abundat, tanquam inutile & noxium natura reſpuit, quare in ipſo ventre largior potus aut fluctuationem ac ſtrepitum excitat, aut per ſumma hæret, ac innatat.

Cibiſq; gaudent ſiccioribus.

Scilicet ſimilibus, & quibus ſeruari poſſint, ſeruantur enim ſimilia ſimilibus. B

Humidioris uerò, ſi & ſiticuloſi nõ fiant, & ſine moleſtia largiorem potum ferant, cibiſq; gaudeant humidioribus.

Quemadmodum paucus humor citò celeriterque, ita copioſus tardè abſumitur. Quibus igitur venter humidus eſt, tardius ſitiunt. Opus eſt enim longiore tẽpore ad vberioris humoris quàm ad paucioris abſumptionem. Igitur largiore potu minus offenduntur. Tantus enim ſumi innocuè poteſt, quantus abſumptus eſt. Cibis quoque humidioribus oblectantur, ob antè dictam rationem. C

At ſi calidior natura uenter ſit, melius concoquit quàm appetit: longeq;

me

melius dura, ac coctu difficilia. Nã quæ facilè immutantur, corrumpit. Cibo uerò ac potu calido gaudet, nec à frigidis noxam ullam accipit, ſi modicè his utatur.

Non ſimpliciter ventriculum calidum probè concoquere ait, ſed melius quàm appetere, quanquam probè quidem immutat ac conficit cibum, minus tamen quàm calidus & humidus, vt mox docebitur: ſed quã
D frigidus melius. Cibos igitur teneriores ac delicatiores coctuq; faciles potius vrit calidus venter ac corrumpit, quàm cõcoquit: duros contrà ac cõtumaces optimè cõficit. Rationem enim quandam inter ſe, quod agit, & quod patitur, habere debẽt, vt docet Ariſtoteles: alioqui aut imperfectum relinquetur quod patitur, aut corrumpetur. Exiguus igitur ac impar cibo immutando cruditatem parit, vehementior verò ac viribus potentior quem immutat cibum adurit ac corrumpit. Mediocris autem mediocrem optimè concoquit, & vehemens durum, coctuq; contumacem: exiguus verò mollem ac delicatũ. Cæterùm nec citius nec celerius, ſed
E melius calidũ ventrem dura ac contumacia coquere ſcribit. Tardè enim hæc coquũtur, ſed

ſed à valido calore probè immutãtur. Cum enim cibus à calore in vẽtre immutatur, antequam coquatur, in tenuiſsima cõminuitur. Igitur craſsior ac durior ęgrius, tenuior ac mollior facilius coquitur. Conſtat igitur calidam ventris tẽperiem cibum durũ melius quàm mollem ac tenuem cõcoquere, & tardius illum quàm hunc immutare. Quòd verò melius concoquat quàm appetat, oſtẽdendũ eſt. Quod vt clarius fiat, ſcire oportet duplicem eſſe appetentiam, alteram naturalem, alteram animalem, vt vocat Galenus. Naturalis animalem præcedit, quod ad F
hunc modum fieri idem autor ſcribit. Animal aſsiduè per cutis ſpiracula in ambiẽtem aërem diſsipatur: primoq; partes cuti ſubiectæ vacuantur, vacuatæ, ex vicinis partibus alimentum ad ſe attrahunt: vt quod inanitum eſt, repleant: mox illæ rurſus ex ſibi vicinis, rurſusque hæ ex aliis ſibi propinquis. Itaq; ex proxima quaque parte facto ſemper celeri tractu, perinde quaſi in choro quodam, venæ quæ ad ventriculum perueniunt, tandem inanes euadunt, quæ & cõſue
uerunt & poſſunt cibum ex ventriculo ad ſe G
conuellere, veluti ſtirpium radices ex terra vliginem. Atque hæc actio cum animalis non ſit, ſed naturalis, haud aliter in animalibus quàm in plantis perficitur. Ventriculi autem

autem inanitionem ſequitur ſuctionis ſenſus, quem animalis appetentia, hoc eſt fames ſequitur. Primùm igitur, vt idem autor docet, antecedit inanitio, quam ſequitur naturalis appetentia: deinde ventriculi ſuctio, poſteà ſuctionis ſenſus: tandẽ verò animalis appetentia. Porrò autem facultatem qua cibi penuriam ſentimus, ventriculo indidit natura, vt ad cibũ capeſſendum animal exci-
H taret. Reliquæ autem partes cum ſemper præſentem cibum habeant quem attrahũt, ad inſtar plantarum quæ per radices terræ vliginem attrahunt, hac ſentiendi vi carẽt. Solus autem venter cibi penuriam ſentit, vt animal ad cibum, vt dixi, excitet. A cerebro enim natura ortos neruos duos in os ventris tranſmiſit, per quos ſentiendi vim recipit. Famem auget ventris frigus, vt quod illius ſubſtantiam ſtringat prematque, & premendo inanit. Impedit verò ac minuit hanc calor. Solidas enim partes laxat ac ſoluit: proinde ad attrahendum ventrem reddit inhabiliorem. Humidam quoque ſubſtantiam liquat, ac ſpatia vacua replet. Ita cali-
A dus venter minus appetit quàm concoquit. Quòd ſi tantus calor eſſet, vt robur omnino ſolueret, non ſolum non appeteret, ſed & malè concoqueret: vt fit in calida temporis conſtitutione.

Calidis enim cibis ac potionibus gaudet: neque à frigidis noxam ullam accipit, ſi modicè ipſis utatur.

Calidum cibum & potum nõ ſolum qui
re ipſa, ſed & facultate ſubſtantiaq; talis ſit,
intelligit Galenus: quibus delectari ventrẽ
natura calidum ſcribit. Vnicuique enim par
ti à natura tributum eſt, vt quod ſibi fami- B
liare eſt ac ſimile, appetat ac attrahat: quod
verò cõtrarium inimicumq; eſt, repudiet ac
expellat. Qualitatis enim contrariæ odium
quoddam à natura habet, vt Galenus do-
cet, vnaquæque corporis pars. Itaq; cibis &
potionibus calidis, calidus vẽter tanquã ſibi
amicis ſeq; tuẽtibus ac conſeruãtibus dele-
ctatur. Neq; tamen à frigidis læditur, ſi mo
deratus ſit vſus. Subitas enim vehemen-
teſque mutationes natura non ſuſtinet. Ita-
que ſi ad mediocritatem reducere calorem
velis, vtendum eſt frigidis, tanto quidẽ ex-
ceſſu, quantum ab ipſa mediocritate calor C
recedit. Idque moderatè fieri debet: hoc
eſt, neque affatim, neque initio ſtatim
tam frigida offerenda ſunt, quàm calidus
venter eſt, ſed mitiora primùm, deinde ve-
hementiora, paulatim vires eorum augen-
do. Atque ſic mutationem hanc natura ſine
vlla moleſtia feret.

Fri

Frigidior autẽ natura uenter, probè quidem appetit, ſed malè concoquit, cibos præſertim immitatu difficiles, ac frigidos. In ipſo enim facilè aceſcunt: quocirca ructibus acidis eiuſmodi uen-
D *ter eſt opportunus.*

Appetentiam animalem ex ſuctionis ſenſu naſci modò dicebamus, hũc verò ſenſum inanitione fieri: inanitionem verò tum vacuata & diſsipata in ambientem aërem materia cuti ſubiecta, tũ partibus vicinis ſemper trahentibus, donec venę quæ ad ventrẽ perueniunt, inaniãtur: tum frigore ſtringẽte prementeq́;, ac premendo inaniente. Qua ratione famelici ſunt qui frigidum ſtomachũ habent. Sed vt multum appetunt, ita malẽ concoquunt. Frigus enim torpidũ pigrumq́; corpus ad naturæ actiones omnes reddit: proinde cruditatem gignit: quã acor ſequi-
E tur, acidiq́; ructus, vt fuſiſsimè Galenus in libris de ſymptomatum cauſis docet.

Atque frigidis quidem gaudet, ſed ab immoderato eorum uſu facilè offenditur. Similiter autem & foris incidentiũ rerum frigidarum conſortium diu fer-

re non poteſt, quemadmodum neque calidus calidorum.

Vnaquæq; res ſuo ſimili gaudet, vt antè dictum eſt. Frigidus igitur venter frigido potu & cibo delectatur: ſed eorũ immodico vſu læditur, vt qui intemperiẽ augeat, eo quidẽ magis, quo frigus vehemẽtius, & vſus lõgior extiterit. Quo autẽ intemperies auctior eſt, eo eſt deterior, vt quæ à mediocritate lõgius diſcedat. Hac ratione quæ foris incidunt frigida, qualia ſunt ambiens aër, aqua, vnguenta, & id genus alia, diu ferre frigidus venter non poteſt: eorum enim cõtactu longiore vehementer refrigeratur, ac imbecillior redditur: quemadmodum calidus venter rerum calidarum vſu. F

Vẽtris uerò intẽperies ex morbo cõtractæ, hoc ab ingenitis differunt, quòd nõ ſimilia, queadmodũ natiuæ, appetãt. G

Omni animãti à natura tributum eſt vt ſe tueatur. Tuetur autem ſe, ſimilia, & quæ ſecundum naturam ſunt, appetendo, amplectendoque diſsimilia ſibique contraria declinando. Itaque natiuæ intemperãtiæ omnes ſimilibus qualitatibus gaudent, calidæ quidem calidis, frigidæ frigidis, humidæ humidis, & ſiccæ ſiccis. Fugiunt verò contra-

rias, vt calidæ frigidas, frigidæ calidas, humidæ ſiccas, & ſiccæ humidas. Ex morbo autem contractæ contrarias appetunt, & ſimiles vitant. Morboſus enim ventriculi calor refrigerari, frigus calfieri cupit: & reliquæ
H pari modo qualitates contrarias deſiderãt, & ſimiles auerſantur. Quòd autem morboſæ qualitates contrarias appetant, hoc ideo fit, vt quod præter naturam eſt, expellatur: quod non niſi per cõtraria fieri poteſt. Contraria enim contrariorum ſunt remedia. At quod ſecundum naturam eſt, ſeruari debet, vt in omnibus in confeſſo eſt: ideo ſimilia deſiderat, ſimilibus enim ſimilia ſeruantur.

Coniugatæ autem uentris intemperantiæ ex ſimplicium compoſitione noſcuntur.

A Copulari poſſunt, vt antè declaratũ eſt, agentium ventris qualitatum exuperantiæ cum patientium exuperantiis, interdũ vtriſque paribus, interdum altera maiore, idque vel in idem vtriſque conſpirantibus, vel in diuerſa agentibus. Cum igitur in idem eiuſmodi exuperantiæ tendunt, affectus, notæque manifeſtiores ſunt. Cum verò in diuerſa, obſcuriores: quemadmodum ſi altera exuperantia maior, altera minor ſit, vtraque in

idem etiam conſpiret, minus cõſpicuus erit. Ventris ſiccitas, verbi gratia, ſitim adfert. ſiccitati ſi adiunctus impar ſit calor, aut calori ſiccitas, ſitis quidem augebitur, B ſed minus quàm ſi vtraq; qualitas ex æquo adaucta eſſet, vtraque enim per ſe hanc mouere poteſt. Iũctæ igitur maiorem ſitim efficient: quòd ſi cum frigore copulata ſit ſiccitas, minorem. Tendunt enim in diuerſa, quatenus ad mouendam ſitim attinet, ſiccitas & frigus. Aut ſi cum calore quidé ſed remiſsiore ſiccitas, aut contrà calor cum minore ſiccitate, minor erit ſitis quàm ſi vtraque qualitas multum & ex æquo excederet: vt modò docebamus. Similiter autem ſi ventris frigus cum humore iunctum ſit, maiorem: ſi cũ ſiccitate, minoré acoré gignet: C aut ſi cum humore quidé, ſed remiſiore. Ad eundem modum commiſtus cũ humore calor melius cõcoquit, cum ſiccitate deterius, aut calor cum humore pauciore, vel largior humor cum minore calore.

Diligenter autem quæ diximus attendenda ſunt, & ab his quæ dicemus, diſtinguenda: quandò non ſolus uenter ſitim adfert & adimit: nec frigidi aut calidi potus appetentiam excitat, ſed thora-

racis uiſcera, nempe cor, & pulmo. At qui ob horum calorem ſiticuloſi ſunt, plus ſpiritus attrahunt, & longè
D *expirant: ardorémque in thorace ſentiunt: non autem in hypochondriis, quemadmodum ſolent qui ob uentriculum ſitiunt.* Nec *protinus potu ſitis extinguitur. Frigidus quoque potus quàm uberior calidus eorum ſitim melius ſedat, hos uerò frigidi aëris inſpiratio refrigerat: nihil eos iuuans quibus uentriculus ſitim attulit. Ad eundem modum qui contrario modo ſe habent, frigida inſpiratione manifeſtè læduntur.*

Cum ſitis non ex ventris ſolùm intemperie, ſed etiam cordis & pulmonis accidat, notas docet quibus hanc ab illa diſtinguere
E oporteat. Quæ enim cordis & pulmonis fit calore, amplius inſpirat, & longius expirat. Inſpiratione enim aër intromittitur: expiratione verò foras expellitur calidus & fumoſus halitus. His enim modis, vt antè declaratum eſt, quũ reliquum corpus, tũ maximè thorax, & quæ in eo cõtinentur viſce-

ra, refrigerantur. Ad extinguendam igitur ſitim quæ pulmonis & cordis calore accidit, opus eſt aëre frigido, tanto quidem, quantus calor eſt qui ſitim attulit: & expiratione tam longa, quàm multus quamque calidus eſt qui emittitur ſpiritus. Longam expirationem intelligo, non ſpiritũ longè emiſſum, vt is eſt qui vehementer flando aut ſibilãdo fit (nam exiguus eſſe poteſt) ſed multum, & qui longiore mora efflatur, ſic enim multus redditur: quod neceſſariò fit cum cordis & pulmonis temperamentum calidũ eſt, μακρὸν enim non ſolùm longum, ſed & multum & magnum ſignificat. Itaque quãta ſitis fuerit, quam quidem antè dictorum viſcerum calor peperit, tãta inſpiratio tamque magna expiratio ſubſequitur. Cæterùm cum calor ardorq; qui hanc ſitim mouet, in corde vel pulmone, vel vtroque viſcere contineatur, atque eiuſmodi viſcera in thorace ſint collocata: is neceſſariò in thorace ſentitur, non autem in hypochondriis, vbi poſitus venter eſt. Ex his palam eſt ſitim quæ pulmonis & cordis calore fit, frigido potu, niſi multo, poſtque lõgam moram, iuuari non poſſe. Longa enim via eſt per quam is in ea viſcera fertur. Nam primùm in ventrem deſcendit, deinde per venas in iecur tranſit, à quo per magnam venã

F

G

in

in cor: à quo tandem in pulmones peruenit: atque tranſeundo plurimùm calefit: proinde ſitim quæ ex eorum viſcerum calore fit, nõ extinguit: aut ſi extinguit, non tamen protinus, vt quæ ſolo frigore ſedari poſsit, hac ra-
H tione, calida potione etiam liberaliore minus ſedari poteſt, quàm frigida exigua, vini, verbi gratia, larga potio minus quàm aquæ exigua hanc ſitim mitigare poteſt, hinc fit vt æſtate vtroque remedio ad ſitim extinguendam ſit opus, nempe aëris frigidi inſpiratione, & potu liberaliore tum ſubſtantia tum qualitate frigido. Ambiens enim aër cũ calidus ſit, non ſolùm pulmones & cor, ſed & arterias, atque (vt ſemel dicam) omnes corporis partes tam inſpiratu quàm cõtactu calfacit: vnde ſitis naſcitur. Rurſus cum corporis noſtri ſubſtantia non ſolùm in vapores ſed ſudores eo tempore diſsipetur, tandem attrahentibus inanitis partibus à ſibi vicinis, ventris natiuus humor abſumitur, qui
A nõ ſola aqua, ſed & vino aut ſimili quopiã reparari debet. Itaque ſitis hæc & qualitatẽ frigidam, & ſubſtantiã humidam, vnde reſarciatur inſitus humor, deſiderat. Cæterùm cum pulmones cor & reliquæ corporis partes (vt modò dicebamus) calefiant, vnde ſitim etiam naſci diximus, inſpiratu aëris frigidi ad hanc compeſcendam eſt opus. Frigi

dus enim aër inſpiratus protinus in pulmones tranſit, & à pulmonibus ad cor, deinde in reliquum corpus, ſtatim igitur ſitim quæ ex horum viſcerum calore naſcitur, ſedat: tandem longo tempore eam quæ à ventris calore gignitur: quemadmodum contrà ea B quæ à ventris calore fit, ſtatim potu frigido ſedatur: proceſſu verò temporis & ea quæ ex pulmonis & cordis calore generatur. Sũt qui cum dictis viſceribus, iecur annumerant: ſed cum ipſum frigido potu quàm aëre citius refrigerare poſsit, ſuam temperiem reſpiratu prodere non poteſt. Ad ipſum enim ex ventre ſtatim potio fertur, non autem aër, ſed primum, vt dicebam, ad pulmones, deinde ad cor, poſteà ad arterias, tãdem ad ipſum iecur, & reliquas corporis partes. Iuuantur igitur frigida inſpiratione cor & pulmones calidi: calida verò læduntur. Ad eundem modum eadem viſcera frigida calido inſpiratu iuuãtur, & frigido offendũtur. C

Atque hoc eſt maximum frigidi pulmonis argumentum. Quemadmodum autem frigida inſpiratio hos manifeſtè lædit, frigoriſq; ſenſum inuehit: ita calida eſt ipſis amica. Sed & pituitoſa excrementa cum ſcreatu & tuſsi reijciunt.

Vna

Vnaquæque corporis pars ſuo ſimili, vt ſæpe diximus,gaudet: quo ſi immodicè vtaris,manifeſtè lædes,auget enim qualitas ſimilem exceſſum. Si autem pulmo citò faciléque frigoris iniuriam ſentiat, euidens eſt
D eius frigoris nota,quæ certior erit, ſi calida inſpiratione iuuetur. Frigus enim tanquam contrarium calor expellit. Quòd ſi cum his tuſsiendo excrementa pituitoſa reiiciat,certiſsimum indubitatumq; frigoris erit ſignũ. Crudam enim pituitam frigoris ſobolẽ eſſe iam ſuprà declarauimus.

Pulmonis autem ſiccitas excrementis & pituita uacat.

Siccitas humiditati aduerſa,pituitam pituitoſáve excrementa neque gignit neque colligit: vt ex his quæ ſuprà de cerebri ſicci notis prius diximus,conſtare poteſt.

Et uocem canoram reddit: quemad-
E *modum humor fuſcam & raucam. Maiorem uerò acutioremq; edere uolẽtibus interueniunt excrementa. Sed nec ipſa uocis magnitudo à calore fit: quemadmodum nec exiguitas à frigore: uerùm illã aſperæ arteriæ amplitudo, perflationiſq; uehementia: hanc uerò contrariæ*

cauſæ efficiunt.Itaque neque perpetuò neque primariò, ſed ex accidente ſolis ingenitis,non autem aduentitijs temperamentis uocis tum magnitudo, tum exiguitas ſuccedit.Quoniam autem inſtrumenta alia aliam temperamēti naturam ſequuntur, inſtrumentorum uerò uox: ingenitam intemperiem concludere ex uoce licebit. F *Etenim uox læuis, arteriæ leuitatem arguit: quemadmodum aſperitatem aſpera.Itaque læuitas arteriæ,temperamenti mediocritatem ſequitur: aſperitas uerò ſiccitatem. Aſperitas enim ab inæqualitate corporis duri fit.Cæterùm ſimplicium eius partium ſiccitas duram efficit arteriam: inæqualem uerò humoris per has diſperſi penuria.Eodem modo neq; uox natura acuta ſine faucium anguſtia,neque grauis ſine amplitudine fieri poteſt.* G *Anguſtia quidem inſitæ frigiditatis eſt ſoboles,amplitudo uerò caloris.*

Pulmo,reſpirationis inſtrumentum eſt,

gut

guttur autẽ vocis: aſpera verò arteria vtriq;
inſtrumento famulatur. Reſpirandi princi-
pium à thorace pulmo habet, hoc eſt dilatã-
di cum ſpiritum accipit, & contrahendi cum
eundem reddit. Hanc reſpirationem liberã
quidem efficit ac minimè violentam, ſeptũ
tranſuerſum, violentam verò thoracis mu-
ſculi. Itaque vbi quis ſpiritum liberè emit-
tit, expiratio eſt. Vbi verò violẽter, nõ ſim-
pliciter expiratio, ſed & vehemens expira-
H tio dicitur, quam ἐκφύσησιν græci vocãt, nos
perflationem, aut ſi mauis, efflationem, quæ
præfatis muſculis vehemẽter thoracem mo-
uentibus fit. Itaque aër intrò recipitur dum
thorax dilatatur: foras verò emittitur, dum
idem clauditur contrahiturque. Igitur dum
emittitur, ſi guttur tranſeundo elidit percu-
titque, vox funditur. Quod vt melius fiat,
obiectum gutturi palatum eſt tanquam tin-
tinabulum quoddam, vt Galenus ait, ſine
quo certè vox neque canora neque ſuauis
eſſet. Quibus enim palatum vitiatum eſt,
culpata prorſus vox eſt: qualis in plurimis
eſt qui ex Hiſpanica ſcabie vitiatã hanc par-
A tem habent. Cæterùm aſpera arteria vocis
materiam præparat ac velut exaſciat guttu-
ri. Quoniam autem pulmo recipere aërem
quem expiraret efflaretque, debebat: opor-
tuit aſperam arteriam in varias fibras diſtri-
bui,

hui, quæ perpetuò inanes vacuæque ſanguinis ac alterius humoris eſſent, vt ſpiritum, vocis materiam, reciperent, deinde, vt dictum eſt, foras emitterẽt. Porrò autem aſpera arteria membrana ſiccitatis moderatæ eſt obducta, ad vſum quem mox dicemus. Hæc itaque ad vocem efficiendam neceſſaria ſunt. Cum igitur vox aëris repercuſſu fiat, oportet quod percutitur inſtrumentũ, B neque ſiccum neque humidum vehementer eſſe. Præterea cum aër qui emittitur, non tam vehementer ex ſe percutere poſsit, vt eius illiſu ſonũ edat, opus fuit aliquo quod moueret impelleretq; ſpiritum, nempe pulmone. Cum rurſus per ſe is moueri nó poſſit, aliis opus fuit quæ concluſum in ipſo aërem expellerent, validius aut impotentius, pro neceſsitatis ratione. Itaque ſeptum tranſuerſum ad liberam expirationem, & muſculi coſtales ad violentam, à natura condita ſunt. Maiore enim impulſu ad vocem edendam opus eſt quàm ad naturalem ſpirationem. Vocis igitur differentiæ ſumendæ C ſunt ab aſperæ arteriæ temperamento, mẽbranæ eius internam partem cótegentis conformatione, meatus per quem vox egreditur, magnitudine, & expirationis vehementia. Humor enim arteriæ vocem reddit fuſcam, obſcuramq; ac raucam, ſiccitas verò

claram,lucidam,ac canoram. Ex ſubſtantia enim humida ac molli ſonus admodum obſcurus funditur,quòd ſcilicet percutienti cedat. Contrà ſicca & dura renixu clarum efficit. Ferrum verbi gratia igni remollitum, ſonum percuſſu obſcurum reddit:refrigeratum verò ac iam induratum,clarum. Sic
D plumbum obſcurè ſonat,æs clarè. Ad eundem modum vocem variã efficit ſuprà memoratæ arteriæ conformatio. Exaſperata enim aſperam,læuigata verò læuem vocem emittit. Dicebamus modò aſperam arteriã gutturi vocem præparare. Cum igitur à pulmone per hanc ſpiritus impellitur, ſi quidem læuigata dicta membrana ſit, ſine impedimento ad guttur vſque, vbi vox colliſa efficitur,permeat, fitque læuis ac ſuauis. Si verò exaſperata ſit,in aſperitatis inæqualitatiſque eminentiores partes impulſus aër impingit,& ſonum efficit varium, inæqualemque, prout partes illæ tum magnitudi-
E ne inæquales, tum mollitie ac duritia diſſimiles ſunt. Atque hanc vocis inæqualitatem, aſperitatem dicimus, non aliter atque ſonum qui ex lima & ferro eliditur. Ob limæ enim inæqualitatem ferrum inæqualiter percutientis, inæqualis aſperque ſonus redditur, magis aut minus pro limæ maiore minoreue inæqualitate. Amplitudo
quo

quoque arteriæ & anguſtia voces varias efficiunt. Si enim lata hæc ſit, vox grauis redditur: ſin anguſta, acuta. Quòd ſi cum arteriæ amplitudine vehementer aër impellatur, vox magna fit, vehementer enim impellitur ſi thoracis muſculi robuſti ſint. Ad eundem modum ſi, anguſta aſpera arteria eſt, atque aër vehementer impellatur, vox acuta efficitur. Si verò languidè, exilis ac parua. F Itaque ab expirationis vehementia vocis differentiæ ſumuntur. Inter ſe igitur vox magna & grauis differunt, quòd hæc ſine magno, illa cum vehementi aëris impulſu fiat, conueniunt verò aëris impulſi multitudine. Ad eundem modum acuta & parua inter ſe ſpiritus emiſsi exiguitate cõueniunt: ſed hoc differunt, quòd acuta validè, parua languidè emittitur. Clara igitur vox & canora, pulmonis & aſperæ arteriæ moderatam ſiccitatem ſignificat: obſcura verò & rauca, humorem. Rauca quidem cum humidis excrementis, quæ expirandi conatu maiore excerni ſo G lent: obſcura verò ſine his fit. Magnitudo autem calorem quidem inſtrumenti ſignificat, quẽadmodum paruitas frigus, ſed id ex accidente, & alterius interuentu. Arteriæ enim amplitudo, & expirationis vehementia, vocis magnitudinem faciunt: amplitudinem verò, tum impellentium muſculorum

rob-

robur, tum natiui caloris abundantia. Magnitudo igitur vocis primùm ac ſtatim inſtrumenti amplitudinem arguit, & validã expirandi facultatem: amplitudo inſtrumenti, & robur facultatis, calorem. Similiter autem vocis paruitas, meatus anguſtiam protinus oſtẽdit vnà cũ impultricis facultatis imbecillitate: meatus autem anguſtia, & facultatis imbecillitas, frigus. Suprà enim docuimus propriũ caloris munus eſſe dilatare, frigoris verò conſtringere. Ad eundẽ modum vox grauis, arteriæ latitudinẽ ſtatim indicat, inualidamq́; expirationẽ: latitudo autẽ, arteriæ caliditatẽ, ſed thoracis imbecillitatem, aut aliam occaſionem, quæ expirandi vehementiam impediat. Acuta contrà arteriæ anguſtiam ſignificat, anguſtia verò frigus. Aſpera autẽ vox primùm arteriæ aſperitatem, hæc verò immodicã ſiccitatem, lęuis verò læuigatam arteriam primùm oſtẽdit, deinde eandem eſſe temperatam.

A *Naturalibus autẽ uocum differentijs proportione reſpondẽt hæ quæ ab aliquo fiũt affectu: eædẽ & cauſarũ à quibus fiunt, notæ exiſtũt: de quibus abundè in libris de uoce diſputatum eſt.*

Non aliter vocũ præter naturã differen-

tiæ, morbũ à quo proficiſcuntur, quàm natu rales ingenitam ſuam temperiẽ oſtendunt. Nam vt vox natura rauca, arteriæ humidita tem ſignificat, ita & quæ talis ex morbo fit. Raucedo enim ab humida intẽperie tã natu rali quàm prȩter naturã fit. Ad eũdẽ modũ B vocis aſpitas fit primũ ab arteriæ, vt antè di ctum eſt, aſperitate: hæc autem à ſiccitate tum naturali, tum præter naturam. Eadem eſt reliquarum vocis differentiarum ratio.

Reliquæ verò animãtis partes internæ, obſcuras ſui temperamenti notas habent. Elaborandum tamen eſt, ut ex his quæ iuuare & lædere ſolent, & ex naturalium facultatum functionibus, eas cognoſcamus. In tertio autem libro de ſymptomatum cauſis diximus, facultatis cuiuſque uirtutem ac uitium temperiem præire. Hactenus igitur de temperamentorum notis. C

Reliquarum animantis partium internarum temperamenta cognoſcũtur (ſed obſcurè) ex his quæ iuuare ac lædere ſolent, actionibuſq; facultatũ naturaliũ. Diximus antè vnumquodq; ſuo ſimili gaudere, lædi tamẽ immodico eius vſu: iuuari verò ſuo contra-

rio, ſi modus vtendo adhibeatur. Siqua igitur pars calidorum vſu facilè lædatur, calida: ſi frigidorum, frigida: ſi humidorũ, humida, & ſiccorum ſicca iudicanda eſt. Si verò calidis moderatè adhibitis iuuetur, frigida: ad eundem modum ſi frigidis, calida tempe-
D ries cenſenda eſt. Reliquarum autem eadẽ eſt ratio. Sed quoniam eiuſmodi internæ partes non admodum his cauſis patent, non facilè per has notas earum tẽperamenta deprehendentur. In hoc genere continentur renes, veſica, inteſtina, lien, & aliæ id genus partes: quæ ſi frigidis lædantur, frigidæ: ſi calidis, calidæ ſunt exiſtimandæ. Cæterùm facultatum naturalium functionibus cognoſcuntur eiuſmodi partium temperamenta. Facultates naturales voco, quæ attrahunt cibum, attractũ continent, & concoquunt, deinde quod ſuperuacuum eſt, expellunt. Nulla enim corporis pars eſt, quæ omnibus hiſce facultatibus prædita non ſit:
E quarum cuiq; ſuum ineſt temperamentum. Aliud enim concoctioni, aliud aliis debetur. Quoniã igitur concoctio ſine motu ad locum fit, ſicco inſtrumẽto nõ indiguit, ſed calido & humido, quod probè cõcoqueret & nutricaret, vt Galenus in vltimo de ſymptomatũ cauſis docet. Reliquæ verò facultates, nempe attrahẽdi, cõtinendi, & expel-

lendi, non ſine motu munus ſuum obeunt: proinde πρακτικὰς, hoc eſt (vt interpretamur) actuoſas Græci appellant, quemadmodum & quæ voluntatis imperio mouent, ſic enim vtraſq; vocat Galenus: in hoc quidem opere eas quæ voluntatis imperio, in vltimo verò de ſymptomatũ cauſis eas quæ ſine arbitrio ſed naturaliter ad locũ mouent. F Cęterùm quatuor facultates naturales, quatuor qualitatum temperamentũ ſequuntur, vnaquæq; ſuũ: ipſas verò facultates, actiões. Ab actionibus igitur notæ ſumũtur, quibus facultates primùm, deinde temperamẽta cognoſcuntur. Quoniam igitur vnũquodque temperamẽtũ ſua ſequitur facultas, vnamquanq; verò facultatem ſua actio: vt diuerſæ inter ſe ſunt partis cuiuſq; actiones, ita diuerſæ ſunt eius facultates, & vt inter ſe diuerſæ hæ ſunt, ita tẽperamenta diuerſa eſſe G oportet. Quod cũ ita habeat, vna actio, atque interdũ plures infirmæ eſſe poſſunt, reliquæ verò validæ. Pueri enim optimè concoquunt, malè verò cõtinent. Nõ enim eodem modo natura functiones ſuas omnes molitur. Siquidem immutat, concoquit, nutrit, ſine vlla loci mutatione, ſed omnibus inter ſe propinquis, nimirum inſtrumento, & re immutanda. Quum igitur à calido & humido aut horum altero fiat concoctio,

vtr

vtroque quidẽ optima:calido tantùm, proba:tantùm verò humido, imperfecta : partẽ
H quæ concoquit, calidam aut humidam, aut calidam ſimul & humidã, prout actio eiuſmodi proba eſt,aut minus proba,eſſe oportet. Quum verò ſine motu functiones quas nos actuoſas,græci πρακτικὰς vocant, perfici non poſsint:hoc eſt attractione, comprehenſione,& expulſione : inſtrumentum robuſtum eſſe debet. Robur autem à ſiccitate nõ qualibet ſed mediocri naſcitur:vt antè docuimus. Siccum igitur inſtrumentũ eſſe debet quod attrahit, continet, ac expellit,non quãtumlibet, ſed moderatè, vt probè flectatur ſtringaturq; dum munus ſuum obit,hoc eſt, vt diximus, dum cibũ attrahit, quod ſuperuacuum eſt expellit,ac quod im-
A mutat,comprehendit ac continet tantiſper dum concoxerit. Quod ſi vehementer ſiccum ſit,nutritioni ineptum eſt. Neq; enim vnit neq; glutinat. Id igitur ægrè attrahit, cõtinet,ac expellit. Frigus autem ad omnes naturæ functiones ineptiſsimũ eſt:cui ſi adiuncta ſiccitas ſit,omnium peſsimè immutat ac nutrit. Medio verò modo inter aptiſsimũ & ineptiſsimum ſe habet ad functiones quas actuoſas appellari modò dicebamus. Ex his igitur conſtat quæ actiones quorum temperamentorum virtutes & vitia oſtendunt.

Quod ſi accuratius intelligere cupias, te ad vltimũ de ſymptomatũ cauſis librũ relegamus. In exẽplaribus grȩcis quotquot vidi, legitur, ἥτις ἑκάστης δυνάμεως ἀρετῇ τε καὶ κακίᾳ ἡ προηγουμένη κρᾶσις ἐστίν. In exemplaris Germanici margine ſcriptum eſt, ὅτι τῆς ἑκάστης ἀρετή τε καὶ κακία προηγουμένη κρᾶσις ἐστίν. quam lectionem ſequutus eſt Leonicenus. ita enim vertit. Dictum verò in tertio de cauſis accidentium, quòd cuiuſque potentiæ virtus & vitium, temperatura principalis exiſtat. ex quo conſtat eum non ſolùm ὅτι pro ἥτις legiſſe, ſed & ἀρετὴ & κακία in nominãdi caſu pro ἀρετῇ & κακίᾳ in dandi caſu: quæ lectio nullo modo intelligi poteſt. Quid enim quæſo ſignificat, Virtus & vitiũ principalis tẽperatura exiſtit? Quatenus autem ad dictionem ὅτι attinet, rectè iudicio meo legi poteſt, vt ſenſus ſit: In tertio autẽ libro de ſymptomatũ cauſis, diximus facultatis cuiuſq; virtutem ac vitium temperiem præire, hoc eſt præcedere & priorẽ eſſe. Certum enim eſt actionẽ tam probã quàm improbã facultatẽ ſequi, facultatẽ verò tẽperamentum, quod facultate prius eſt, & facultas actionis probitate ac improbitate. Quòd ſi ἥτις legere malis, tuo iure poteris. Senſus enim eſt, In tertio autem libro de ſymptomatum cauſis docuimus quænam facultatis

cui

cuiuſque virtuti ac vitio temperies præſit. Illic enim docuit quæ actio quam facultatem ſequitur, & quæ facultas temperaturam.

Magnitudinis uerò, uel formationis, uel numeri, uel poſiture uitia, quæ quidem ſenſibus obiecta ſunt, facilè cognoſci poſſunt. Ex *his uerò quæ ſenſum latent, alia quidem difficilè, alia uerò nullo modo cognoſcuntur.* Siquidem *capitis & cerebri magnitudo ac figura manifeſtè apparent, atque de his antè meminimus, quemadmodum & de thoE race.* Similiter *autē nec difficile eſt opertas ſcoptulas, humeros, brachia, cubitos, extremas manus, coxas, femora, tibias & pedes cognoſcere, ſiue in formatione, ſiue magnitudine, ſiue numero, ſiue partium quibus conſtant compoſitione uitium contractum ſit.* Horū *enim cuiuſque actiones offenſæ manifeſtæ ſunt.* Eorum *uerò quæ in corpore latēt, non omnia cognoſci poſſunt.*

Quemadmodū corporis partes duplices

ſunt,ſimplices,& cōpoſitæ, ita actiones duplices ſunt. Quædam enim primæ maximeque propriæ ſunt,quædam verò ex acciden- F te.Primæ à ſimplicibus partibus, ſecūdæ ab inſtrumentis proficiſcuntur. Ex ſimplicibus igitur partibus inſtrumenta componuntur, ab ipſiſque actiones habent. Nulla enim ſimplex pars eſt quæ vel non agat,vel vſum aliquē præbeat ad totius inſtrumēti actionem. Muſculi verbi gratia actio, motus eſt: cruris verò,progreſsio. Quanquā enim muſculus primū ac per ſe crus mouet, nō tamen ſolus progreſsionem perficit. Itaq; in crure ſunt muſculi tot numero tales ac tanti,quot quales & quanti ad probam progreſsionem requirūtur. Oſſa quoq; adiuncta ſunt tot & tanta mole, hoc modo conformata, ac ſibi G inuicē ſic coaptata:alioqui muſculi etſi primum ſoliq; mouent, progreſsionē perfectā non ederent. Aliæ etiā partes ſimplices cum iuſta magnitudine,certo numerò,apto poſitu,ac idonea conformatione ad cruris compoſitionem poſitæ ſunt, nō ſine magno vſu: vt ex libris Galeni de vſu partium conſtat. Si igitur noſſe partium omniū vſum ac vtilitatem velis,earum ſubſtantia,forma, magnitudo,numerus,poſitus,connexioque cognoſcenda ſunt. Scimus enim cum natura nihil temere agat, horum quoque alicuius

grat

gratia, hoc eſt actionis ac vtilitatis conditũ
H eſſe: quæ cum ſenſibus pateãt, ſenſus probę ne ſint an improbæ, facilè iudicare poterit: proinde an partes ipſæ probè, improbène cõditæ ſint. Si verò in corpore deliteſcant, aut ſenſus iudicio ſubiectæ non ſint, ægrè quidem hæ iudicari poſſunt. Senſibus autem patent caput, thorax, opertæ ſcoptulæ, humeri, brachia, cubiti, manus, coxæ, femora, tibiæ, pedes, nares, & id genus aliæ. Earũ igitur partium vitia ac virtutes facilè cognoſci poterunt, quæ ſcilicet in magnitudine, conformatione, numero, poſitura, complexioneque inter ſe, ſunt poſita. Magnitudinis vitia ſunt nimia craſsitudo & gracilitas, latitudo & anguſtia, lõgitudo & breuitas, tum corporis vniuerſi, tum eius partium. Confor
A mationis, deprauata figura, cuiuſmodi ſunt obliqua, recta, curua, plana, rotunda, & id genus aliæ, aſperitas & læuitas, &c. Numerus excedens, vt ſextus digitus, tertius teſticulus. Deficiens, vt ſi tantum quatuor digiti in manu ſint. Hæc igitur omnia cum ſub ſenſum cadant, facilè cognoſcuntur. Quæ verò intra corpus ſunt, non omnia cognoſci poſſunt. Quædam enim horum obſcurè ac coniectura tantùm, quædam nullo modo noſcuntur: vt in ſequentibus dicetur.

Cuiuſdam enim uentrem uidi adeò exiguum, rotundum & prominentem, iuxta hypochondrium collocatũ, ut eui dẽter ſe ſua circunſcriptione tum uidentibus tum tangentibus proderet. B

Cum earum quæ intra corpus ſunt partium, alias cognoſci poſſe, alias non poſſe antè dixerit Galenus: quænam poſsint, nũc oſtendit, nempe ventriculum & veſicã euidenter quidem, iecur verò & alias quaſdam coniectura tantum: vt pòſt dicetur. Ventriculus igitur & veſica euidenter ſua circunſcriptione apparẽt, iecur verò tantum coniectura. In quibuſdam igitur ventriculum C minorem & rotundiorem prominentiorẽq; iuxta hypochondria ſe deprehendiſſe ait: hac itaq; ratione magnitudinem figuram & ſitum eius cognouiſſe. Hũc enim circa medium partis ſuperioris & inferioris, prioris & poſterioris, paululumq; ad dextrum defle ctentem natura collocauit, vt ab his vſum aliquem reciperet. In ſuperiore enim parte cor & ſeptum tranſuerſum, in inferiore meſenterium & inteſtina: in dextra iecur, in ſiniſtra lienem: in priore omentum, in poſteriore dorſi muſcalos, magnam venam, & arteriam habet: quæ omnia ſuo calore iuuant

con

D cõcoctionẽ. Si igitur vẽtriculus promineat, munus ſuũ improbius obibit. Neq; enim ab antè dictis partibus tantũ caloris ſuſcipiet, quantũ ſi à natura ordinatũ ſitum ſeruaret. Præterea iecur quod in ſublimi poſitũ eſſe iam diximus, premet, atq; ſeptũ trãſuerſum, præſertim cibo plenus: proinde ſpirãdi diffi cultatem adferet. Cæterùm ſi minor quàm pro corporis ratione ſit, probè quidẽ conco quet, ſed cibi minus concipiet quàm alendo corpori ſufficiat: itaque cibum crebrò ſume re coget: quod homini moleſtũ eſt. Quòd ſi rotundior ſit, nec vitio quidem caret, cibum enim diutius continet, eiusque deſcenſum in inteſtina prohibet.

E *Similiter & cuiuſpiam ueſicã adeò eminentem exiguamq; deprehendi, ut ſi tardius urinam reddidiſſet, circunſcriptus tumor manifeſtè apparebat.*

Vitioſam veſicæ magnitudinẽ & ſitum poſſe deprehẽdi Galenus ſcribit, quũ videlicet diuti⁹ vrina retẽta fuerit. Sæpe enim vel pudore, vel occupatiõe aliqua detẽti nõnulli vrinã tardius reddũt: atq; tunc in pube tumor apparet, ſcilicet veſica extãte, ac eminẽte. Itaq; eius exiguitas frequentia reddendę vrinæ moleſtiam facit, frequẽtius enim red-

F dere coguntur quibus exigua veſica eſt.

Quan

Quanquam autem nulla aliarum internarũ partium maniſeſtum mihi unquam de ſe præbuit indicium, danda tamen opera eſt quàm maximè fieri poteſt, ut earum uirtutem & uitium ſi non certa firmáq; ſcientia, ſaltem artificioſa coniectura cognoſcamus: uelut gratia exempli iecoris. Nonnullos *enim noui, & quidem multos, qui graciles uenas habebant, corpuſq; uniuerſum decoloratum: quorum, cum paulò plus cibi aſſumpſiſſent, præſertim flatulenti, craſſi, & glutinoſi, alij uelut pondus quoddam innixum ac ſuſpenſum in dextri hypochondrij profundo ſentiebant: alij tenſionis dolorem, hos igitur & iecur paruum & anguſtos meatus habere uerisimile eſt.* G

Euidenter ventriculi & veſicæ vitia deprehendi poſſunt, vt antè oſtenſum eſt: reliquarum verò corporis internarum partium non firmis, per ſeque cognitis principiis, ſed coniectura tantùm, quæ ex prægreſsis cauſis & effectibus ſub ſenſum cadentibus fit: vt

mox

mox docebimus. Eiuſmodi enim cauſę, ſuorum effectuum artificioſam coniecturã adferunt: quemadmodum effectus ſuarũ cauſarum. Cauſas eiuſmodi προκαταρκτικὰς vocant, non ſolùm præſentes, ſed & quæ præceſſerunt, etiam ſi præſentes amplius non ſint. Ex præſenti, verbi gratia, tẽporis conſtitutione vehementer calida & ſicca, ardentem febrem & tertianam coniicimus: ex lauatione in aluminoſa aqua, quæ cutim conſtipauit, febrem diariam. Ad eundem modum ex effectibus coniecturæ ſumuntur, vt ex vrinæ ſuppreſsione coniicimus calculum in veſica vel renibus eſſe, aut pus, aut aliud quod vrinæ vias obſtruit. Vbi igitur eiuſmodi cauſæ plures habent effectus, aut effectus plures cauſas, opus eſt ſolerti coniectura. Itaque cum venarum gracilitas quæ ſenſibus obiecta eſt, plures habeat cauſas, non protinus arguit iecoris exiguitatẽ: ſed cum ipſa ex materia pauca & à frigore fiat, vtrũque ſignificare poteſt. Itaque & adiungendæ aliæ notæ ſunt, vt certior coniectura fiat, nempe pallor, & decoloratio vniuerſæ cutis, & pondus hypochondrio innixum, aut tenſionis dolor poſt largiorem cibum ſumptum, præſertim craſſum, flatulentum, & viſcoſum. Sola igitur venarùm gracilitas certam exiguitatis iecoris coniecturam efficere

re nō poteſt:quum , vt modò dicebamus,ea non ſolùm ob paucam materiā,ſed & à frigore iecoris venarum materiam diſtendere nequeunte fiat.Si cum gracilitate cutis pallor (hoc eſt decoloratio , ſiue vt græci, ἄχροια) coniunctus ſit, ne ſic quidem certa coniectura erit. Eiuſmodi enim pallor, caloris natiui penuria fit. Rurſus exiguus calor ſanguinis penuriam ſequitur. Hæc autē non ſolùm venarum exiguitatem,ſed & pituitæ copiam gignit.Si igitur cum venarum gracilitate,& cutis pallore, grauitas aut tenſionis dolor in dextro hypochondrio poſt ſumptum immodicum cibum ſentiatur,iam C certior erit iecoris exigui coniectura. Cibū enim crudum pondus,flatum verò tenſio in iecore eſſe arguit.Ille enim ſuo pondere viſcus deorſum trahit,hæc verò diſtendendo dolorem inuehit. Hæc autem nec ſola per ſe, quemadmodum nec venarum gracilitas, nec cutis pallor,iecoris exiguitatis teſtimonia ſunt,ſed omnia hæc ſimul coniuncta.

Alterum uidi toto habitu pituitoſum,quotidie tamen pallidam bilem uomitione reijcientem.Itaque alui ſedimēta inſpicienda eſſe duxi: in quibus bilis minimum erat. Meatum igitur qui bi- D

lem

lem defert, non exiguam eius humoris portionem ad imam uentriculi partem, quam πυλωρὸν græci uocant, tranſmittere conieci. Quod in quibuſdam animantibus cernere licet. Ex his liquet quòd ad eorum quæ ſenſum latent, cognitionem, plurimum conferat tum apparentium ex corporum diſsectione cognitio, tum actionum utilitatumq́; inquiſitio. Quiſquis igitur noſcendorum corporum quæ à naturali ſtatu (ut modò dicebatur) recedunt, peritiam habere cupit, is in corporum inciſionibus, functionúmque ac utilitatum inquiſitionibus ſeſe exerceat oportet. De his autem omnibus ſeorſum in alijs operibus ſcripſimus: de quibus in fine totius huius libri uerba faciemus, ut quod diſcere libuerit, ſtudioſi, ex quónam opere præcipuè decerpere oporteat, cognoſcant. Sed de his hactenus.

E

Ne protinus iecur calidũ eſſe aut vẽtriculũ, ex quotidiana bilis vomitione putemus,

artificioſè coniiciendum eſſe vndénam hæc proficiſcatur, docet Galenus. Suprà dictorũ enim viſcerum calorem hæc ſignificare videtur: ſed ſi reliqua omnia diligenter conſi derētur quæ in corpore ſunt: non ſemper bi F liofus vomitus corporis calidi eſt nota: quẽadmodũ in propoſito homine de quo nunc verba facit Galenus, perſpicuũ eſſe poteſt. Bilis enim quã per vomitum reiiciebat, non iecoris, non cordis, non ventriculi calorem arguebat. Pituitoſus enim toto habitu erat: cæterùm bilis quã reuomebat, pallida erat: cuius alui ſedimenta tantum momẽtum habebant. Ex quibus conſtat bilem hanc non vehementia caloris eſſe procreatam. Coloris enim pallor, pituitæ plurimum, & bilis exiguum ſignificat: proinde & frigus potius quàm calorem. Pauca etiam bilis alui excre G menta tingebat, prætereà & totus corporis habitus pituitoſus erat, quæ omnia frigidi non ſolùm iecoris, ſed & totius corporis tẽperamenti argumenta erant. Cæterùm coloris pallor bilem in iecore genitã eſſe, non in ventriculo, teſtabatur. Nam quæ in ventriculo generatur, porri virorem imitatur, vt poſteà dicemus. Ex iecore igitur prodibat eiuſmodi bilis. Itaque veriſimile eſt meatum qui à fellis veſicula in inteſtinum (quod quia duodecim digitalia emetiũtur,
duo

duodenum vocatur) bilem transfundit, magnam ſui portionē in imam ventriculi partem (quam græci πυλωρὸν vocant, nos ianitorem) tranſmittere: quod & in quibuſdam animantibus videmus, cuiuſmodi ſunt falco, accipiter, & aliæ id genus rapaces aues, quæ crudis carnibus veſcūtur, hæ enim cum maiorem calorem ad coctionē deſiderent, natura meatum qui à iecore ad vētriculum bilē deferret, in his finxit. In propoſito igitùr homine coniectura artificioſa Galenus deprehendit bilis vomitū fieri non ob eius abundantiam, ſed refuſionem in ventriculum, vt antè declaratum eſt. Ex his conſtat, ad ea quæ ſenſum effugiunt, cognoſcenda, neceſſariam eſſe anatomen, id eſt corporū incisionem, & actionum vtilitatumque notionem. Alioqui neq; ſubſtantia, neque magnitudo, neq; forma, neque numerus, neque ordo, neq; proceſſus, neq; origo, neq; vicinitas, neq; cōnexio earū partium cognoſci, imo nec earū functiones, nec vtilitates, proinde nec ab his coniectura artificioſa ſumi poſſet. Niſi enim meatus commemorati vſum, ſitum, & reliqua quæ modò commemorabamus, cognouiſſet, nō artificiosè cōieciſſet per eum meatū bilem in imam ventris partem transfundi, ac vomitum biliosum fieri. Quoniam autem diſputando huc

H (margin, line 2) · A (margin, line 18)

progreſſi ſumus, de artificioſa coniectura pauca mihi videntur eſſe non incommodè B hoc loco tradēda:tū ad antè dictorū, tum ad eorum quæ deinceps declarabuntur, faciliorem intelligētiam, ad internorū enim morborū cognitionem maximè neceſſaria eſt. Coniecturæ igitur aliæ artificioſæ ſunt, aliæ arte carēt, quales exiſtūt quæ in autorū teſtimoniis ac experientiis nulla probabili ratione confirmatis poſitæ ſunt: quibus ferè Auicennæ aliorumq; Arabū ſectatores pro artificioſis coniecturis, atque adeò pro certis demōſtrationibus vtūtur. Artificioſæ autem aut ex veriſimilibus fiūt, aut ex rerū notis ac ſignis: quæ quia ſenſibus apparēt, φαινόμενα græci appellant. De veriſimilibus au C tem, quoniā nō medicorū, ſed oratorū ſunt propria, diſceptare hoc loco ſuperuacuū foret. Ex rerū igitur notis ac ſignis artificioſas cōiecturas medicus ſumit, nempe ex functionibus, qualitatibus tēperaturas partiū ſequētibus, & ex his quæ ex corpore reiiciuntur, aliisq; quāplurimis, quæ procedēte ſermone explicabūtur. Fūctiones ſunt, vt antè retulimus, animalis, vitalis naturalis. Animalis autem ſenſus, motus volūtarius, & actio princeps. Sēſus alius exterior, quē & principiū vocāt. Alius internus, qui & cōmunis appellatur. Exterior autē, viſus, auditus, odo- D

rat

ratus,guſtus,& tactus. Internus verò, ſomnus,vigilia,inſomniũ. Motus voluntarius, tum corporis vniuerſi, tum eius partium, vt thoracis reſpiratio, crurum progreſsio, manuum comprehenſio. Princeps actio,intellectus,iudicium, & memoria. Vitalis functio, cordis & arteriarum pulſus,iracũdia,timor, &c. Naturalis actio, veneris cõcupiſcentia, cibi potusq; appetentia,concoctio,nutritio, &c. Qualitates quæ partium temperaturas ſequũtur, quia ſenſus mouent, ſenſibiles vocant,viſum enim color,figura, ſitus, numerus, & magnitudo mouet. Color quidẽ, vt cutis rubor & nigritia. Figura autẽ, vt capi-
E tis rotunditas & longitudo. Situs,vt oculorum prominentia. Numerus,vt digitus ſuperans aut deficiens. Quantitas, vt oculorum magnitudo & paruitas. Olfactu odor percipitur, vt anhelitus ſuauitas & graueolentia. Guſtatu ſapor, vt linguæ amaror. Tactu principes qualitates, calor, frigus, humiditas,& ſiccitas. Quæq; has cõſequũtur,vt duritia,mollitia,aſperitas,lęuitas. Dolor quoque, & pruritus, titillatio & voluptas, ſub tactus genere continentur. Auditu ſoni & voces percipiuntur. In notarum quoque ac ſignorum genere continẽtur quæ è corpore
F expelluntur, vt Galenus docet: cuiuſmodi eſt propria partiũ vnde reiiciũtur, ſubſtan-

tia,quæ alia in aliis eſt:vt renum verbi gratia carnoſa,veſicæ membranoſa. Itaq; ſi cũ vrina caruncula excernatur,renes:ſi mẽbranula, veſicã vlceratã eſſe coniiciendũ eſt. Reiectæ quoq; ſubſtãtiæ magnitudo,cõiecturã artificioſam efficit. Ex craſsis enim inteſtinis maior,ex tenuibus minor per dyſenteriã tunica reiici ſolet. Porrò autẽ momẽti eiuſdẽ ſunt quæ in ſpatiis cõtinentur tã ſuis quàm alienis. Ex veſica enim & renibus vrina,ex inteſtinis ſtercus tãquã propriis locis, calculus verò & arenulæ ex renibus & veſica,lũbrici ex inteſtinis tãquã alienis ſedibus expellũtur. Eiuſmodi igitur notæ artificioſas cõiecturas pariũt,quẽadmodũ principia demonſtrationes, de quibus eſt antè proditum. Sed hæc inter ſe differunt, quòd ex principiis ſtatim certa indubitataq; ſcientia naſcitur,vt antè docuimus:ex notis verò non protinus fit artificioſa coniectura. Ferè enim fit vt vnius notæ multæ ſint cauſæ nõ neceſſariæ,proindeque earum nulla neceſſariò concludatur,ſed adhuc dubium ſit quænam ex ipſis ſignum nobis conſpicuum pepererit. Non enim ſiquis ægrè ſpiret, protinus coniiciendum eſt ipſum pleuritide laborare,ſi quidem aliæ permultæ cauſæ ſunt quæ ſpirandi difficultatem inuehere poſſunt:cuiuſmodi eſt peripneumonia, pituita pulmo-

ni

nibus farcta, & id genus multa. Itaque propoſitam nobis notam ſenſui manifeſtam, in ſuas omnes cauſas deinceps reſoluere oportet, tantiſper dum ad poſtremas deuentum ſit: deinde ſingulas conſiderare, quænam ſcilicet earum propoſitæ notæ cauſa exiſtat. Quod cum adhuc euidens non ſit, rurſus conſideranda ſunt omnia præſentia & præterita tam interna quàm externa. Intus enim quædam fuerunt, quædã
A præſentia ſunt, quæ vnà cum propoſita nota affectum indicare poſſunt, ſcilicet prodeuntia ab eadem cauſa: verbi gratia pulſus inæqualitas febrem ex putredine ſignificat: cũ pulſus inæqualitate eſſe poſſunt caloris acrimonia, & alia ſigna eundem affectum ſignificantia, tanquam effectus ſuam cauſam, aut contrà cauſa ſuum effectum. Certum enim eſt natura calidos & ſiccos procliuiores in biliofos morbos eſſe. Eiuſmodi enim temperaturæ, efficiẽtis cauſæ rationẽ obtinent, quemadmodũ & ætates, quarũ quæq; ſuos morbos habet. Aliis enim pueri, aliis iuue-
B nes, aliis ſenes morbis obnoxii ſunt. Atque hæc quidem interna ſunt. Eandem externa vim poſsident, quæ ſcilicet in aſſumendis, faciendis, & foris incidentibus continentur. In aſſumendis quidem, qualia ſunt cibus & potus, medicamentum intrò aſſumptum, &

aër attractus. In faciendis, frictiones, ambulationes: in ſumma, omnia quæ circa corpus fiunt. Somnus quoque, vigilia & venus, cum quibus ſunt & animi motus, in hoc genere continentur. In his quæ foris incidunt, ſunt circunductus aër, vnguenta, medicamenta foris adhibita, lauacra, & id genus alia, hæc enim omnia, vt nemo neſcit, corpus noſtrum afficiunt, alia aliâs. Calidus enim cibus & C
potus calfacit, frigidus refrigerat. Eadem vi prædita ſunt medicamenta intrò aſſumpta, & inſpiratus aër. Calida enim calfaciunt, & frigida refrigerant. Frictiones autem & corporis exercitationes calfaciunt, otium verò & quies refrigerant. Somnus humectat, & vigiliæ exiccant. Circunductus aër non aliter atque inſpiratus calfacit, refrigerat, humectat, & ſiccat, hic quidem internas, ille externas corporis partes. Aeſtas calfacit & exiccat, hyems refrigerat & humectat. Autumnus inæqualiter corpus afficit. Ver ſanguinis molem auget, temperatiſsimum e- D
nim omnium temporum eſt. Ex his conſtat alios in aliis temporibus morbos generari, vt in tertio Aphoriſmorum libro docet Hippocrates. Ad maiorem autem horum intelligentiam ex primo Galeni de locis affectis libro, exemplum ſumamus, ac excutiamus. Subitò igitur vrina ſuppri-

ma

matur. Quoniam eius affectionis non vnus locus exiſtit,(nam aut in renibus ac vreteris,aut veſica,aut eius meatu vrina cohibetur) ſciſcitari primùm oportet in quonam eorum ipſa retineatur: deinde retentionis occaſionem. Nam ſi vnicum eſſet vrinæ inſtrumentum,nihil de loco dubitares,ſed certò ſcires partium ſubſtantiam,functiones,
E vſum,& vtilitatem. Non enim ambigendũ eſt vnde bronchia quæ tuſsiendo cum ſputo excernuntur,proficiſcũtur,quum nuſquã alibi quàm in pulmonibus reperiantur. Diſquirendum igitur eſt in quo ex antè dictis loco affecto vrina detineatur. Quod vt fiat, conſiderandũ quid in vnaquaque ſuprà commemoratarum partium appareat, an ſcilicet in pube vbi ſita veſica eſt,tumor ſit, an non ſit. Si illic tumor adſit,vrinam in veſica retineri certum eſt,ſi nõ adſit,affectum in renibus aut vreteris eſſe coniiciẽdũ eſt: quod locus doloris oſtẽdet. Nullum enim aliud
F membrũ eſt in quo vrina retineri poſsit. Cognito igitur ſuppreſsionis loco,eius cauſa veſtiganda eſt,quod fiet,vt modò dicebamus, ſignum,hoc eſt vrinæ ſuppreſsionem,in ſuas cauſas reſoluendo:deinde cõſiderãdo quid cum harum quaque aut præceſſerit,aut præſens ſit. Sit igitur vrinæ in veſica ſuppreſſio: Eius ſi vnica cauſa, eaque neceſſaria

eſſet, nihil vltrà diſquirere oporteret: cum hanc neceſſariò ſuppreſsio oſtenderet.
Quoniam autem multæ ſunt, nec ex qua earum vrinæ ſuppreſsio orta ſit, certum eſt, omnes expendere oportet: easque rurſus in alias cauſas reſoluere, tantiſper dum ad extremas ſit deuentum: ad hunc modum: G
Vrinam veſica non reddit, aut quia eius robur reſolutum eſt: aut quia eius meatus impeditus. Reſoluitur autem robur ab immodica intemperie, aut caſu, aut ictu, aut vlcere, aut alia euidenti occaſione, quare rurſus diſquirendũ erit an horum aliquid vel præſens ſit, vel præceſſerit. Præterea ſi conatu etiam vehementi nihil reddatur, ſed prementibus tumorem digitis vrina effluat, certior coniectura reſolutæ facultatis erit.
Quòd ſi horum accidentium nullum apparuerit, ad ſuppreſsionis vrinæ impedimentum veniendum erit, quod cum multiplex ſit, rurſus in ſuas cauſas reſoluendum erit, H nempe conſtrictionem & obſtructionem. Atque rurſus vtraque in ſuas cauſas reſoluenda eſt. Cõſtrictio quidem in tumorem præter naturam tam veſicæ quàm adiacentium partium, qualis inflammatio eſt, ſcirrhus, œdema, & ſimilia. Eiuſmodi enim tumores in veſicæ quidem ceruice viam claudunt, in adiacentibus verò partibus meatum
vrin

vrinarium premunt, proindeque claudunt. Poteſt & vrinæ copia veſicam diſtendere, ac diſtendendo anguſtum meatum reddere, proindeq; vrinæ viam præcludere. Itaque rogandus æger eſt num hanc retinuit vel pudore aliquo, vel neceſsitate, vel longo profundoque ſomno, quod ſi fateatur,
A coniiciendum eſt vrinam ſua multitudine ſuppreſſam eſſe. Si verò multitudinis vrinæ ſuſpicio non ſit, obſtructionis cauſæ veſtigandæ ſunt. Cum igitur veſica obſtruatur vel calculo, vel viſcoſis aut craſsis humoribus, vel pure, vel ſanguinis grumo, vel adnata caruncula: conſiderare oportet quæ præceſſerint. & quæ præſentia ſint. Igitur ſi vlcus antè fuerit, adnatam meatui vrinæ carunculam vrinam ſupprimere non ſine ratione coniicies. Si ſanguis prius effluxerit, grumum: ſi cum vrina ſabuloſa exierint, calculum. Si interna inflammatio vel iecoris, vel lienis, vel renum, atque e-
B tiam ipſius veſicæ præceſſerit, pus. Si antecedens victus ratio viſcoſum aut craſſum humorem pepererit, craſſos & viſcoſos humores. Cum verò ſigna colligi non poſſunt, artificiosè coniicere non poſſumus, quemadmodum nec demonſtrare vbi principia non inueniuntur. Hæc quidem de artificioſa coniectura.

Quæ uerò in præſentia morboſa ſunt, hoc eſt quæ iam ægrotant corpora, cognoſcenda quoque ſunt: Senſibus quidem obuia, ex magnitudinis, coloris, figuræ, numeri, & poſitionis à naturali ſtatu mutatione, ac differentia, quæ à duritia & mollitia, frigore & calore ſumitur. Quæ uerò ſenſum effugiunt, ut ſummatim dicam, actionum offenſionibus, uel excrementis, uel doloribus, uel tumoribus præter naturam: horum, inquam, uel quibuſdam, uel omnibus. C

Finita de notis ſalubribus diſputatione, ad morboſas, & quæ iam præſentes morbos ſignificant, tranſit. Morbi autem vel externarum ſenſuiq; apparentium partium ſunt, vel internarum, & ſenſum effugientiũ. Morbi externarum partium cognoſcuntur mutata à naturali ſtatu magnitudine, colore, figura, numero, poſitura, duritia, mollitia, calore, frigore, humiditate & ſiccitate, atq; aliis qualitatibus quas modò ſenſiles vocari diximus, quæ protinus morbum oſtendunt, atq; demonſtrationis vim quandam obtinent. Paulò enim antè docuimus ex Galeni ſententia res bifariam φαίνεσθαι, hoc eſt ſenſui appa D

rer

rere. Per ſe quidem, vt externi corporis calor, frigus, humiditas, ſiccitas, color, magnitudo, & reliqua modò cõmemorata: quæ quidem ſenſibus manifeſtiſsima ſunt: proinde, vt dixi, vim quandam demonſtrationis habent. Per alia verò apparet ſubſtantiæ cerebri magnitudo, per capitis ſcilicet magnitudinem: atque id genus φαινόμενον priori pro-
E ximam vim obtinet. His igitur modis externæ partes ſuos affectus produnt. Internarum verò partium affectus per alia ſenſibus etiam manifeſta cognoſcuntur, non protinus nec neceſſariò quemadmodum externarum, ſed coniectura tantùm, quæ à laborantium partium vitiatis functionibus ſumuntur, vel excrementis, vel doloribus, hiſque vel omnibus, vel quibuſdam: ſiue primò ac per ſe, ſiue per conſenſum afficiantur. Ventris enim imbecillitas non per ſe, ſed ſuis actionibus & excrementis ſenſibus ſe prodit. Si quidem cibum continere is non poſsit, eius contentricem imbecillam: ſi aci-
F dum ructet ac vomat, frigidum: ſi nidoroſum, calidum eſſe ipſum cõiicimus: vt poſtea cum ſigillatim affectorum locorum notas explicabimus, dicetur. Nunc igitur tantùm generales, tum internarum, tum externarum partium morbo obſeſſarum notæ traduntur.

Sig

Sigillatim autem morboſæ cerebri affectiones, ex dementiæ formis, aut ſenſuum, uel phantaſiæ, uel functionū quæ uoluntatis imperio obeuntur, offenſionibus: aut palati, narium aut aurium excrementis, aut ipſius cerebri dolorum differentijs.

Cerebri affectiones ex ſenſibus, ex actuoſis & principibus functionibus offenſis deprehenduntur, excrementis, & dolorū qualitatibus ac differentiis. Senſuum actiones, vt antè diximus, aliæ communes ſunt, alię propriæ. Communes, ſomnus & vigilia: proprię verò, viſus, auditus, guſtus, odoratus, & tactus: quæ cerebri morbos teſtantur. Oculorum enim caligo, & aliorum ſenſuum hebetudo ac imbecillitas, aliaq; vitia, non ſolùm ſui inſtrumenti, ſed & ſubſtātiæ cerebri, aut ſpiritus vitium oſtendunt, de quibus quoniam alibi fuſius diſputaturi ſumus, hoc loco nihil dicemus. Ex communis autem ſenſus functionibus, ſomnus immodicus humiditatem & frigus, vigilię autem calorem & ſiccitatem cerebri oſtendunt. Ex functionibus etiam quæ voluntatis imperio obeuntur, quas & actuoſas prius vocabat Galenus, cerebri vitia cognoſcuntur. Hæ autem aut omni

omnino deletæ ſunt,aut imbecillæ tantùm, aut corruptæ. Deletæ quidem, vt in vehementi apoplexia,in qua ſenſus & motus totius corporis periit. Hoc malum adfert frigidus craſſus aut viſcoſus humor, quo affatim principes cerebri ventriculi implẽtur. Quũ autem alter tantùm ventriculus, id eſt aut dexter aut ſiniſter impletur,ea pars quæ illi
A reſpondet,motu priuatur: dextra quidem,ſi dexter vẽtriculus:ſiniſtra,ſi ſiniſter eiuſmodi humoribus impletus ſit,atq; affectio hæc paralypſis dicitur. Interdum motus tantum debilis eſt,ſiue totius corporis,ſiue alterius partis. Atque tum minus corpus aut eius altera pars mouetur, quàm par ſit. Fitque hæc mouendi imbecillitas refrigerato neruorũ principio ſeu à ſola intemperie,ſeu cum humorum commercio:nonnunquam & refrigerantium medicamẽtorum vſu. Fit & conſtrictione aut compreſsione,aut ſubſtantiæ cerebri craſsitie. In ſumma, quicquid impe-
B dit quo minus mouendi facultas deorſum feratur,tantùm imbecillitatem adfert,ſi quidem tota non cohibeatur. Alioqui totũ corpus motu,vt diximus,priuaretur. Ex hac cerebri imbecillitate tremor naſcitur:ſcilicet neruorũ origine ita refrigerata vel obſtructa à frigidis viſcoſis aut craſsis humoribus, vt tãta facultas deorſum ferri prohibeatur,

quanta mouere ac ſuſtinere partem poſsit.
Atque hic motus non imbecillus ſed depra-
uatus eſt,quemadmodum & comitialis mor
bus(græci ἐπιληψίαν vocant) quē melācho-
licus aut pituitoſus humor in ventriculorum
cerebri ſeu medii ſeu poſtremi meatibus re C
tentus parit. Non enim,vt in apoplexia,affa
tim ventriculi implentur,ſed ſolùm (vt di-
ctum eſt)eorū meatus. Facultas enim cū eo
humore vt è loco excutiat luctatur:nō autē
in totum opprimitur : quare perpetua hæc
affectio non eſt,ſed per interualla redit,fre-
quentius aut tardius, vehementius aut mi-
tius pro humoris qualitate & quantitate.
Vberior enim & craſsior viſcoſiorq; maio-
res & frequentiores:parcior verò aut ſubti-
lior minores ac rariores acceſsiones efficit.

Principes functiones ſunt,phantaſia, quā
imaginationem vocant:iudicium, & memo D
ria:quæ aut in totū abolentur, aut tantùm
infirmæ ſunt,aut corruptæ. Ex imaginatio-
nis reſolutione caros naſcitur:ex imbecilli-
tate cataphora, quam & coma vocant. Eſt
enim cataphora comatis ſpecies,vt antè do-
cuimus. Ex corruptione autē deliriū,ſeu(vt
græci dicunt)παραφροσύνη,quam & demen
tiam,ſi lubet,vocabis. Ad eundem modū ex
memoriæ reſolutione catoche ſiue catale-
pſis gignitur: ex imbecillitate lethargus:ex

corr

corruptione deliriũ. Similiter ex rationis re
ſolutione ea dementiæ ſpecies oritur quæ
græcis ἄνοια dicitur, quam nos amẽtiam aut
fatuitatem appellare poſſumus. Ex imbecil
E litate ſtultitia, quam græci μώρωσιν καὶ μω-
ρίαν dicunt. Ex corruptione delirium. In ca
ro igitur deleta imaginatio eſt, cui ob ma-
gnitudinem conſentiunt iudicium & memo
ria. Itaq; ſenſus omnes in hoc affectu pereũt,
& motus voluntarii omnes præter vnã re-
ſpirationem, quæ libera manet. Clauſi oculi
ſunt, & palpebræ immobiles. Nullo enim
modo attolli poſſunt: quod priorẽ cerebri
partem læſam eſſe arguit, ſiue intẽperie ve-
hementer frigida, ſiue frigidis humoribus
ibidẽ aceruatis. Ab eiſdẽ cauſis fit catoche,
quã & catalepſin appellari diximus. Ea me
moriã & mentẽ iudiciũq; illigat ac occupat
F detinetq;: vnde hoc nomen ſibi vindicauit,
hæc ſenſus omnes in ſympathiã trahit. Aper
tos habet oculos: corpus in ea figura in qua
accepit, relinquit: in recta quidẽ, ſi rectũ: in
curua, ſi curuũ: & in reliqs pari modo: quòd
ſcilicet affecta cerebri poſterior pars ſit. Ca
ro proxima cataphora eſt, leuior tamẽ affe-
ctus, ſed eãdẽ quã caros cerebri ſedẽ occupat.
Ab eiſdẽ fit cauſis, ſed mitioribus. Eam cata
phore ſpeciẽ intelligo, quæ graues profun-
dosq; ſomnos inducit, ita vt ea correpti vix
exp

expergiſci queāt. Altera enim eſt cataphoræ differētia, quā vigilātē vocāt. hāc tenuis humoris acrimonia parit. Eſt & aliud vigilā G tis cataphoræ genus, in quo alternis ſomnis & vigiliis detinemur, aut in medio exquiſitè vigilātiū & dormiētiū ſtatu cōſtituti ſumus. De his omnibus ſuprà abūdè diſputatū eſt. Quatenus igitur eiuſmòdi affectus ſopores ac vigilias inducunt, ſenſus communis accidentia eſſe cenſentur. Quatenus verò phantaſiam lædunt aut delent, principum facultatum accidentia ſunt. Lethargus poſteriorem cerebri partem obſidet. Hoc malo affecti, rerum omnium obliuiſcuntur, deſidioſi ſunt ac pigri: vnde nomē lethargo inditum eſt. Siquidem obliuionem deſidioſam, aut deſidiam obliuioſam ſignificat lethargus. H Cum hoc malo cōiuncta febricula eſt. Mentem quoq; idem per cōſenſum lædit. Ab eiſdem cauſis quibus generatur catoche fit. Ex his autē affectibus caros quidem & cataphora phantaſiæ & ſenſuum, catalepſis verò & lethargus memoriæ & motus voluntarii ſunt vitia: vt ex antè dictis ſatis conſtare poteſt. Porrò autē principes functiones per ſe lædi poſſunt: phantaſia quidē quū errat ac fallitur imaginibus: vocaturq; vitium hoc græcis, vt diximus, παραφροσύνη, nobis deliriū: quæ vox de rationis quoq;

erro

erroribus & memoriæ dicitur. Fit autẽ malum hoc vel ab intemperie cerebri, vel à
A prauis in eo collectis humoribus: vt poſteà dicemus, cum de rationis delirio diſſeremus. Non aliter enim ipſa quàm phantaſia afficitur. Reſoluitur enim interdum tota, interdum imminuitur ſolùm, interdum verò corrumpitur. Primus affectus ἄνοια eſt, quem nos ad verbum amentiam interpretamur, hanc peculiari nomine fatuitatem dicere poſſumus, quæ ſtultitia grauior eſt: quod ex Ciceronis verbis perſpicuum eſſe poteſt: Vt hominem, inquit, ſtultum, etiam magis infatuet mercede publica. Hoc extremè ſenes affectu laborare ſolent, atque etiã alii à prima origine. Secundus af-
B fectus μώρωσις, ſeu μωρία dicitur, id eſt ſtultitia, fatuitate (vt modò dicebam) minor ac imbecillior. Vtraque cerebri frigore fit, fatuitas quidem vehementiori, ſtultitia verò mitiori. In illa mens non mouetur, ſed tantùm ſenſus, quemadmodum in brutis. In hac verò mouetur quidem, ſed imperfectè. Tertius verò παραφροσύνη, hoc eſt delirium dicitur: originemq́ue habet vel ab intemperie, vel à prauis (quemadmodum de phantaſia dicebamus) cerebri humoribus, nimirum bilioſis & melancholicis. Si cum prioribus quidem coniuncta fe-

bris fit,phrenitis:ſi ſine hac,delirium naſci-
tur. Febris fit,oborta in mẽbranis vel ſub- C
ſtantia cerebri inflammatione,vel citra hãc
accẽſis illic calidis humoribus. Deliriũ tan-
tùm fit,ſi ſine febre calidus humor vel va-
por eaſdẽ partes obſidet,aut ſi intẽperie ca-
lida cerebrũ laboret,aut etiam ſi è corpore
calidus acerq; humor ac vapor in caput fera-
tur:quod in magno febriũ impetu cõtinge-
re ſolet:quo remiſſo deliriũ ceſſat.Hinc fit
vt phrenitis continuata affectio ſit:deliriũ,
quod quidẽ per febrẽ fit, nõ eſt cõtinuũ, ſed
tãtiſper durat dum febris impetus remiſſus
ſit. Ex poſterioribus nẽpe melancholicis hu-
moribus hoc inſaniæ genus naſcitur, quod D
Græci melancholiam vocant. Quoniã autẽ
humor ex quo is affectus ſit,duplex eſt, nẽ-
pe frigidus feculentuſq;,& calidus ac retor-
ridus,duplex inſania erit. Altera melãcho-
lica, altera θηριώδης, id eſt fera & immanis.
Frigidus enim ac melancholicus, melãcho-
licam inſaniã parit, triſtitiæ, odiorum, me-
tus,terroris, & aliorum id genus acciden-
tium plenam. Vnde tot eius ſunt differen-
tiæ,quot in melancholicis particulatim fal-
ſæ imagines apparent. Alii enim lupos, alii
canes ſe eſſe credunt: vnde dicta Lycan-
thropia, & Cynanthropia eſt. Alii ſe vi-
treos dentes habere arbitrantur, alii aliud.

Qu

E Quã igitur acceperint ab initio falſam imaginem, animoq́ue firmarint, vix per totum morbum deferunt. Omnibus autem eiuſmodi melancholiis communes ſunt metus, triſtitiæ, & id genus multa: quæ alio loco fuſius docebuntur. Ex retorrida bile immanis inſania gignitur, & ei quæ à flaua bile fit, proxima: ideò & cũ febre, & ſine febre fit. Cum febre, ſi dum retorridus humor, & qui ab eo ſuſcitatus eſt vapor, per febris impetum in cerebrum fertur. Sine febre, dum idẽ humor in eodem loco accenditur. Ideò & delirium & phrenitis dementia hæc dici po-
F teſt, quemadmodum & hæc quæ à bilioſo humore naſcitur, vt modò dicebamus. Porrò autẽ in maioris & minoris ratione eiuſmodi dementiæ differẽtias obtinent: vt Galenus in cõmentariis in tertium Epidemiôn docet: vbi Hippocratem aliis atque aliis verbis pro earum magnitudine vſum fuiſſe ſcribit. Eos enim ληρῆσαι ait, qui leuiter delirãt. Eſt enim λήρησις, vt idem interpretatur, breuis ac tenuis deliratio, hoc eſt βραχεῖα παραφροσύνη. Et qui iam inſigniter deſipiunt, παραφρονῆσαι: quanquam παραφροσύνη omnem dementiæ ſpeciem ſignificat. παρενεχθῆναι autem cum mente omni-
G no capiuntur, perperamq́ue ob affectus vehementiam mouentur, ac feruntur. πα-

ρακόψαι verò, quum mēs velut mutilata acciſaq́; eſt, qualis in phreniticis eſt. παρακοπὴ enim pro phrenitide vſurpatur. ἐκστῆναι, cum mens emota eſt ac perculſa, ἐκμανῆναι verò, cũ furioſa inſania eſt. A prauis igitur humoribus, ac intemperie cerebri, eiuſmodi dementiæ, vt antè diximus, fiunt. Sed nec ab hiſce ſolùm mēs mouetur, verùm ab iracũdia grauiore, timore, terrore, dolore, aliisq́; id genus animi morbis tam vehemēter concitatur, vt protinus nullo aut breuiſsimo interuallo deſipiſcat, quod ob humorũ certè H
vitium aut intemperiem non fit, tam ſubitò enim intēperatura fieri nõ poteſt: ſiquidem motus momēto, vt docet Ariſtoteles, nõ fit, ſed in certo ſpatio tēporis. Nec humor in timore aut terrore, aliiſque animi affectibus modò cõmemoratis ad cerebrũ fertur, ſed ad cor. Itaq; citra cerebri intēperiē, humorumq́; cõmerciũ, mēs ita cõcitari ac turbari poteſt, vt planè deliret. Id igitur fit, rei quæ obiicitur ſpecie violentius mentem concitã te: quod maximè accidere ſolet his quibus imbecillior facultas eſt, quæ obiectam rem grauiorem ac ſit æſtimat. Hac ratione ex vehementiori iracundia furioſa dementia naſcitur, vbi ſcilicet obiecta iniuria maior A
quàm ſit, æſtimatur: quod accidit vbi ratio imbecilla eſt, & animoſa facultas valida.

Eadem eſt ratio timoris ac terroris: qui ſi rationem imbecillam vehementer moueat, dementiam melancholicam pariunt. Quod nuperrimè accidiſſe mihi narrauit quidam ex familiaribus meis fide dignißimus, ſe enim militem quendam vidiſſe aiebat, qui inter deambulandum noctu derepente inſpecta candicante veſte, in melancholicam inſaniam incidit. Putabat enim laruas ſe videre. His enim phantaſmatis vulgus terreri ſolet. Eundem affectum contraxit mulier
B mihi notißima, ex grauitate ſupplicii viri cuiuſdam, aderat enim præſens dum is viuus vreretur. Animi quoq; dolores ac morbi ſi diu perſeuerant, temporis proceſſu dementes reddũt, quales ſunt zelotypi. Quod cuidam piſtori accidiſſe, cum iuramento etiam mihi aſſeuerarunt complures mihi familiares. Piſtor is, vt retulerunt, cum ſuſpectam de adulterio vxorem ſuam haberet, tametſi pudicam & probam, nec eam in ſtupro deprehendere poſſet, teſtes ſibi amputauit, ratus, ſi illa fortè vterũ gereret, non ex ſe, vt qui ob adempta genitalia generando ineptus eſſet, ſed ex altero concepiſſe certò
C ſciret, nulla enim hac demẽtia maior eſſe poteſt. Idem externis ſenſibus contingere videmus, cum vehementius id eſt quod ipſis obiicitur, præſertim imbecillis. Quoſ-

dam enim vehemens fulgetrum cæcos reddidit, quemadmodum alios ſurdos tonitruum: quod fit rei ſpecie violentius ſentiendi inſtrumentum feriente. Memoria quoque, vt antè diximus, aut deleri omnino poteſt, ita vt ne ſe quidem vel ſuos familiares agnoſcant quibus hoc vitium acciderit: aut tantùm diminui, tardaque hæc recordatio dicitur: aut vitiari, quum quis videlicet rem quidem meminit, ſed non vt D geſta eſt vel enarrata, vel vt didicit. Aut ſi meminit quidem, non tamen quo tempore aut loco geſta aut enarrata fuerit, aut didicarit. Per ſe igitur, ſine altero adiuncto malo, quemadmodum phantaſia & iudicium, lædi memoria poteſt. Emiſſaria per quæ cerebrum repurgatur, ſunt aures, nares, palatum, & oculi. Per aures quidem ſordes ſanies & pus manat, per oculos lachrymæ, per nares & palatum pituita & muci: per omnes hos meatus ſanguis: qui venam aut ruptam, aut eroſam, aut apertam in capite eſſe teſtatur. Reliqua verò aut plura aut pauciora quàm pro cerebri temperatura, aut non qualia oportet, ſed corrupta ac vitiata contra naturam emittun- E tur. Itaque ſi quæ excernuntur, grauiter oleant, putredinem: ſi ſuum odorem retinent, nihil tale in cerebro eſſe ſuſpicari opor

oportet. Igitur emiſſum per nares & aures pus cum graui fœtore, cerebri vlcus ſignificat, ſi quid puri ſimile craſſum eiiciatur ſine magno fœtore, coctam pituitam tantùm. Cæterùm color conſiderandus eſt. Candidus ſolam pituitam, ruber ſanguinem, flauus flauam bilem, niger atram cum materia quæ effluit mixtam eſſe oſtendit. Si multus humor excernatur, humidum: ſi paucus aut nullus, ſiccum cerebrum eſſe coniiciendum eſt.

F Hæc autem negligenda nõ ſunt tum ad antecedentium, tum ſequentium certiorẽ coniecturam. Quum enim dementiæ (de quibus modò diſſerebamus) & capitis dolores fiant tàm ab intẽperie, quàm à prauis humoribus, certa ab hácne an illa cauſa fiant, ſine hac cõſideratione notitia haberi non poterit. Quum igitur quis furit, aut dolore capitis torquetur, conſideranda omnia quæ circa caput ſunt, ſiccáne ſint, an humida. Nam ad certam coniecturam multum momenti habent. Sed de his ſatis. Ad dolorum igitur differentias tranſeamus. Nam & ab his

G cerebri morboſæ affectiones deprehenduntur. Doloris igitur differentiæ ſumuntur à cauſis quæ hunc efficiunt, & à ſedis affectæ natura. Cauſæ doloris aut internæ ſunt, aut externæ. Externæ ſunt æſtus, frigus, crapula, plagæ, caſus, & ſimilia: atque

hæ ab ægrotante ſciri poſſunt. Internæ verò ſunt vel intemperies ſola, vel humor ac flatus citra intemperiem, vel vtrunque ſimul. Calor enim & frigus, maximũ, ſiccitas mediocrem dolorem parit: humiditas verò ſola nullum. Ad eundem modum materia calida & frigida vehementiſsimũ, ſicca moderatũ efficit, humida verò quatenus humida eſt, nullũ. Eadẽ eſt flatus ratio. Quòd H
ſi humor aut alia quæuis materia aut flatus ſine aliena qualitate locum occupet, flatus quidem diſtendentem ſolùm, humor ac materia multa degrauãtẽ ſimul & diſtendentẽ efficiet, mediocris verò ſolùm degrauantẽ, atq; hunc mediocrem. Sedis affectæ natura aliã doloris differentiã gignit. Alium enim arterioſæ, alium mẽbranoſæ partes dolorẽ inuehunt, vt mox dicetur. Cæterùm doloris materia, aut in capite gignitur ac colligitur, aut aliunde aduenit. Gignitur autẽ propter imbecillitatẽ, colligitur verò propter meatuũ eius obſtructionẽ. Imbecillitas autẽ vel à morbi vehementia, vel à diuturnitate fit, aut ab ipſa prima origine. Itaq; doloris dif- A
ferentiæ ab intemperie natæ, calida quidem cum caloris, frigida cum frigoris ſenſu ſunt, ſine grauitate ac diſtentione: grauiſsimeque, vt dictum eſt, affligunt: moderatè verò, quæ à ſiccitate habent originem: niſi ea

ea tanta ſit, vt partium fibras contrahendo acconuellendo rumpat. Nam ſic diſtentionis ſenſum inuehit: non aliter enim vnitas in his ſoluitur, atque in inſtrumentorum muſicorum chordis, Soli ac igni expoſitis. Sed magna ex parte cum ſiccitate iunctus calor eſt. Cæterùm calidam intemperiem ſiue ſolam ſiue cum humore aliáve mate-
B ria calida iunctam rubor, frigidam decoloratio ſequitur. At eiuſmodi dolorum differentiis indita nomina non ſunt. A flatu ortus dolor, diſtendens dicitur: ab humoribus aliaque materia, grauis. Atque ſi huius copia magna ſit, grauis ſimul & diſtendés eſt, hæc enim non ſolùm degrauat, ſed & diſtendit quam occupat partem, ſine alterius doloris ſenſu, ſi quidem nulla intemperies adſit. Aut ſi adſit, pars verò affecta aut ſenſu careat, aut certè hebetem hunc habeat, qualis eſt cerebri ſubſtantia: dolor aut nullus, aut certè exiguus erit. Ab acri calidoque humore ac flatu fit dolor quem mordacem appellamus. A partis conditio-
C ne differentiæ ſumptæ ſunt pungens & pulſans. Pungens quidem, ſi humor vel flatus aliáve materia membranam diſtendat, tam eam quam quia caluariam cingit, pericranion vocant, quàm meninges quæ cerebri ſubſtantiam ambiunt. Quòd ſi tam vehe-

mens eiuſmodi dolor ſit, vt non ſolùm di-
ſtendat, ſed & velut malleolo contundat
aut frangat, cephalæa dicitur: pulſans, ſi ca-
lidus affectus arterioſas partes occupat.
Quòd ſi humor aut flatus cum intemperie
ſit miſtus, dolor grauis quidem ac mor-
dens erit, ſi calidi acriſque humoris copia
adſit: ſimulque pulſans, ſi quæ affecta pars
eſt, arterioſa ſit: pungens verò, ſi membra- D
noſa. Ex his conſtat quinam dolores quos
affectus quarum partium oſtendant. Gra-
uitatis enim ſenſus, materiæ multitudinem
ſignificat: morſus, non ſolùm humorum, ſed
& vaporum, alteriúsve materiæ acrimo-
niam, pulſus verò in arterioſa ſubſtãtia, ten
ſio citra grauitatẽ & pulſum, tenuis ac ven-
toſi ſpiritus copiam: grauitas cum diſtẽtio-
ne, humorum multitudinem in membranis
contentam: in pericranio quidẽ, ſi in ſuper-
ficie: in cerebri verò mẽbranis, ſi in profun-
do dolor ſentiatur, & perueniat ad oculorũ
radicem, quorum tunicæ ex cerebri mẽbra-
nis ortum habent. Cephalæam verò oſtẽdit
doloris vehemẽtia tanta quidem, vt neque E
vocem neque ſtrepitum, neq; odores, neq;
quicquam quod cerebrum repleat, hoc do-
lore affecti ferant ſine maximo dolore. Nõ
enim diſtendi ſolùm, ſed & velut malleo
contundi ac frangi videntur.

Cor

Cordis uerò, ex eius tum difficultatis ſpirandi formis, tum palpitatione: prætereà ex pulſibus & eius,& arteriarum: ex animi quoq; cõcitatione & demiſsione, ex febribus, perfrictionibus, colorum differentijs, & doloribus.

Affectus cordis fatentur ſpirandi difficul
F tas,eiuſq; & arteriarum pulſus præter natu
ram,febres,dolores,vehemens animi impe-
tus impulſusq; (ὀξυθυμίαν græci vocant) ani
mi demiſsio ac deiectio, & velut torpor
(quam iidem ἀθυμίαν appellant) corporis
perfrictiones,ac colores. Spiratio quidem
magna celeris & frequens, qualis in febri-
bus eſſe ſolet, cordis calidum affectum ſi-
gnificat,maiorem aut minorẽ pro eius ma-
gnitudine,celeritate & frequentia:parua ve
rò tarda ac rara,frigidum. Ad eundem mo-
dum pulſus tum cordis,tum arteriarum ma-
gnus celer & frequens calidũ, paruus tardus
& rarus frigidum,mollis humidũ durus ſic-
G cum cordis morbum oſtendit. Languidus
verò,ſi quidem talis perpetuò ſentiatur, im
becillitatem: ſin modò languidus, modò
validus apparet,humorum plenitudinẽ in-
ſtrumentum degrauãtem, quemadmodum
& inæqualitas, quæ & ab obſtructione &

com

compreſsione fit. Quoniam autem difficilis anhelitus,& pulſus præter naturam, non ſemper à cordis intemperaturis fiunt, ea in ſuas cauſas omnes reſoluere oportet, tantiſper dum ad poſtremas ſit deuentum: conſiderareq; tum prẹſentia, tum prẹterita, tam externa quàm interna, vt antè fuſiſsimè docuimus. Difficilis autẽ ſpirationis cauſæ ex H libris Galeni de dyſpnœa, & pulſuum præter naturã, in libris eiuſdem autoris de pulſibus petendæ ſunt. Febres quoque cordis affectus oſtendunt, nimirum intemperaturas alias maiores, alias minores, prout ipſæ calidiores ſunt, aut minus calidæ. Tertianæ enim & aſsiduæ ex ſyncera bile, calidiſsimæ ſunt & ſicciſsimæ, ideò calidiſsimum & ſicciſsimum cor eſſe teſtantur. Aliæ verò febrium differentiæ vt minus calidæ & ſiccæ ſunt, ſic cordis calorem & ſiccitatem minorem eſſe demonſtrant. Similiter autem ſæpe corripi febribus, argumentum eſt caloris cordis. Dolores fiũt in corde non aliter atque in aliis corporis viſceribus, nimirũ ſubita vehementiq; intemperie, præcipueq; calida & frigida, ſoluta etiam vnitate: quarũ cauſas, quoniã alio loco abundè docuimus, hic recenſere ſuperuacuum eſt. Itaque dolores cordis affectum oſtendunt, nempe inflammationes, eryſipelata, vulnera & vlcera. A

ra.

ra. Ad eundem modum externarum partiũ,
atque adeò vniuerſæ corporis cutis refri-
geratio. Eadem ratione & ſi ſine febribus
hæ partes calidæ ſint præter naturam, cor-
dis calidum affectum indicant. Nã, vt often
ſum antè eſt, totius corporis intemperies à
B corde præcipuè ſuam habet originem. Per
conſenſum quoque cor dolere dicitur, vt
in eo affectu oris ventriculi quem cardial-
gian nominant, affertq́ue ſyncopen quam à
partis affectæ vitio ſtomachicam vocant.
Cæterùm color, affectionis cordis teſtis
eſt. Nam, vt antè docuimus, eius differentiæ
ſumuntur à corporis humoribus, & natiuo
calore. Humores enim colorem efficiunt:
calor verò coloris vigorem, aut pallorem,
ſeu decolorationem, quam à græcis ἄχροιαν
vocari antè diximus. Itaque ſi ſanguine cor
pus abundet, rubrum: ſi flaua bili, flauum:
ſi atra, nigrum apparet. Quòd ſi cum eiuſ-
C modi humoribus caloris natiui copia ad-
ſit, εὐχροια, hoc eſt coloris bonitas ac ſua-
uitas aderit. Sin eius penuria ſit, palli-
dum aut liuidum, aut alio quouis mo-
dò decoloratum corpus erit, pro caloris
penuriæ magnitudine. Quum igitur cor
fons ſit natiui caloris, ſi calidum ſit, bonus
color erit: ſi frigidum, pallidus aut liui-
dus, aut velut demortuus. Palpitatio quoq;
cord

coɩ dis affectum prodere poteſt. Fit enim cũ cor ſuo more dilatari nõ poteſt, quod accidit vaporoſo ſpiritu in ſpatio aliquo cõtento, ac exitum quærẽte: ideoq; hæc celeriter & oritur & ſoluitur, imitaturq; motu igneã D celeritatem. Cum igitur eiuſmodi ſpiritus nunc craſsior vberiorq; ſit, nunc parcior & tenuior, non omnis palpitatio æquali temporis ſpatio perſeuerat, ſed alia tardius, alia celerius finitur, tantiſper enim durat, dum diſcuſſus qui hanc peperit ſit flatus. Solis autem cauis partibus accidit, ſed nõ omnibus, verùm his ſolùm quæ diſtendi ac contrahi poſſunt, qualis eſt cutis, cuti ſubiecti muſculi, vẽtriculus, veſica, vterus, inteſtina, iecur, lien, ſeptum trãſuerſum, atque adeò cor ipſum. Eiuſmodi autẽ motus inæqualis eſt, vt teſtis eſt ſenſus: totus enim contra naturam: quare à tremore differt, qui partim ſecundũ naturam eſt, partim præter naturam, his accidens partibus quæ volũtatis imperio E mouentur, atq; etiam cordi & arteriis. Tremulum autem pulſum fieri ſcribit Galenus cum cordis & arteriarum facultas vehementer imbecilla eſt. Porrò autem cordis palpitationem ab aliis quoque cauſis fieri idem autor ſcribit, nempe vulnere, vel tumore præter naturam, vel ſanguinis aut vaporis abundantia & mala qualitate, vel

aquoſi humoris in eius tegumento quod pe-
ricardion vocant, contenti multitudine.
Cordis vulnus, ſi quidem in eius ſiniſtro vẽ-
triculo ſit, non ſolùm cordis motum vitiat,
F ſed protinus mortem adfert: quemadmo-
dum inflammatio aut eryſipelas. Quòd ſi
vulnus cordis cono illatum ſit, occidit qui-
dem, ſed non protinus, verùm ſecundo in-
terdum die, ſcilicet ſuborta illic inflamma-
tione. Celerem verò mortem non adferũt
ſanguis & vaporis copia, niſi in his vis vene-
nata ſit ac peſtilens: quemadmodum nec
tegumenti cordis puſtulæ: quas, quia tenui
aquoſoque humore plenæ ſunt, hydatides
appellant. Sed nec aquoſus humor qui in
hoc tegumento concluſus eſt, antè iugulat,
quàm vel multitudine vel vitioſa qualita-
te cordis motũ impedierit. Eiuſdem quo-
G que tegumenti tumores cor conſenſu affi-
ciunt, quorum periculoſæ inflammationes
ac eryſipelata ſunt: ſine periculo verò ſal-
tem præcipiti œdemata ac ſcirrhi. ὀξυθυμία
hoc loco generalius pro omni animi vehe-
mentiore ac celeriore concitatione & im-
petu ſumitur, nempe iracundia, excandeſcen-
tia, & ſimilibus: ἀθυμία verò contrà pro
omni animi deſponſione demiſſioneq́;, at-
que exanimatione, torpore, metu, pauore,
terrore, & ſimilibus: θυμὸν enim id græci ap-
pellant.

pellant, quod nos animos: vnde nos animoſi, illi θυμώδεις, vel θυμοειδεῖς, vel etiam θυμικοὶ dicuntur, quibus contrarii ſunt ἄθυμοι, H quemadmodum animoſis exanimati, hoc eſt qui animos omnino deſpõderunt ac demiſerunt. Itaque ὀξυθυμία non ſolùm animos, ſeu, vt ita dicam, animoſitatem, ſed vehementer cõcitatos animos ſignificat: quãquam tamen antè Galenus quum de cordis calidi notis diſputaret, ſpecialius pro celeri ac præcipiti iracundia tantùm vſurpauit. Nã illic inter animoſæ facultatis impetus concitatiores ὀξυθυμίαν enumerat, vt abundè declarauimus. Igitur eiuſmodi vehementiores animi motus calorem, demiſsio verò ac deiectio frigus cordis ſignificant.

Iecoris uerò ex humorum defectu & exuperantia mutatione in ſtatum præter naturam, & ex decoloratione, prætereà ex permutata cibi diſtributione, aut nutricatione, aut ſuperuacuorũ excretione. Quinetiã ex eius grauitate ac tumoribus, & doloribus non ſolùm in ipſo genitis, uerùm etiam aliarũ partiũ cõſenſu obortis, quales in aliqua difficultatis ſpirandi, & tußis ſpecie exiſtunt. A

Iec

Iecur ſanguinem conficit, quem vniuerſo corpori alendo per venas diſtribuit, medio-
B crem tum qualitate, tum quãtitate, ſi ipſum temperatũ ſit: multum, ſi calidũ & humidũ: paucũ, ſi ſiccum: maximeq́; ſi cum ſiccitate iunctus ſit calor. Vehemẽter enim hic exiccat, non per ſe, ſed per accidẽs, humorem ex quo ſanguis gigni debet, abſumẽdo. Itaque humoris exuperãtia humidũ, defectus ſiccũ iecur eſſe ſignificat. Humoris porrò exuperantiam oſtendit venarũ diſtentio ac inflatio, penuriã verò anguſtia. Eadẽ vi pollet in demonſtrãdo iecoris vitio humorũ corruptio, quæ ex cutis colore deprehenditur: vt mox docebimus. Quoniã autẽ vniuerſum
C corpus, vt modò dicebamus, ſanguine alitur: protinus eo exuperante vel deficiente mutatur naturalis eius habitus: in maiorem quidẽ & craſsiorẽ molẽ, ſi exuperat: in graciliorẽ verò, ſi deficit id quo alatur. ἄχροια, id eſt, vt interpretamur, decoloratio aut pallor, fit tum humoris corruptione ac cruditate, tum etiam caloris natiui penuria, hoc eſt refrigeratione, vt antè proditum eſt. Parit enim hæc crudorum humorum prouentum, vnde pallor eiuſmodi etiam naſcitur, quo ferè hodie virgines noſtræ, præſertim vrbanæ, quæq́ue in otio ac luxu ciborum degunt, laborant. Quies enim ca-

lorem conſopit,motus verò accendit. Largum cibum concoctrix facultas non conficit,etiam ſi probus ſit. Prætereà ex permutata cibi diſtributione ac nutricatione iecoris vitia deprehenduntur. Cibus probè in corpus diſtribuitur parte alenda familiare ſibi alimentum attrahente, & vicina ex qua attrahitur,ei cedēte.Valent autem eiuſmodi facultates,vbi partes mediocriter calidæ ac ſiccæ ſunt.Impotenter autem, minusq́ue quàm alendo corpori par ſit,aut certè nullo modo cibus diſtribuitur,cum partis nutriendæ facultas vel omnino periit, vel certè diminuta eſt,aut vicina cōtentrix robuſta eſt, vel vtrunque accidit.Eiuſmodi imbecillitatem intemperies parit,cum reliqua, tum maximè frigida & humida. Virtutis enim robur reſoluit.Inſtrumentorum quoque morbus,cibi in corpus diſtributionem impedit, qualis obſtructio eſt,& tumores præter naturam, de quibus paulò pòſt latius diſſeremus. Læſam iecoris attractionem ſequitur liquida alui deiectio, maior interdum quàm pro aſſumpti cibi multitudine. Cibus enim quem venter concoxit, ac in cremorem ſuccumq́ue conuertit (χύλον græci vocant)totus deiicitur, ſi quidem attrahēdi iecoris facultas omnino periit.Non totus verò, ſi tantùm imbecilla, non ex to-

to

F to reſoluta ſit. Quoniam igitur facultatis robur intemperies ſoluit, intemperies autẽ vna non eſt, ſed alia calida, alia frigida, alia humida, alia ſicca: diſquirendum eſt quænam ex his imbecillitatem attulit. Nam id alui deiectio non prodit. Quod fiet, ſi, vt antè monuimus, conſideremus tam præſentia quàm præterita, quæ quidẽ calidã aut frigidam, aut humidã, aut ſiccam intẽperiem adferre idonea ſunt, quæq́ue harum quamque ſequi nata ſunt. Alia enim caloris, alia frigoris, alia humiditatis, alia ſiccitatis ſunt accidentia. Itaque earum cuiuſque tum cauſas,
G tum effectus conſiderare oportet. Si igitur, exempli gratia, præceſſerit cibus & potus calidior ac vberior, iecoriq́ue contrarius, æſtas calida, venus immodica, animi motus immoderati, frequens medicamentorum calidorum vſus, toto etiam genere naturæ contrariorum, cuiuſmodi ſcammonium eſt, adſit prætereà ſitis ingens, appetentia cibi deiecta, inedia grauis, vomitus bilis & vitioſorum humorum, calor cũ vniuerſi corporis, tum maximè dextri hypochõdrii, febris inſignis, color ſolito flauior: oris amaror, & id genus alia quæ à calore fieri ſolent: certum eſt calorem iecori imbecilli-
H tatem attuliſſe. Ad eundem modum reliquarum intemperaturarum cauſas & effe-

ctus cõtemplari oportet:atque in primis fri gidæ & humidæ,cui maximè attractricis facultatis imbecillitas, vt modò dicebamus, accepta ferenda eſt. Cæterùm ſoluti facultatis attractricis roboris comes eſt ea maciei ſpecies,quam atrophian Græci vocant: in qua ſcilicet corpus nullum cibi commodum ſentit: quod & alteratricis contentricisq́; imbecillitati, & expultrici vehementius concitatæ commune eſt, ſed quę ob attractricis imbecillitatem macies fit, liquidam habet alui deiectionem: quæ cremorem ſuccumq́;,hoc eſt,vt Græci vocãt, chylon cibi imitatur ſine vllo rubore, vt diximus. Quæ verò à iecoris alteratricis imbecillitate naſcitur, deiectionem quidem habere poteſt,ſed rubore tinctam. Nam à ventriculo in iecur tranſeundo, alterationem quandã recipit atque colorẽ. Si verò attractricis facultatis robur nõ omnino reſolutũ ſit,ſed tantùm imbecillum,tantùm gracilitas naſcetur, maior tamen aut minor pro imbecillitatis magnitudine. Quòd ſi robuſta attrahendi facultas ſit, & vicinæ partis facultas contentrix imbecilla, plus cibi attrahetur,quàm conficere virtus immutatrix poſsit, & maximè ſi imbecilla ſit, proinde magna cruditas non ſolùm in ipſo viſcere, ſed toto corporis habitu gignetur:vnde tu- A B

mid

mida, ſpongioſa, aquoſa, & flatulenta caro procreabitur, ac etiam ea hydropis ſpecies quam leucophlegmatian appellant. Quod etiam per alteratricis læſionem citra vllum attractricis vitium accidit. hæc enim facultas cibum aut prorſus non immutat, aut immutat quidem, ſed imperfectè, aut certè corrumpit. Ex prioribus affectibus cruditas antè dictorum morborum parens, ex poſteriore corruptio humorum naſcitur: vnde varii affectus in corpore gignuntur, qualitate & quantita-
C te differentes: atque etiam in corporis partibus naſcuntur. Itaque ſi flaua bilis totum corpus occupat, regium morbum: ſi partem aliquam herpetem & eryſipelas gignit. Atra verò bilis in toto corpore elephantem, in partibus cancrũ, in ſuperficie cutis vitiligines nigras parit. Pituita leucophlegmatian, quæ & anaſarca dicitur, in toto corpore: in cute verò vitiligines albas, in parte aliqua œdemata creat. Cæterùm tenuis humor paucus & ſalſus ſub cute pruritum, erodens in muſculis laſsitudinem vlceroſam efficit, craſſus verò ſalſus ac multus
D pſoram ac lepram. Atque hæc quidem omnia intemperaturas iecoris teſtantur, vt autor eſt Galenus. Cruditas quidem, & ex ea nati affectus modò commemora-

ti,frigidũ, flaua bilis & ex ea orti morbi calidum & ſiccum, & atra bilis cum affectibus ex ipſa genitis vehementer calidum ac torridum iecur eſſe oſtendit. Tenuis humor ſalſus & mordax ex aquoſo humore & flaua bili miſtus, craſſus & ſalſus ex atra bile, aut craſſo & ſalſo humore, miſtum affectum ſignificant. Notæ quoque iecoris affecti, ex reiectione excrementorum ſumuntur. Reiicit enim interdum per inteſtina iecur aquoſum ſanguinem, aquæ in qua recens mactatæ carnes ablutæ fuerint, E ſimilem: ſignificatque eiuſmodi excrementum iecoris alteratricis imbecillitatem ab intemperie frigida natam. Proinde ſine febre eſt, & ſine appetentiæ deiectione: imò interdum famelici magis ſunt qui talia excrementa deiiciunt, quàm per integram ſanitatem. Quòd ſi proceſſu temporis in ipſo viſcere eiuſmodi aquoſus ſanguis corrumpatur, febrem adfert, & appetentiam cibi deiicit. Atque tum hepatica, vt vocant, excrementa excernuntur, hoc eſt cruenta & corrupta, grauiterq; olentia. Nonnunquam verò intermittit fluxio, ſucceditque cibi corrupti excretio, nunc blioſa, nunc cine- F ricia, nunc nigra, nunc viridis, pro varia ciborum corruptione: reditque rurſus cruenta: quod argumentum eſt non ſolùm im-

bec

becilli iecoris,ſed & ventris, & inteſtinorum: vt mox dicemus quũ de ventriculi affe ctı notis diſſeremus. Interdũ autẽ feculẽtus ſanguis craſſus ac niger,non lucidus,qualis atra bilis eſt,de qua mox diſſeremus, excernitur,qui refrigeratione nigreſcit. Abſolutè enim in iecore coquitur:proindè rubicũdus eſt. Sed cum hunc amplius contentrix facultas per imbecillitatem continere non poſsit,nec in corpus tranſmittere, multitudi
G ne irritata excretrix ad inteſtina tranſmittit: vbi refrigeratus nigreſcit, quod omni ſanguini quauis occaſione ſiue intra vaſa ſiue extra refrigerato accidit. Alia verò atri excrementi ſpecies ſplendentis ac feruentis per aluum deiicitur,non ex ſanguine refrigerato,ſed immodicè torrefacto nati. Atrã bilem propriè vocant quæ periculoſam dyſenteriæ ſpeciem efficit,non aliter atque vera dyſenteria inteſtina ſua acrimonia vellicans ac exulcerans. Solet & ſanguis effluere aliàs paulatim &, breuibus interuallis, aliàs affatim,ſed longioribus circuitibus. Paulatim enim manat vel purus ſyncerusq;, vel in
H grumum coactus,nunc cum pure & ramẽtis membranisq; inteſtinorum, ſæpe cũ coacto ſtercore cruentis guttis reſperſo. Id autẽ ſignificat vlcus inteſtinorum,mereturque, vt Galenus docet, veræ dyſenteriæ appellatio

nem,quam noſtri tormina nominant. Affatim autem,& lõgioribus circuitibus,ob mutilatam,vt idem autor ait, partem, aut relictam ſolitam corporis exercitationem, aut retentos in mulieribus mẽſes. Sed hæ poſtremæ fluxiones, vitiati iecoris notæ nõ ſunt. Grauitas quæ in dextro hypochondrio ſentitur,communis nota eſt non ſolùm iecoris inflammati,ſed & obſtructionis exiguarum eius venarum tam à porta quàm caua ortarum. Sed quæ ab obſtructione oritur grauitas,pondus quoddam refert quod ab hypochondrio dextro pendere videtur. Quòd ſi obſtructione concluſus flatus exitum nõ habeat,tenſionis ſenſum habebit. Quam verò viſceris inflammatio peperit, totum hypochondrium cum dolore trahit. Grauitatis igitur qualitas, iocinoris inflammationẽ ab obſtructione antè dictarum venarum ſeparat, ſed nondum euidenter. Itaque aliæ notæ diſquirendæ ſunt quibus obſtructiones ab inflammationibus diſtinguantur: deinde quibus cognoſci poſsint conuexæ & cauæ iecoris partis inflãmationes. Quod fiet, ſi(vt antè monuimus)præſentia & præterita conſideremus:hoc eſt quæ cuiuſq; cauſæ ſint,& qui effectus. Quoniã igitur iecoris, quemadmodum & aliarum partiũ,inflãmatio ex ſanguinis fit influxu:diſquirendũ eſt

A, B (margin letters)

an

an ſanguinis redũdantis notæ appareãt, præ ceſſeritq́; victus qui ſanguinẽ in corpore au xerit, ſintq́; hepatici, qui hoc affectu laborant: an cõtrà antecedẽs victus ratio, quæ viſcoſum craſſumq́; humorẽ procrearit, præceſſerit, ſintq́; tales iecore frigido & humido. Quòd ſi hoc temperamento præditum ſit, & craſsis viſcoſiſque cibis antè fuerit is
C vſus quem grauitas premit, ſiccaq́; tuſsis adſit, ac ſpiritus difficilis, coniicere licebit grauitatẽ ab obſtructione fieri. Si verò redundantis ſanguinis notæ appareant, præceſſeritq́; victus ratio larga ac boni ſucci, inflammati iecoris certa nota eſt. Quoniã rurſus vtriuſq; partis, cõuexæ inquam & cauæ inflãmatæ, cõmunes notæ ſunt, febris aſsidua, cibi faſtidiũ, nauſea & vomitus, ſingultus, ſitis, coloris linguæ mutatio, alui adſtrictio, tuſsis, ſpirandi difficultas, dolor non ſolius viſceris, ſed & iuguli dextri, & ſpuriarũ coſtarũ, quiq; inter ſpirandũ ſentitur: aliæ notæ veſtigandæ ſunt quibus harũ partiũ in-
D flammationes cognoſci poſsint. Igitur partis ſimæ inflammatio maximũ cibi faſtidiũ affert, nauſeam, ac bilis vomitum, primum quidem ſynceræ aut vitellinæ, deinde æruginoſæ. Cum enim ea pars ventri contigua ſit, ipſumq́; complectatur, cõſentaneum eſt conſenſu hunc magis affici, quàm ſi conuexa

inflammatione tentata eſſet: vt cuius affe-
ctus longius ab ipſo diſtet. Eadē ratione, vt
vētriculo partes vicinæ, affectū ſimæ quàm
cōuexæ magis ſentiūt, itaq; aluus in inflāma
ta ſima adſtricta eſt, inflammationis calore
ſtercus reſiccāte. At ſi cū inflāmatiōe iūcta
imbecillitas ſit, aluus cruētā ſaniē deiiciet,
quēadmodū antè dictū eſt. Lingua quoq;
ruborē primùm, deinde nigrorē præter natu
ram contrahit, ſcilicet increſcente inflāma-
tione, colorēq; ſuū magis magiſq; temporis E
proceſſu cū lingua cōmunicāte. Quòd ſi lin
gua & inteſtina affectū hunc ſentiant, maio
ri ratione ventriculus, vt qui affecto loco
propinquior ſit, affectionis iniuriā ſentiet:
quocirca cibū maximè faſtidiet, tū quòd ca
loris vehemētia ſtomachi robur ſoluat, ac
appetentiā deiiciat: tū quòd iecur nō ſolùm
per portæ venas nō attrahat, ſed & bilē in
vētrē trāſmittat: vnde nauſea & vomitus fit
bilis, quæ tēporis tractu æruginis colorē cō-
trahit, hac ratione ſingultū efficit, ſua tū ſub
ſtātia tū qualitate ſtomachi fibras reſiccāte:
vnde & ſitis vehemēs naſcitur, videlicet cau F
ſis eius omnibus (quas antè cōmemoraui-
mus) cōcurrētibus. Hæc igitur vehemētiora
ſunt, cū ſima iecoris pars inflāmatione ob-
ſeſſa eſt: quēadmodū vbi cōuexa pars inflā-
mata eſt, tuſsis vehemētior, ſpirādi difficul-
tas

tas maior,cũ dolore etiã vſq; ad dextræ par tis iugulũ perueniente,tam graui, vt ipſum cõuelli videatur. Ex hac enim inflãmatione (ſi quidem magna ſit,& cauæ venæ propinqua) ſaniem per cauam venam in pulmones mittit:quæ in aſpera arteria, vt Galenus li-
G bro quinto de cauſis accidentium docet,colligitur: proindeque tuſsis excitatur maior quàm quæ ex ſola intemperie fit, hæc enim exigua eſt,& ſine ſputo per interualla recurrens. Nihil enim in aſpera arteria eſt, quod expui poſsit,tametſi tuſsiẽdi cupiditate aſsiduè teneantur hi quibus hæc intẽperies tuſſim mouet, quum perpetuò præſens cauſa tuſsis adſit. Parua igitur hæc tuſsis eſt,nõ ob virtutis imbecillitatem, aut inſtrumentorũ frigus,ſed doloris qui reſpirando fit,magnitudinem, quæ integram ſpirationem fieri impedit. Crebram verò reſpirationem eiuſ-
H modi inflammatio efficit,tum ob neceſsitatem quam adfert caloris abundantia cũ corde & pulmonibus ob vicinitatẽ communicata,tum ob ſepti tranſuerſi, & aliorum ſpirandi inſtrumentorum compreſsionem. Quare cum liberam thoracis dilatationem hæc impediat,reſpiratio magna eſſe non poterit, frequentia igitur compenſanda eſt. Quoniam autem non ſolum iecur, ſed & tres muſculi, nempe rectus, tranſuerſus, & obl

obliquus,ſub quibus ipſum collocatum eſt, inflammatione aliiſque tumoribus præter naturam laborare poſſunt,nõ facilè ex ſitu affecta pars cognoſcitur,an ſcilicet in iecore, an in muſculis eiuſmodi tumores ſint. A Itaque ad eorum figuram veniendum erit, quæ alia in iecore,alia in muſculis exiſtit. Parti enim quam obſidet,ſimilis eſt. Itaque ſi totus ſimul collectus tumor tangenti ſentiatur,iecoris:ſi longus, & ſenſim gracileſcens,muſculorum affectorum nota eſt. Tactus igitur oſtendit an muſculi,an iecur muſculorum ſubiectũ offenſum ſit. Cum enim muſculi oblongi ſint,vt diximus,paulatimque gracileſcant,oblongi tumores erunt,ac in gracilitatem paulatim deſinentes. Iecur verò quoniam nec oblongum eſt,nec fibras oblongas obtinet,in quas humor ſpargi poſ B ſit,ſed ſibi vbique continuum:tumorem habebit ſimul totum collectum,non in longũ potius quàm latum ſparſum. Dolor iecoris affectum prodit,ſiue in ipſo viſcere, ſiue in aliis partibus ipſi conſentientibus ſentiatur. In dextro enim hypochondrio iecoris ſede, cum grauitate infeſtat. Suo enim pondere ac mole deorſum iecur trahit ad hypochondrium vſque, extenditurque ſæpe ad dextrum vſque iugulum dolor, ita vt deorſum verſus per magnam venã potius quàm

per

per membranam tenſio fieri videatur. Quo
C niam autem ſpuriis coſtis iecur per membra
nas illigatur, dolor quoque in ipſis extenſus
percipitur in eius partis inflammatione: qui
inſpirationis magnitudine vehemētior red
ditur. Eryſipelatis notæ, inflammationis fe-
rè ſimiles ſunt, niſi quòd calor & ſiccitas,
atque adeò febres ipſæ longè vehementio-
res ex hoc quàm illa naſcūtur, propter bilio-
ſi humoris feruorem eryſipelas efficientis.
Scirrhus tactu quàm inflammatio & eryſi-
pelas facilius percipi poteſt, ſua enim duri-
tia magis renititur, admittitque facilius ta-
ctum, ob indolētiam. Præterea ſcirrho ob-
ſeſſum iecur, malè corpus nutrit: proinde
D tres hypochondrii dextri muſculi, quemad-
modum & reliqui corporis habitus, extenua
ti ſunt. Tractu verò temporis hydrops naſci
tur, qui tactus iudicium intercipit.

Ad eundem modum uentris uitia, ex coctione, appetentia humidi & ſicci, & ſuperuacuorum excretione, deprehēduntur. Similiter ex ſingultu, ructu, nauſea, uomitu, & eorum quæ uomitione reijciuntur, formis.

Vt melius locus hic intelligatur, ſatius
E fuerit totum ventrem in tres partes diſtin-
gue

guere,vt quæ diuerſis tum facultatibus prædítæ ſint,tum ſymptomatis afficiatur. Prima igitur ventris pars eſt, ex qua inteſtina oriũtur.Secũda gulæ proxima eſt:os vẽtriculi appellant. Tertia verò gula eſt, totam eam partem amplectens,quæ inter fauces & os ventriculi ſita eſt,ea via eſt per quam cibus in ventrem demittitur: proinde hanc οἰσοφάγον propriè veteres appellauerũt.Duplex in eo facultas eſt,altera deglutiendi,altera quod infeſtat reiiciẽdi. Ex duplici enim tunica ad ea obeũda munera cõſtat.Duplex igitur eius noxa erit:altera quatenus via eſt F
eorum quæ ingeruntur ac reuomuntur, altera quatenus vtraque actio,nimirũ deglutiẽdi ac reuomendi,læſa eſt. Gula igitur vt via eſt,lædi dicitur,nõ cum actio perit,ſed aut adſtricta aut obſtructa eſt. Adſtringitur & propriis & adiacentium partium tumoribus ipſam prementibus,aut ceruicis vertebrarũ luxatione,ita vt ne potus quidem aliquando præ nimia anguſtia trãſire poſsit,ſed in nares refunditur. Cum verò proprio tumore obſtruitur,dolor inter deglutiendũ excitatur,maior aut minor pro affectus magnitudine.Interdum enim inflãmatio, interdũ eryſipelas, interdum ex vtroque affectus G
commemoratum locum occupat,doloremque parit inter deglutiendum grauiſsimũ.
Qu

Quoniam autem magno ſenſu prædita eſt, cõpreſſu magis lædi ſolet. Caloris quoque vehementia affligitur, & ſiti inexpleta, cum febri non admodum vehemente, nec ſitis magnitudini reſpondente. Sitis enim organum, tumoris calor ſua vicinitate vehementius quàm cor calfacit ac exiccat. Quòd ſi tumoris calor remiſſus ſit, aut non admodũ calidus, deglutiendi quidem inæqualem tarditatem efficiet, ſcilicet ea parte quã tumor
H occupat, cibum remorãte, præſertim ſi quod deuoratur, magnum ſit ac durum. Sed ſi nec calor nec ſitis nec febris adeſt: dolorem tamen exiguum cibus in tranſitu parit. Quòd ſi procedente tempore horror & febris diaria ſubſequatur, in abſceſſum tumorem conuerſum eſſe coniiciendum eſt. Solet enim in huiuſmodi diuturnis inflammationibus aſsiduè deſtillare humor: qui vbi in ſufficientem molem collectus fuerit, putreſcere ſolet. Quòd ſi quotidie id accidat, quotidie febris accendetur, non aliter quàm in pulmonum abſceſsibus: ſed in gula diaria, in pulmonibus putris, propterea quòd hic putredinis
A vapor ad cor perueniat, illic ſolus calor, quemadmodum in bubone fit, ex quo diaria febris naſcitur. Quum verò eiuſmodi humor, vt dictum eſt, in gula putreſcat: is, atque ex eo genitus vapor acris, per ſentien

tes

tes partes defertur, atque horrorem facit. Itaq; conſtat diarias quaſdam febres identidem repetere, fieriq́ue ex humorum putredine, ſed quæ ad cor non perueniat. Perſeuerantibus autem eiuſmodi puris accidentibus, tandem ruptionis ſenſus accidit: quem vomitus ſequitur eodem die, poſtero, & tertio: apparentq́ue tum vlceratæ gulæ ſigna, nempe morſus & ſtrictio. Morſus quidem, B. ſi acria & ſalſa: ſtrictio verò, ſi acida & acerba deuorentur. Mediocrisq́ue dolor, etiam ſi nihil deglutiatur, in dorſi ſpina cui affixa gula eſt, ſentitur. Quum verò deglutiendi adeſt tarditas ſine vllo doloris ſenſu, ſi quidem hæc æqualis ſit, hoc eſt ſi non plus vno loco quàm alio cibus in tranſitu detineatur, tardiusq́ue nobis ſupinis, celerius verò erectis moueatur: ſola gulæ imbecillitas ſignificatur. Facilius enim cibus in recta figura vel ſolo ſuo pondere demittitur citra deglutitionis facultatem. In ſupino verò decubitu ſola deglutiendi via quæ imbecilla eſt, cibũ tranſmittit: ideò tarde deſcendit. A qua verò cauſa nata hæc imbecillitas ſit, ex his quę præceſſerunt, & quæ præſentia ſunt, coniice re oportet: quod queadmodum fieret, prius expoſuimus. Si verò inæqualis tranſeundi mora eſt, tumor in ea parte & anguſtia eſſe ſignificatur, qua tardius cibus tranſit, vt modò C

dò dicebamus. Ceterùm ſanguis vomitione reiectus, ruptam, eroſam, aut apertam in gula venam eſſe teſtatur. Apertam quidem, ſi ſine dolore affectus locus eſt. Ruptam verò, aut eroſam, ſi cum dolore. Itaque ſi vel casus vel plaga vel euidens aliqua cauſa præcesſerit, vel plenitudo adſit, ruptam potius quàm eroſam venam eſſe cōiiciendum eſt. Si verò humorum prauitate corpus redundet, aut voratum medicamentum vel venenum ſit aut aliud eiuſmodi quod erodēdi vi ſit præditum, eroſæ venę nota erit. Os ventris læditur interdum conſentientibus corde & cerebro, interdum citra illorū conſenſum. Conſentiunt autem hæc principia, maximè ſi imbecilla ſint, ſi os vētris magno ſenſu præditum ſit, ac iniuriam promptè ſuſcipere idoneum, & ſi quam accepit offenſionem, vehemens validaq; ſit. Valida autem eſt quam inuehit humor vehementer frigidus aut calidus ac mordax cibus corruptus, aut natura ſua vitioſus. Quibus os vētris vehemēter premētibus, rodētibus doloremq; inferentibus, principia hæc in ſympathiā trahuntur, aliquando quidem vtrunq;, aliquando alterū tantùm, pro affectus magnitudine. Condoleſcente igitur corde fit ſtomachi ſyncope: quam cardiaca protinus ſequitur præceps & acuta. In hac ſyn-

B

cope arteria à pulſandi munere ceſſat, aut debiliter, aut vitioſè pulſat, hoc eſt cũ ſumma inęqualitate, atq; interruptiõe. Cõſentiẽte verò cerebro naſcũtur cõuulſiones, morbus comitialis, caros, catalepſis, lethargus, ſomni tumultuoſi, & inſomnia. De quibus B abunde antè diſputatum eſt. Item affectio ſuffuſioni ſimilis, & ea melancholiæ ſpecies quam alii flatulentam, alii hypochondriacam vocant. Atque hæc accidentia ab humore ac flatu frigido per neruos in cerebrũ tranſmiſſo fiunt, quemadmodum cardiaca ſyncope tum vicinitate, tum affectu per magnam arteriam ad cor tranſmiſſo. Vtriuſque principii affectus ſequuntur non ſolùm antè dictæ ſyncopæ, ſed & animi deliquia, ſpirationis tũ ſublatio, ſcilicet malo ad ſeptum tranſuerſum perueniẽte: tum difficultas, vel vtroque principio conſentiente, vel ſepto tranſuerſo constricto. A calidis verò G cauſis fiũt paracopæ, deliria, & aliæ demẽtię ſpecies: vt ex his quæ antè docuimus, perſpicuũ eſt. Porrò autẽ eiuſmodi vitioſi humores vel in ſtomacho gignũtur, vel ex corpore in ipſum trãſmittũtur, quod accidit quibuſdã dũ vehementer aut excandeſcunt, aut vociferãtur, aut animum rei cuipiam intendunt. Sæpenumero etiam per febres refunditur in ſtomachum bilis, quæ morſu cõuul-

ſion

ſionem, ſæpè etiam morbum comitialem parit. Si verò robuſta principia ſint, oris ventris ſenſus hebes ſit, & affectus non admodum magnus, in ſympathiam non trahentur in ipſa principia, ſed ſuos per ſe vẽtris os affectus ſuſtinebit: quales ſunt cibi & potus deiecta appetentia, aut imbecillitas, aut contrà immoderata fames, item cardialgia & cardiogmos, id eſt cordis dolor & morſus citra ſyncopen. Cibi appetentia omnino tollitur pereunte ſuctionis ſenſu. Perit autem vel appetendi facultate planè reſoluta, vel reliquo corpore ex ſtomacho nihil attrahẽte. Reſoluitur facultas intẽperie calida, vel ſola, vel cum bilioſo humore. Calor enim laxat ac ſoluit, proindeq; vim ſuctionis diſſipat. Idem fundit humorem, repletq; intermedia ſpatia: quare cibi indigentia non ſentitur, nec ſuctio fit. Nihil attrahit reliquum corpus quum plenum eſt, minimeq; vacuatur, aut caloris natiui penuria nihil digerente, aut cutis ſpiraculis clauſis, ac digeſtionẽ diſsipationemq; humoris impediẽtibus. Idẽ malum accidit vbi partes inanitæ è corpore nihil attrahunt, vel ſua imbecillitate, vel humoris craſsitie ac lentore trahenti facultati non cedente. Malum hoc auget contentricis robur, & expultricis imbecillitas, quæ à quibus cauſis fiant, antè proditum eſt.

Appetentiæ imbecillitas ab iiſdem fit cauſis, ſed remiſsioribus: à contrariis verò immodica appetentia, nempe ſuperuacua corporis inanitione, ab acidis ac frigidis humoribus appetentiæ ſedē rodentibus ac ſtimulātibus, quod ſuctioni proportione reſpondet. A frigore etiā fit citra humorū cōmercium: atq; hæc fames canina dicitur. Immodicè vacuatur corpus vi natiui caloris digerentis, immodica alui aut partis alterius vacuatione, aut retētricis imbecillitate, & expultricis robore, aut cutis raritate, & humoris qui digeritur per halitum, tenuitate. Altera eſt immodicæ appetētiæ ſpecies, quam bulimon Græci vocant, hoc eſt ingentem famem, quæ fit nutrimenti indigentia vnà cum ſtomachi imbecillitate, ac frigore, hoc eſt natiui caloris penuria. Plus enim in ambientem ſubſtantiæ noſtræ diſsipatur, quàm poſsit vēter cōcoquēdo reparare propter caloris penuriā, hinc ſtomachus famē ingentē ſentit: quam à magnitudine bulimon Græci vocāt. Hāc deliquia ſequuntur, vt docet Galenus in priore libro ad Glauconem. Aliena ſtomachus appetit, ob malos humores in eius tunicis retētos: pro quorū varietate varia appetūtur. Hoc affectu grauidæ mulieres infeſtari ſolēt, vocaturq́ue eiuſmodi affectus κίττα, καὶ μαλακία, id eſt pica, & mol- B C D

lit

litia quædam ac ignauia ſtomachi. Eadem accidentia in potus appetentia contingunt. Nã aut nulla omnino, aut exigua, aut alienæ vitioſæq; qualitatis ſitis ſtomachũ premit. Nulla quidẽ, ſi frigoris ac humoris exceſſus adſit. Frigus enim ſenſum conſopit, humor verò præſens non deſideratur, quandò accidens ſitis, humidi frigidiq; eſt appetentia. Cæterùm ſi ſtomachus affectum non ſentiat, potum non expetet. Appetentia enim non ſolùm potus, ſed & cibi, indigẽtiæ ſenſu fit. Affectum non ſentit ſtomachus, ſi vel natura obtuſioris hebetiorisque ſenſus ſit, aut ſi ſentiendi vim à cerebro non reci-
E piat: ſcilicet neruis per quos hæc demittitur, obſtructis, aut aliàs impeditis. Ab iiſdem cauſis, ſed remiſsioribus, exigua ſitis gignitur. Immoderata verò à feruore natiuæ humiditatis, aut penuria, aut vtroque, interdum ſimplici ac nuda, nulliusque rei alterius interuẽtu: interdum mixtis ſalſis bilioſis ac corruptis humoribus ſtomachũ calfaciẽtibus ac reſiccãtibus, alieneq; qualitatis ſitim inducentibus. Corripitur eiuſmodi pars tumoribus ac vlceribus, quẽadmodũ & gula: ſed ſenſus præſtãtia, & doloris loco diſtinguuntur. Dolor enim gulæ, quam propriè ſtomachum appellant, ac œſophagum, in ſpi
F na dorſi ſentitur: oris verò ventris (quod &

nonnulli etiam ſtomachum vocant) in hypochondriis. Igitur cum in ore ventris dolor ſentitur, antè: quũ verò pòſt, ſpinæ dorſi admouenda remedia ſunt. Nam ventris os antè poſitũ eſt ſub hypochondrio: gula verò, id eſt tota ea pars quæ eſt ab ore vſque ad eam partem qua cibus in ventrem delabitur (quę propriè, vt dictũ eſt, ſtomachus appellatur) dorſi ſpinæ adhæret: quod ex Galeni decimotertio methodi medẽdi cõſtat. Inquit enim, λέγω δὲ νῦν στόμαχον ὅνπερ δὴ καὶ κυρίως ὀνομάζουσιν. ἐνίοτε γὰρ οὕτω καλοῦσι καὶ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς, ὥσπερ ὅταν εἴπωσι συγκόπτεσθαί τινας στομαχικῶς. ἀλλ' ἐπί γε τοῦ κυρίως ὀνομαζομένου στομάχου καὶ τὰ καταπλάσματα κατὰ τῆς ῥάχεως ἐπιτίθεμεν, οὐκ ἔμπροσθεν ὥσπερ ὅταν τὸ στόμα τῆς γαστρὸς φλεγμαίνῃ. κατὰ γάρ τοι τῆς ῥάχεως στόμαχος ἐπίκειται διά τε τοῦ τραχήλου καὶ τοῦ θώρακος κάτω μέχρι τῆς γαστρός. id eſt. Gulam nunc voco quam propriè ſtomachũ appellant. Nonnunquã enim ita os ventris nominãt, veluti cũ ſtomachica ſyncopa nõnullos deficere aiunt. Verùm ad gulã quã propriè ſtomachũ vocamus, cataplaſmata ſpinæ dorſi imponimus, non in aduerſa parte, veluti cũ os vẽtris inflãmatione tẽtatur, ſpinæ enim ſtomachus, id eſt gula, adhæret, & per ceruicẽ ad thoracẽ deorſum verſus ad vẽtrẽ exporrigitur. His verbis

bis planè conſtat in affectu gulæ, ſpinæ dorſi: & in oris ventriculi, hypochōdrio admouenda eſſe remedia. Hunc Galeni locū huc adduximus, atq; interpretati ſumus, vt quod obſcurè Linacrus vertit, perſpicuum fieret. Sed ad inſtitutum redeamus. Deglutiendi tarditas inæqualis, in gula tumorem eſſe teſtatur ſenſus expertem. Ventriculi munus eſt cibos attrahere, retinere, concoquere, & quod ſuperuacuum eſt excernere. Tranſmiſſos igitur hos per gulam & os ventris primùm attrahit, attractos complectitur
A ac retinet, retentos comminuit conteritque & immutat: tandem purum ab impuro ſecernit, hocque per inteſtina deiicit, illud per portæ venas in iecur tranſmittit. Igitur ventriculus lædi dicitur, quum cibum non attrahit, aut attractum non amplexatur ac continet, vel debiliter vel vitiosè id efficit. Aut ſi continet quidem, non cōminuit ac concoquit, vel debiliter id præſtat, vel tardè, vel omnino corrumpit. Quū igitur nihil, aut debiliter aut vitiosè cibum continet, eius contentrix facultas læſa eſſe dicitur. Nihil verò cōtinere dicitur, quum ne cibū comprehēdit quidē, ſed ſimul
B atque in eius fundum deſcendit, per inferiora deiicitur. Cum verò debiliter amplectitur, debiliter & pauco tēpore cōtinet.

Ventriculū nihil cōtinere oſtendunt flatus, fluctuatio, ſubita cibi deiectio, ita vt nullā mutationem à ventriculo acceperit. Debiliter autem, quum præter flatū & fluctuationem & citam deiectionem, excrementa inchoatam concoctionem ſed imperfectam oſtendunt cum humore, eaque corruptionē in inteſtinis recipiunt, quam ideò fætor comitatur, punctio ac morſus inteſtinorū, atq; inflatio. Flatus fit ab alimentis hunc gignere idoneis, etiam ſi alioqui venter validus ſit: quare eius affectum ſolus prodere non C poteſt. Noui enim quoſdam robuſtum ventriculum habentes, qui quum plus ſolitò bibiſſent, aut minus comediſſent quam bibiſſent, flatibus abundarent. Alios verò qui eadem moleſtia laborarent ſi vel horam vnā ſolitum ſumendi cibi tempus prætериiſſent. Quū igitur non admodum venter frigidus eſt, flatū excitare poteſt, ſed nō digerere ac diſsipare. Temperatus verò tantum digerit, quantum excitat. Vehementer autem frigidus nec excitat nec diſcutit, imò ob ſummam imbecillitatem cibum nec amplectitur nec continet. Quare quum potum aliquem recepit, quidam veluti fluctus huc D & illuc in eo ferri ſentiuntur dum vehementer corpus mouetur, quod non fieret ſi ingeſtum cibum venter ſtatim amplecteretur

tur

tur ac contineret, non enim huc atque illuc ferri, & à loco dimoueri ſineret. Cita autem cibi deiectio fit tum ob retentricis imbecillitatem, tum ob cibi acrimoniã, quam ex corruptione contraxit, vim expultricem prouitantem. Vitioſa retentio communia cum vitioſa excretione hæc habet accidentia, nempe vibrationem, palpitationem, ſuccuſsionem, tremorem, ſingultum, ructum, vomitum, choleram, & lienteriam. Quatenus enim venter vitioſè minimeque ſecundum naturam cibum amplexatur, retentricis: quatenus perperam ad excretionem mouetur, expultricis ſunt ſymptomata, quæ materię vel quãtitate vel acrimonia, vel vtroq; cõcitatur. Quũ igitur ab his excretrix facultas irritatur, ſequitur ventriculi vibratio, palpitatio concuſsio & tremor, ſcilicet luctãte virtute cum excernẽda materia. Quod nõ fieret ſi tam robuſta vis eſſet, vt ſuũ motũ moderari poſſet. Singultus igitur vtriuſq; virtutis ſymptoma, commotio eſt ac velut conuulſio quædam non ſolùm ventriculi, ſed & oris ventris, quam efficit quicquid ventrem cogit ac ſtrictim premit ad expulſionem. Cogunt autem frigida, calida, acria, auſtera, & ſicca Vomitus verò excretio eſt per ſuperiora, eorum quæ in ventris ſpatio continentur, quæ qui-

dem grauant ac mordent. Qualia autẽ hæc ſint, ſenſus ipſe cognoſcit. Nauſea, inanis eſt vomendi conatus, nihil enim vacuat, ſolùm igitur expultricis eſt ſymptoma: quod fit ab humoribus tunicis ſtomachi infarctis. Lienteria vtriuſque facultatis ſymptoma eſt, quo venter ad inferiora demittit: fitque à mordaci ac degrauante materia: quemadmodũ & cholera, in qua tã per inferiora quàm ſuperiora eadem materia expellitur. Si verò nihil aut debiliter tardeque venter G attrahat, cibus per ſumma hærebit, ac innatabit. Sic enim ἐπιπολάζειν interpretantur, quod non ſolum natare, ſed & per ſumma apparere ac hærere ſignificat. Cibus igitur ἐπιπολάζειν dicitur, quum in ſuperioribus ventris partibus hæret. In qua ſignificatione Galenus libro quinto de cauſis ſymptomatum his verbis vtitur, διὰ τοῦτο τὰ μὲν ἐπιπολάζοντα δι᾽ ἐμέτων ἐκβάλλει. τὰ δὲ ἤδη ῥέποντα κάτω πρὸς ἐκείνην ἀποθεῖται, quod eſt, proinde quæ in ſummo exiſtunt, vomitione: quæ verò iam deorſum vergunt, per inferiora deiiciuntur. Ariſtoteles in pro- H blematis ſæpe verbo hoc ἐπιπολάζειν vſus eſt, quod Gaza natare ſemper interpretatus eſt. Siue igitur natare, ſiue per ſumma hærere cibum dixeris, nihil refert: modò intelligas non ſuper liquidum fluitare ac natare,

ſed

ſed in ſuprema ventris parte hærere. Quod accidit, quum vẽter omnino plenus eſt, aut qui deglutitur cibus, glutinoſus, lentus ac auſterus eſt, ita vt non facilè ab expultrice ſtomachi facultate & ventris attractrice ad fundum perducatur, quãtumuis robuſta ſit. Sed hoc ſymptoma ad vẽtris affectum nihil attinet. Itaq; ſi cibus ſuapte natura lentus non ſit, nec tardè moueatur, nec hæreat in ſummo ventre, offenſæ attractricis certum te-
A ſtimonium erit. Quòd ſi eius motus vitioſus ſit, non ſolùm à ſtomacho cibum attrahit, ſed ab inteſtinis ſtercus & clyſteres, quæ vomitione reiicit, præſertim ſi inteſtinorum expultrix ad ſuperiora concitata ſit, quod accidit quum hæc duro ſtercore, vel tumore præter naturam, vel alia occaſione obſtructa ſunt. Atque tum ſymptoma hoc potius ad inteſtinorum expultricem, quàm ad ventris attractricem referendũ eſt. Concoctrix ventriculi facultas offendi dicitur, quum cibum nec cõterit nec concoquit, aut debiliter aut vitioſè id efficit. Reſolutam
B vim ſequitur ſumma cruditas, ita vt cibus ingeſtus nullã omnino accipiat immutationem. Debilẽ verò cruditas quidẽ ſequitur, ſed quàm ex affectu priore minor. Neutram ſequitur febris & ſitis. Priorem ructus inſipidus, nulliusq; alterius qualitatis quàm

cibi

cibi ſaporem referens: poſteriorem ructus acidus. Vitioſæ coctionis comes eſt ſitis vehemens, & lãguida, tenuis, hecticaq; febris, ructus nidoroſus, putris, fœtidus, & id genus alienæ qualit[illegible]s, quæ explicari facilè non poſſunt: quæ [illegible] corrupti in ventriculo cibi varietate aliæ atq; aliæ ſunt. Corrumpitur autem in ventriculo cibus vel ob intemperiem maximè calidam, vel inſtrumẽti morbum, vel ſolutam vnitatem, vt vlcus & abſceſſum, aut propter humores vel in ipſo genitos, vel aliũde accitos. Nam & ex cerebro & iecore humor in vẽtrem refundi poteſt, vel bilioſus acerq;, vel ſalſus, vel alius, qui tempore illic corrumpi poteſt, alienamque qualitatem nanciſci: vnde qui ingerũtur cibi, corrumpũtur, atque irritata facultate imi quidem ventris, per inferiora: ſtomachi verò, per ſuperiora deiiciuntur. C

Quinetiam thoracis uitia nuntiant ſpirandi difficultas, tußis, & eius partis dolor, eorumq; quæ expuuntur, differentia. Aſperæ quoque arteriæ morbos, difficilis ſpiratio, tußis, eius dolor & quæ expuendo reijciuntur, & uocis uitia, oſtendunt. D

Vitiorum thoracis, & quæ in eo ſunt tum

par

partium tum humorum notas docet Gale-
nus,nimirū pulmonis, aſperæ arteriæ, & ſe-
pti tranſuerſi, quodq́; in medio thoracis &
pulmonis ſpatio,puris,ſaniei,aliorumq́; hu-
morum cōtinetur. Thoracis igitur affectus
ſunt,vlcera, inflāmationes, eryſipelata, ab-
ſceſſus,contuſio,ruptio,imbecillitas, & alia
id genus. Atque ea quidem mala,vel mem-
branam coſtas ſuccingentem, vel muſculos
E occupant quæ pro locorum etiam cōditio-
ne alia atq; alia habēt quibus ſe produūt ac-
cidentia. Siquidem membranæ inflamma-
tionem,quā propriè pleuritidem appellant,
neceſſariò febris comitatur,eò acerbior ac
vehementior,quò partis affectus maior eſt.
Vicinitate enim & cognatione quā inflam-
mata membrana cum tunica cor & ſeptum
tranſuerſum ambiente obtinet, non ſolùm
caloris qualitas, ſed & vapor putris ad cor
peruenit,vnde febris vehemēs naſcitur,quæ
pulſus efficit maiores crebriores & celerio-
res,ſcilicet vrgente neceſsitate.Sed cum in-
F flammata hæc membrana cognata ſit tuni-
cæ qua cor cingi modò dicebamus, non hāc
ſolùm,ſed & arterias conſequentia quadam
diſtendit. Pulſum igitur cum tenſione & du
ritia efficit:quæ non tam dilatari arteriam,
quàm exigit neceſsitas,permittit. Frequen-
tia igitur ac celeritate pulſus magnitudinem
com

compenſari oportuit. Ad eundem modũ & reſpirationis. Siquidẽ dolor ſpirandi inſtrumenta plurimũ dilatari prohibet:proindeq; eorũ actiones intercipit prius quã hæ quantum neceſsitas poſtulat abſoluantur: quare prius nouã celeriter iterare actionẽ coguntur,minorẽq; quietẽ quàm pro naturali conſtitutione efficere:atq; ſic quidẽ ſpiritus exiguus eſt & frequẽs. Cæterùm quum thorax totus ob neruorum in eum cõcurſum,maximeq; eius membranã quæ tota neruoſa eſt, plurimumq; exporrecta, ſenſu maximo ſit præditus:dolor nõ ſolùm vehemẽter lancinat pũgitq;, præſertim dum thorax mouetur,ſed & latè diffunditur,interdũ quidẽ ad iugulũ vſq;, quũ ſcilicet ſuperiores coſtas: ad ſeptũ verò tranſuerſum,quum inferiores obſidet,quod perpetuũ non eſt,ſed tantùm quũ affectus eſt magnus. Quoniã rurſus mẽbrana quæ coſtas veſtit, duplex eſt: ſi exterior circa oſſa vehementer inflammata ſit, facilius æger in aduerſam partẽ,quàm in affectam decũbit. In hoc enim decubitu premitur,in altero verò non premitur. Sin interior membrana laborat, in oppoſitum latus decũbens æger grauius læditur,vt cui ſuſpẽſus tumor ſuo pondere membranam diſtendat,proindeq; dolorem augeat. Minus verò grauis in affectam partem decubitus eſt. G H

Neq;

Neq; enim ab oſsibus premitur, neq; ſuſpenſa tum inflammatio eſt, hæretq; parti, quæ dolorem non admittit. Eiuſmodi affectum neceſſariò tuſsis ſequitur, ſæpe cum ſputo, ſine hoc rarò, quod quum accidit, morbum crudum eſſe omnino ſignificat: proinde aut
A longum fore portendit, aut periculoſum. Quod autẽ reiicitur ſputum, nõ ſolum affectum, ſed & eius differentiã oſtẽdit. Rubrũ enim ſanguinẽ, flauum flauam, atrum atram bilem, & candidũ pituitam eſſe quæ affectũ gignit, ſignificat. Effundit enim primùm lateris affecti tumor ſaniem in thoracis & pulmonis ſpatium, hanc dilatatione pulmo per aſperas arterias haurit, deinde cũ tuſsi reiicit. Atq; hæ ſunt membranæ vicinorumq; muſculorũ inflammationis notę. Externorum verò & ad cutem tendentium muſculorum inflammationem (quam, ſi lubet, ſpuriam pleuritidẽ appellabis) dolor lateris ſe-
B quitur, ſed quàm in priore mitior. Neque enim tam præſtanti ſenſu præditi ſunt hi, quàm mẽbrana, ac interni muſculi: nec tam pulmonis dilatatione premuntur. Nam per tuſsim pulmones externos muſculos ſuo dilatatu vehementer non feriunt: in internos verò, & præcipuè membranam, per tuſsim & inſpirationem maiorem vehementer incumbunt, proindeque eius dolorem augẽt.

Feb

Febris aut nulla, aut exigua, externorum muſculorum inflammationem comitatur, vt quæ ad cutem vergat, in tumoremque tandē attollatur, niſi fortè prius digeratur ac diſcutiatur. Lōgius igitur à corde diſtat, minoremq́; cum eo habet cōmunicationē. C Quare ſiqua febris adeſt, acuta vehemensq́; non eſt. Eadē ratione liberior eſt ſpiratio. Minus enim dolor, vtpote mitior, thoracis motum intercipit: minusq́; neceſsitas ſpiritū attrahi cogit, quàm in vera pleuritide: quoniam, vt modò dictū eſt, aut nulla omnino febris adeſt, aut exigua admodū, minimeq́; acuta: quare & pulſus maior erit, minusq́; tēſus & durus: quādò inflammatus muſculus, nec membranas, nec tunicas ſepti tranſuerſi & cordis, proindeq́; nec arterias tendit, hac enim ratione pulſus durus hic eſſe cenſetur, quòd arteria tendatur. Cæterùm nihil ex- D puitur, imò nec vlla tuſsis vrget. Nihil enim in thoracis ſpatium effunditur, quod pulmo per aſperas arterias excipiat, ac cū tuſsi reiiciat. Quòd ſi commemoratum locum eryſipelas occupet, febris acrior excitabitur, atq; incendium maius: proinde caloris accidentia omnia maiora erunt, tenſionis verò minora. Itaque reſpirationem maiorem habebit, ſcilicet neceſsitate vrgente, & dolore minus thoracis actionem intercipiente. Mi

nor

nor enim eryſipelatis quàm inflammatiōis tumor eſſe ſolet: proinde mēbranam coſtas ſuccingentem minus tendit, doloremq; minus vehementem efficit, minusque thoracis
E functiones intercipientem. Eadem ratione pulſus maior erit, & minus tenſus ac durus, vt ex antè dictis ſatis liquere poteſt. Cæterùm præter commemoratos affectus dolorem in thorace excitat ſpiritus crudi ac flatulenti, & humoris tam calidi & acris quàm frigidi & lenti abūdantia, cōtinentes ac ambientes partes diſtendēdo, in thoracis enim tum ſubſtantia tum ſpatio continetur. Citra humorum quoque ac flatuum cōmercium antè dictæ partes afficiuntur, aut leuius, aut grauius. Leuius quidem affectæ, ſine motu dolorem non ſentiunt: grauius verò, etiam ſi non moueātur, dolent: ſequiturq; eiuſmo
F di dolorem ſpiratio exigua, vt antè declaratum eſt, ac etiam frequens. Nam ſi conuulſi muſculi ſunt, breui quiete tam inſpirationē quàm expirationem iterare coguntur. Caloris etiam vehementia breuiſsimo interuallo fereq; aſsiduè laborantem ſpirare cogit. Vehemens igitur calor non ſolùm thoracis, ſed & pulmonis & cordis, ſi robuſta ſpirandi inſtrumenta ſunt, ſpirationem reddit magnam, frequentem & celerem, cum halitus calidi & feruentis per os efflatu, id eſt vehe-

menti expiratione. Sin imbecilla ſunt, magna ſpiratio non erit, ſed frequens: neq; multum thorax dilatabitur: nec per os, ſed tantùm per nares calidus ſpiritus emittetur. G Quòd ſi narium pinnæ contrahantur, proſtrati iam roboris nota erit. Si verò ſine calore ſpirandi inſtrumẽti adſit imbecillitas, neque frequenter, neque multum thorax dilatabitur, ſed omnes thoracis muſculi mouebuntur, pectusq; & ſcoptulæ attollentur, atque hanc ſpirationem Galenus non magnã, ſed ſublimẽ appellat. Si igitur imbecillum ſeptum tranſuerſum eſt, per ſe thoracẽ mouere non poteſt: ideò ſenſim muſculi primùm thoracis, deinde ſuperiores mouẽtur. Cæterùm eiuſmodi intẽperies tuſsim ſiccam mouet, ſcilicet concuſsis muſculis ea H quæ moleſta ſunt, per pulmonis arterias excernere conantibus. Frigus verò vehemens paruam admodum atq; raram ſpirationem efficit, præſertim refrigerato ſimul iecore, liene, ac ventriculo. Quòd ſi pulmo ſimul refrigeratus ſit, fluxionibus eſt obnoxius. Vehementer autem vulnerato thorace, aut altera eius parte reſoluta, ſemiſpiratio & ſemiuocalitas fit. Thoracis inflammationes ſi non digerantur, diſcutianturque, aut ſputo vacuentur, erumpunt, pusq; in ſpatium inter thoracem & pulmones medium effundunt:

tan

tandemq; per tuſsim reiiciuntur. Collecto igitur in thorace pure, thorax totus attolli-
A tur, citra tamen vehemẽtem expirationem, niſi ſimul febris vehemens adſit. Imò ne ſpiritus quidẽ qui per nares emittitur, calidus eſt: nihilominus periculũ ſuffocationis non deeſt (maximè ſi magna vis puris in thorace collecta ſit) tum ob affectum ipſum, tum propter imbecillitatem quæ ex neceſsitate hunc comitatur, quod in fluxionibus, peripneumonia, & anhelatione, quam Græci aſthma vocant, neceſſariò non fit. Pure igitur pulmones implẽtur: quod quũ per imbecillitatem reiici nõ poſsit, vias ſpiritus occludit ac ſuffocat. Imbecillitatem hanc, morbi
B præcedẽtis tum magnitudo, tum longitudo attulit. Hãc puris multitudinem in thoracis ſpatio contineri coniiciendum eſt, ſi pleuritis præceſſerit quæ nihil ſputi reddiderit, ſi febris vehementia remiſſa ſit, & grauitatis ſenſus in thorace relictus ſit, ſentiatque aliquid defluere æger ac fluctuare dum validè à latere in latus conuertitur. Nonnunquam verò è cerebro in eundem locum ſeroſus tenuis ac pituitoſus humor deſcendit: atque tum ſpirandi difficultatem excitat, tuſsimque mouet, per initia vehementem, & cum tenui exiguoque ſputo: deinde verò mitiorem, & cum ſputo coctiore,

craſsiore & vberiore. Si quando verò cum C
lateris dolore ſanguis per tuſsim reiiciatur
(quod & pulmoni contingere poteſt, ſed ci
tra dolorem) certum eſt aliquam thoracis
venam aut ruptam, aut eroſam, aut dilatatã
eſſe. Ruptionem maior ſanguinis fluxio ſe-
quitur: quanquam ex thorace non multus
reiici ſolet, nec rubicundus, ſed ater ac gru-
moſus, vberior tamen quàm ex eroſione ac
dilatatione educitur. Venam rũpunt humo
ris redundantia, & flatus diſtẽdens. Eroſio-
nem facit acris humoris abũdantia, quã cu-
tis color oſtendit. Reiecti quoq; ſanguinis
qualitas, eroſionis eſt nota. Dilatationẽ ve D
rò efficiunt calidæ cauſæ: cuiuſmodi eſt fre
quens calidorum balneorum vſus, aẽris con
ſtitutio calida, cibique & potus calidi vſus.
Dilatati venarum oris nota eſt exigua ſan-
guinis reiecti quantitas. Minus enim quàm
eroſio & ruptio emittit. Paulatim enim is
ex venæ oris dilatatione ſtillat. Semper ta-
mẽ ſiue multus, ſiue exiguus ſit, niger ac gru
moſus exit. Protinus enim ex vena in thora
cis ſpatiũ effuſus refrigeratur. Calido eius
ſpiritu exhalato refrigeratus, in grumos co-
gitur, ac nigreſcit. Septum tranſuerſum in-
terdum per ſe ſuos habet affectus, vt imbe-
cillitatem, quæ (vt modò diximus) ſpiritum
difficilem reddit. Interdum verò cum cere E
bro-

bro ſuum communicat affectum: deinde de-
lirium parit phrenetidi proximum: quod nō
vt hæc ſpirationem habet raram ac magnā,
ſed tamen inæqualē. Siquidem initio ſepti
tranſuerſi inflammationis, ſpiritus frequens
eſt, deinde magnus, & gementium ſimilis,
στεναγμώδης græcis dicitur, hypochondria
quoque initio ſtatim intenduntur. In ſum-
ma, delirium quod ex ſepto tranſuerſo fit,
protinus ſe manifeſtiſsimè prodit, quieſcitq́;
dum ſe remittit primus affectus. Dolore ca-
put non vrgetur quod in phrenitide neceſſa
F riò accidit: nec ſquallidi oculi fiunt, nec acris
ex oculo lachryma manat, nec lema, id eſt
humoris concretio apparet: nec è naribus ſan
guis ſtillat: nec oculorū venæ ſanguine di-
ſtentæ ſunt: nec tam aſpera lingua. In reli-
quis ferè omnibus phrenitidem imitatur.
Nam vigilant, exiliunt, clamant, aliena lo-
quuntur, & id genus ſexcenta: quæ quia alio
loco docebuntur, nunc recenſenda nō ſunt.

Pulmones affectus hi exercēt, inflāmatio,
eryſipelas, vlcus, venarū ruptio, eroſio, dila
tatio, & obſtructio, & quæ hāc ſequitur via
rū anguſtia. Inflāmationis pulmonis notæ
ſunt grauitas & tenſio, quæ maximè in pe-
G ctore & dorſi ſpina ſentiūtur. Nullo enim
alio loco dolorem ſentiunt, quocunq; affe-
ctu laborent. Cū hac grauitate febris adeſt,

& viarum ſpiritus anguſtia, quæ aſperarũ arteriarum & gutturis obſtructionis cõmunis eſt: vt mox dicemus. Quoniam autem affectum hunc acuta febris ſequitur, ſpiratio maxima frequentiſsima & celerrima erit: quæ vix tamen neceſsitati ſufficere poſsit. Ideò ſurgere ægri tẽtant, quò melius thorax dilatetur. Quòd ſi imbecillitas vnà adſit, iam in propinquo mors eſt. Proximũ inflammationi eryſipelas eſt, eiuſq; notę ferè ſimiles. Febris tamen vt acutior eſt, atq; incendium maius, ita grauitas atq; tẽſio & anguſtia minor quàm in inflãmatione, ex qua aliquãdo fit abſceſſus, & ex abſceſſu ſuppuratio, puriſq; effuſio in mediũ thoracis ſpatiũ. Abſceſſus igitur ſi adhuc coniunctã habeat inflammationẽ, ſpirationẽ efficit magnã, celerem ac frequentẽ, atq; adeò efflationem: & vias anguſtas reddit, proinde paucũ ſpiritũ attrahit, ſed thoracem plurimũ attollit. Ex quo cõſtat ſpirationis magnitudinem dici, quũ copioſus aër attrahitur, & thorax dilatatur plurimũ. Si verò nulla inflãmatio cum abſceſſu adſit, neq; efflatio erit, neque feruidus ſpiritus per nares emittetur. Tuberculi crudi accidẽtia his ferè proxima ſunt: ſed eò tamẽ inter ſe diſtinguũtur, quòd crudũ tuberculũ nulla aut inflãmatio, aut eryſipelas præceſsit. Porrò autẽ erũpente abſceſſu, pu-
ris

ris multitudo in aſperas pulmonis arterias
diffunditur,quo opplétur,ſequunturq; ſym
ptomata ferè omnia quæ ex collecti in tho-
race puris copia naſci antè declarauimus:at-
que magnũ vlcus in pulmone relinquitur,
quod purulentam materiam ſputo aſsiduè
ſuggerit.Aliter quoq; exulcerantur ac ero-
duntur pulmones,nimirũ acriũ vitioſorũq;
humorũ cõſortio,ſiue hi è cerebro & vici-
nis eius partibus deſcenderint, ſiue in ipſis
B geniti fuerint,facilè enim ob nimium humo
rem,ſubſtantiæq; mollitiã commemoratas
accipiunt iniurias,prõpteq; putreſcere poſ-
ſunt.Quæ cũ accidunt,nõ ſolũ pulmonis ca
ro,ſed & vaſa ipſa erodũtur ac putreſcunt.
Itaq; reiecta cũ tuſsi vaſis & carnis pars, ve-
nã & carnẽ cõputruiſſe teſtatur.Arteria ve-
rò eodẽ modo educta,magnũ vlcus, mem-
branoſumq; vinculũ ipſam cũ aliis coniun-
gẽs reſolutũ eſſe in pulmone ſignificat: vt
autor eſt Galenus. Hoc eroſiõis genus præ-
ceſſerũt acris è capite & vicinis partibus de-
fluxio,exigua ſputa,eaq; bilioſa, quibus fe-
bricula ſuperuenit,hæc enim defluxio aſsi-
C duitate pulmonũ ſubſtãtiã paulatim erodit
ac exulcerat,ex vlcere febris naſcitur,ſcilicet
aucta fluxione putreſcẽte.Deinde pus excer
nitur cũ ſanguinis momẽto,quod eroſę iam
venæ argumẽtũ eſt.Tẽporis autẽ progreſſu

increſcente malo, validiora fiunt acciden-tia: itaque febris intenditur: maior ſputi & ſanguinis copia reiicitur: cum quibus & pulmonis ramenta, & venarum ac tunicarũ partes, atque tandem aſperæ pulmonis arteriæ cartilagines, quas græci bronchia vocãt. Cæterùm ſanguis cum tuſsi reiectus, grumoſus non eſt, ſed ſpumoſus. Quum primùm enim è vena fluxit, antequam frigore cogatur, ab D irritatis eo pulmonibus foras propellitur ſpumoſus, qualis locus eſt vnde educitur. Cæterùm nullo dolore aut ſaltem hebete ac exiguo inter reiiciendũ æger affligitur. Solùm enim per externã membranam ſenſum habet, quem à prodeũte è cerebro neruo accipit: intus autem, vnde excrementa reiiciuntur, ſenſus expers eſt, proinde & doloris. Quoſdam autem pus in durã ac grandini ſimilem ſubſtantiam coactum reieciſſe Galenus teſtatur. Viſceris enim calor, temporis ſpatio in hanc duritiam pulmonis pituitam cogit. Manat quoque ex pulmone ſanguis, quum venæ aut rumpuntur, aut aperiuntur. Rumpuntur autem, vt antè declaratũ eſt, vel humorũ multitudine, ſiue per ſe, E ſiue cũ crudo ſpiritu ipſas diſtendente, vel motu corporis vehemẽtiore, vel exclamatione, intentioneq; vocis. Nam venæ duræ, rigidæ, flectiq; contumaces, rũpuntur potius

qu

quàm diſtendantur. Venæ ruptionem oſten
dit ſubita largaq; ſanguinis profuſio,& alia
quæ thoracis venæ ruptionem ſequi paulò
antè docuimus. Sed largior ex pulmone
quàm thorace ſanguinis copia reiici ſolet.
Dilatantur ora venarũ, quẽadmodũ antè
declaratũ eſt,rebus calidis:ſed parcior ſan-
guis quàm ex ruptione effunditur. Obſtruũ
F tur tum aſperæ tũ læues pulmonis arteriæ,
magna item vocis arteria,& guttur. Aſperæ
quidẽ defluxione è capite & vicinis eius par
tibus dictas arterias implente:puris multitu-
dine,vt antè dictũ eſt:craſsis viſcoſisq; hu-
moribus,vnde anhelatio fit,quã ἆσθμα græ-
ci vocant:tuberculo quoq;, quod iidẽ φῦμα
appellãt:abſceſſu & inflammatione: de qui-
bus antè prodita quædam ſunt. Ab eiſdẽ ve-
rò cauſis,maximeq; tuberculo crudo,& craſ
ſis glutinoſisq; humoribus,læues aliquando
arteriæ opplentur,ſed alia ſymptomata in-
uehunt:Primùm quidem ſine vlla ſpirandi
G difficultate magnam pulſus inæqualitatem.
Siquidem eiuſmodi arteriæ magnũ cũ cor-
de conſenſum habent:itaq; pulſum immuta
re poſſunt,deinde verò tẽporis tractu incre
ſcente malo,nõ ſolùm pulſus inæqualitas au
getur,ſed & ſpiratio mutatur, fitq; ſpiritus
in dies magis magiſq, difficilis, pro affectus
incrementi magnitudine. Vbi verò pluri-

mùm malum auctum eſt, maxima fit ſpiritus difficultas, & pulſus inæqualitas, cum virium reſolutiõe, qualis in cordis affectibus viſitur, quæ hominem perimit. Cæterùm aſperarum arteriarũ obſtructio, vocis anguſtiam parit. Quicquid enim ipſis impactum H eſt, aut in ipſas illapſum, ſpirationis libertatẽ adimit. Anguſtiã verò quæ defluxione fit, protinus ſequitur, magna ſpirandi difficultas, ſine calidi ſpiritus efflatione, vehementiq; ſpiritus emiſsione. Quam verò multi craſsi lentiq; humores anguſtiam attulerũt, ſtertor ac ſtrepitus comitatur. At in ea quæ ex crudo tuberculo naſcitur, ſpiritus difficultas hominem adhuc per ſanitatem agentem inuadit: quæ paulatim augeſcit cum magna thoracis dilatatione, & modici aëris inſpiratione, ſine ſtertore, ſtrepitu, & vehemẽti expiratione. Eadem ratione aliorum ſpiritus inſtrumẽtorum anguſtia fit, eademq; ex ea ſymptomata naſcuntur. Eiuſmodi autẽ in- A ſtrumenta intemperie quoque laborare ſolent, vel ſola, vel cum obſtructione. Calidã quidem ſine humore ſequitur frequens celeris vehemens & magna reſpiratio, & calidi feruidiq; ſpiritus efflatio, ſi quidem vires valent. Sin imbecillæ ſunt, calidus ſpiritus per nares emittitur, non autẽ efflatio fit, nec magna nec vehemẽs ſpiratio, vtcũq; validæ vires

res ſint. Per calidam intemperiem aër cibus potus frigida expetuntur: per frigidam verò calida. Cæterùm frigus ſpirationem efficit raram ac paruam, ægrumq; thoracis ac pul-
B monis deſtillationibus obnoxium reddit. Porrò autem & aſperam bronchiis arteriam vlcerari contingit: atque hunc affectũ oſtẽdit purulẽti ſputi reiectio, ſed minoris quàm ex pulmone & thorace, interdum cum ligulæ portione. Dolor etiam inter reiiciendũ, locum affectum exercet. Supereſt vt de vocis vitiis diſſeramus. Nam & hæc ſpiritaliũ inſtrumentorũ affectus oſtẽdunt. Quod vt clarius intelligatur, ſcire licet hæc ordine ſe conſequi, expirationem primùm eam quæ ſine ſtrepitu, deinde quæ cum ſtrepitu & ſono fit, poſteà vocem, poſtremò ſermonem,
C ita vt prioribus vitiatis, poſteriora neceſſariò lædãtur: non contrà poſterioribus offenſis, priora neceſſariò vitientur. Itaque expiratione læſa, reliqua quæ ſequuntur, offendũtur: nõ autẽ ſermone vitiato reliqua priora offendi neceſſe eſt. Horũ omnium inſtrumẽta ſunt, ſeptum tranſuerſum, muſculi thoracis, guttur, eiuſque muſculi, & lingua. Simplicis enim ac naturalis ſpirationis ſeptũ trãſuerſum inſtrumentum eſt: maioris autem, ac etiam efflationis, ſiue cum ſtrepitu & ſono, ſiue citra hunc fiat, oẽs thoracis muſculi

vnà cum ſepto tranſuerſo. Vocis autem, guttur, eius muſculi, & prodeuntes in ipſos è cerebro nerui. Sermonis verò præcipuum instrumentum lingua eſt, cui dentes, labra, narium foramina, palatum, gurgulio, & linguæ vinculũ famulantur. Læſo igitur ſepto tranſuerſo, ſpiratio naturalis læditur: muſculis verò, efflatio & vox. Cæterũ neruis in ipſos à cerebro deſcendentibus affectis, nõ reſpiratio modò, ſed & efflatio, (quæ vehemens, vt diximus, eſt expiratio) & vox lædetur. Reddi enim ea non poteſt, niſi ſpiritus vehementer impellatur: quod coſtarum muſculi efficiunt, quibus mouendi vim inſerunt antè dicti nerui: qui ſi vel ſecentur, vel laqueo comprehendantur, vel contundantur, vocem vitiant. Idem malũ accidit læſis gutturis muſculis. Cum igitur vocis materia expiratio ſit, hanc autẽ ſepti tranſuerſi & thoracis motus ſuggerat: is ſi imperfectus vitiatusq; ſit, vox naturalis eſſe nõ poterit: quemadmodũ nec ſi abſolutus perfectusq; ſit, propria verò eius inſtrumẽta quæ modò recenſuimus, læſa ſint. Itaque læſis tum ſpirationis tum vocis inſtrumentis, vox lęditur. Illis quidem vt antè declaratum eſt: his verò quum gutturis muſculi ægrè mouentur, aut palpitãt aut tremunt, aut quatiẽdo conuellendoq; mouentur, aut refrigerati ſunt, aut rigẽt, aut humo-

re

reſcatent,aut ſicci duriq; ſunt,ac flecti non poſſunt. Cæterùm quũ inflammati ſunt(nã
F tũ ſine magno dolore moueri nõ poſſunt) vitioſa quoq; vox redditur, ſi guttur vitiatum ſit,aut ligula, quæ propria ſunt vocis inſtrumenta. Quum autem hæc moderatè guttur aperit aut claudit,vocẽ vociſq; naturales differentias efficit. Aperta enim grauẽ vel magnam,commiſſa verò gutturi paruã aut acutam vocem reddit:magnam & acutam,ſi vehementer:paruam aut grauem, ſi inualidè ſpiritus impulſus ſit. Ex his igitur vitiatæ vocis differentiæ ſumi poſſunt. Ab humiditate enim mẽbranæ, gutturis raucitas:à ſiccitate aſperitateque, aſpera & clangori ſimilis vox naſcitur. A frigore & rigo
G re vel tenſione,quum muſculi guttur mouere ægrè poſsint, vox talis promanat, qualem aut anguſtia inſtrumenti aut amplitudo redderet:hoc eſt acuta, ſi via anguſta eſt: grauis, ſi ampla: ſtridula verò, ſi muſculi tremunt aut palpitant. Atque hæc quidem de thoracis eiuſque partium affectarum notis.

Eadem ratione aliarum omnium partium affectus, ex tumore, dolore, functionum offenſione,& excrementorum differentia cognoſcũtur. Tumores quidem

dem præter naturam ſunt,inflammatio=nes,ſcirrhi,& œdemata.Dolor uerò,in H quacunque corporis parte firmatus ſit, aut ſolutionis continuitatem, aut uehe=mentem ſubitamq́; immutationem oſten dit.Continuitas autem ſectione, eroſio=ne,contuſione, & tenſione ſoluitur.Im=mutatur uerò ſubſtãtia à calore, frigo=re,ſiccitate,& humiditate.Trifariã au=tẽ functio læditur. Aut enim debiliter, aut uitioſè,aut omnino nõ editur. Quæ uerò reijciũtur,alia affectorũ locorum particulæ ſunt,alia excrementa. At quæ in ipſis naturaliter cõtinẽtur,de ſe unũ=quodq; præbet indiciũ. De omnibus his A in opere de locis affectis fuſius diſputa tũ eſt:quod nemo ante nos,aut in artẽ re degit,aut abſoluit:quẽadmodũ nec aliud ullũ,quod ueteres quidẽ inceperint, ad finẽ perductũ eſt. Aegrotãtiũ igitur cor porũ,ex illo opere:ex hac uerò metho=do,eorũ qui in morbũ labũtur,et qui ſa nitati reſtituẽdi ſunt, notæ petẽdæ ſunt.

Qu

Quoniam locus hic omniũ corporis partium affectibus eſt communis, mihi videtur non abſurdum forè, omnia quibus affectæ
B ſedes internæ earumq; affectus deprehendi poſsint, hoc loco notas docere. Scire igitur licet, quòd quemadmodum vnamquanque naturam, hoc eſt temperamentum & conſtitutionem corporis, ſua ſanitas comitatur, ſanitatem verò actiones & diatheſes, hoc eſt affectiones & qualitates, quæ pro ſui temperamenti, ab eoq; profectæ ſanitatis ratione in corpore viſuntur, & quæ reiiciuntur excrementa: ita intemperaturas & malas conſtitutiones morbi ſequuntur: morbos verò actionum noxæ, qualitates, & quæ præter naturam excernũtur. Itaque morborum ſigna deprehendũtur ab actionum offenſio-
C nibus, tumoribus pręter naturam, doloribus, qualitatibus, & his quæ è corpore reiiciuntur. Nam hæc omnia affectum comitantur. Functionum igitur offenſiones effatu dignæ morbos ſequuntur. Offenſum enim id eſſe dicimus, quum in eo manifeſtè aliquid deeſt quod ex naturæ inſtituto eſſe debuit. Nulla enim pars eſt quæ facultate aliqua prædita non ſit. Quum igitur variæ ſint corporis partes, earumque diuerſæ facultates, neceſſariò diuerſæ erunt actiones, probæ quidem, quũ integrę inculpatæq; ipſe partes

ſunt:

ſunt:læſæ verò atque improbæ,quum morbo aliquo teneantur. Quum igitur partium facultas abolita eſt, nullam prorſus edit actionem. Quum verò hęc imbecilla eſt,imperfectam. At cum præter imbecillitatem partes vitium aliquod fecerunt, vitioſam edunt actionem. Vt variæ igitur ſunt corporis partes,ita varię ſunt facultates,proindeq; & actiones:quas omnes in tria genera redegit Galenus,vt antè declaratum eſt, & idē autor in libris de differentiis & cauſis morborum fuſiſsimè docuit. Si igitur partis alicuius actio læſa ſit,affectus aut ipſius partis primarius eſt,aut per conſenſum fit. Itaque tumores ſua ſubſtantia ſeipſos produnt,locū verò affectum ſuo ſitu & figura. Inſunt autem alia aliis accidentia,quibus inter ſe tumores diſtinguuntur. Siquidem inflammationis propria ſunt,tenſio & renixus: doloris vehementia, ſi locus magno ſenſu præditus ſit,& cum pulſatiōe ſi arterioſus. Quòd ſi tumor viſum effugiat,tactu verò in externa aliqua parte ſentiatur,coniicere licet ſubiectam huic partem internam affectam eſſe. Si verbi gratia tumor in hypochondrio dextro tangenti apparet,certum eſt hunc in iecore aut ventris muſculis eſſe. In iecore quidem,ſi collectus:in muſculis verò,ſi ſparſus & oblongus ſit. Eryſipelas ſimiliter febris

com

comitatur vehementior & feruentior. Verũ tenſio & renixus minor ſunt, dolor, blandior, & ſine pulſu. Bilioſus enim humor quãtitate minor, ſubſtantia tenuior, & qualitate feruentior acriorque eſt. Igitur eryſipelas non in tantum tumorem attollitur, nec in vnũ colligitur, ſed diffunditur. Præterea caloris vehementia febrem maiorem accẽdit, carbo autem grauiſsimã & feruentiſsimã, doloremq́; grauiſsimum efficit, non ſine vitæ periculo. Vt autem in tumorẽ minorem quàm inflãmatio attollitur, ita minus quàm eryſipelas in latũ diffunditur. Scirrhi, & alii quoq; tumores duri, qualia ſunt carcinomata & glandulæ, duritia maximè & figura diſtinguuntur. Sine enim dolore omnia ſunt, niſi carcinoma quum vlceratũ eſt. Nã tũ dolorem ſentit, effunditq́; virus fœtidiſsimũ, ſi quam viam nactũ ſit. Scirrhi igitur duriſſimi ſunt cum partis quam obſident figura. Carcinoma autẽ velut cancer animal à quo nomen accepit, quoquouerſus brachia exporrigit: glãdulæ verò mobiles ſunt. Oedema tumor vaſtus, laxus, mollis, doloris expers, ſub hoc intelligi poteſt tumor aquoſus, qualis ramex eſt. Ne quid autem huic diſputationi deſit, paucis repetam quæ de doloribus prius declarata ſunt. Eius igitur differentiæ ſumuntur à cauſis quæ ipſum

efficiunt, & ſedis affectæ natura. Proximæ
doloris cauſæ ſunt intemperies, & ſoluta H
vnitas. Intemperies, vel ſola, vel cum hu-
moribus ac flatibus. Intemperies ſola, cali-
da, frigida, humida, & ſicca. Cum humori-
bus verò & flatibus, vel citra alienam qua-
litatem, vel cum calore aut frigore. Intem-
peries igitur calida ſola vehementiſsimum
omnium dolorem efficit, frigida ſecundum
locum obtinet. Illa cum caloris, hæc cum
frigoris notis eſt, ſine alterius doloris ſen-
ſu, hoc eſt ſine diſtenſione, grauitate, eroſio-
ne pulſatione, aut punctione. Siccitas dolo-
rem parit, humiditas nullum. Cum humori-
bus ac flatibus citra alienam qualitatem fit
dolor cum tenſionis & grauitatis ſenſu: vt
mox dicemus. Vnitatem ſoluunt ſectio,
eroſio, contuſio, & tenſio. Sectio autem & A
contuſio ſenſibus deprehēduntur: ideò aliæ
doloris notæ ab his quærendæ non ſunt.
Eroſio verò ab humorum acrimonia, ten-
ſio à flatu aut humorum abundantia fit, ex
qua grauitatis ſenſus naſcitur. Ab affectæ
quoque partis natura, doloris differentiæ
petuntur. Siquidem arterioſa pulſatilem
efficit, membranoſa pungentem. Ex his igi-
tur non ſolùm affecta pars, ſed & eius af-
fectus deprehenditur. Pungens igitur do-
lor atque exporrectus, membranam affe-

ctam:

ctam: qui ſi cum caloris ſenſu ſit, inflammatam
B tam eſſe ſignificat: mordax autem partem ſenſu præditam ab acri humore affici teſtatur. Tenſio & grauitas partem ſenſus expertem, aut hebetem ſenſum habentem, à flatu diſtendi, & humorum copia grauari oſtendit. Eadem eſt reliquorũ ratio. Qualitates quæ corporis affectus ſequũtur, quia ſenſibus obiectæ ſunt, ſenſiles dicuntur. Aliæ enim ad viſum, aliæ ad olfactum, aliæ ad guſtum, aliæ ad tactum, & aliæ ad auditum referuntur. Ad viſum quidem, colores tum corporis vniuerſi, tum ſingularum eius partium. In iecoris enim & cordis & lienis affectibus, color toto corpore flauus
C pallidus & ater conſpicitur, pro affectæ partis ratione. In lingua nigror per febres, & internos corporis morbos calidos. Ad olfactum verò fœtor ac alienus odor: hunc odorem reddit oris & narium ſpiritus, alæ, corporis vniuerſi halitus, & ſudores. Ad guſtum verò ſapor alienus, vt ſalſus, amarus, acidus: quem ex ſudoribus in os illabentibus, ſaliua, ſanguine per os reiecto, ſputis & vomitibus percipimus. Ad tactum autem primæ qualitates, & quæ ex his naſcuntur, duritia, mollitia, aſperitas & læuitas, tenſio item & laxitas, quæ tam in cute, quàm in aliis corporis partibus

ſentiuntur, vt in lingua aſperitas. Ad auditum verò vox, vt clãgor, raucitas, & alia vocis genera, quæ inſtrumentorum vocalium vitia oſtendunt, quemadmodum acutus, tenuis, exiguus, grauis, ſtridulus ſonus, bõbus & murmur inteſtinorum. Aurium quoque tinnitus & ſibilus eãdem obtinent rationẽ. D
Quæ autem è corpore præter naturam excernuntur, ea aut partium è quibus reiiciũtur, ſubſtantia ſunt, aut excrementa. Subſtantia partis reiecta, vel ipſa per ſe, vel ſua magnitudine non ſolùm affectã partẽ oſtẽdit, ſed & affectus vehementiam. Cartilago, verbi gratia, cum tuſsi reiecta, vlceratũ pulmonem eſſe teſtatur, quæ ſi magna ſit, E
magnum: ſi parua, exiguum vlcus eſſe ſignificat. Pulmo enim, vt autor eſt Galenus, ob humorem facilè & putreſcit & eroditur, magis aut minus pro cauſæ magnitudine. Veriſimile igitur eſt ex magna eroſione & putredine magnum, ex parua paruum fruſtum vel carnis vel vaſis vel cartilaginis pulmonis reiici. Ad eundem modum maior tunica per dyſenteriam educta, craſſorum: minor verò, gracilium inteſtinorum vlcus oſtendit. Proximam vim his habent ramenta quæ per vrinam reddita, veſicæ: cum tuſsi, pulmonis: per vomitum, gulæ & ventris vlcera ſignificant. Similiter & F
quæ

quæ affectis locis adnaſcuntur, quales ſunt fungi, qui fracto capitis oſſe apparentes, affectam cerebri membranam eſſe teſtantur. Atque hæc quidem tota ſubſtantia præter naturam ſunt, quemadmodũ & ſanguis qui per nares, aſperam arteriam, gulam, ſedẽ, & alium quemcunq; locũ nõ à natura inſtitutum, aut per ſuum quidẽ locum, ſed non ſuo tempore effluit. Præter naturã quoq; effluere dicuntur, ſi quantitate aut qualitate delinquunt, etiam ſi per idoneum locũ & ſuo tempore reiiciuntur. Quantitate autẽ delinquere dicuntur, quum immodicè menſtrua

G fluunt, aut venæ hæmorrhoides, aut etiam nares ſanguinẽ fundunt, vt in criſibus. Eiuſdem generis ſunt quæ in diarrhœa, in cruentis dyſenteriis, communibus excrementis, vt ſtercore & vrinis, quæque vomendo & ſpuendo reiiciuntur. Qualitate verò delinquere dicuntur, quæ quauis via excernuntur, ſiue ſua, ſiue aliena, alienam obtinent qualitatem, vt ructus nidoroſi, ſaliua amara, ſputum cruentum, ſordes, ſudor grauiter olens. Pus quoque fœtidum ac male coloratum, vrina nigra, aut alterius præter naturam coloris & odoris, menſes decolores, alui ſedimenta liquida & fœtida.

H Et in ſumma, quæcunque excernuntur cum aliena qualitate, hoc eſt alieno colore,

odore,ſapore,ſono ac ſtrepitu,calore,frigo re,humiditate,& ſiccitate.

Futuræ igitur ægrotationis ſigna me diã inter ſalubria & morboſa formam obtinent. Nam ſanis omnia ſecũdũ natu ram inſunt: præter naturam uerò ægro tis, quatenus ægrotãt. In horũ uerò me dio conſtituta ſunt, quæ futuros morbos prænũtiant: quorum alia ſecundũ natu ram ſunt, ſed qualitatibus quantitatibus uel temporibus permutata. Quædã uerò præter naturam, ſed quàm quæ in mor bis ſunt, obſcuriora. Quocirca affectio nes ipſæ corporũ quæ in morbos lapſu ra eſſe ſubmonſtraui, atque indicantia ipſas ſigna, in neutrorum genere poſita ſunt. Primario enim hæc ſanitatẽ oſten dunt, ſecũdo uerò loco morbos. Eadẽ cũ diuerſis cõparata, tũ neutra, tũ morboſa exiſtũt. Nã quatenus affectionẽ præſen tẽ oſtẽdũt, neutra: quatenus uerò futurã prænũtiãt, morboſa ſunt. Eadẽ ratione & quæ per morbos ſalubria ſigna ui ſuntur, quatenus futurã ſanitatẽ prædi- A

cunt

B cũt, ſalubria dicũtur: quatenus uerò præ ſentẽ morbũ monſtrãt, morboſa. Palam quoq; eſt, quòd quæ utrũq; indicãt, ſecũ dũ aliquod uocis neutrius ſignificatũ di ci neutra poterũt. Mirũ autẽ uideri non debet, eadẽ ſigna cũ diuerſis cõparata, triplicẽ rationẽ habere, nimirum ſalu- briũ, morboſorum, & neutrorum. Iuxta aliud uerò ſignificatũ, quæ ex morbo cõ ualeſcentibus inſunt ſigna, neutra dici- mus: in quo ſignificato ſigna quæ in ſe- nectute adſunt, accipiẽda eſſe arbitror.

C Hæc qdẽ omnia pluribus tũ notionibus, tũ rõnibus ſub iecta ſunt. Quæ igitur in abſoluta ſanitate atq; inculpata ſunt ſi- gna, ſub ſolã ſalubriũ notitiã ueniũt. Et quæ in ægrotis ſunt, nec futurã ſanitatẽ prænũtiãt, ſoli quoq; morboſorũ notiõi ſubijciũtur. De his aũt deinceps dicetur.

Futuri morbi notæ, mediam inter ſalu- bres & morboſas formam obtinent: vt quæ in earum medio ſint poſitæ: interdum qui- dem ad præcedentem ſanitatem magis decli nantes, proindeque ex ſalubriũ genere eſſe

cenſentur. Sed quia quantitate, qualitate, ac D
tempore immutantur, in eas quæ præter naturam ſunt, tranſeunt. Secundum enim naturam edimus, bibimus, corporiſque excrementa reiicimus: ſed ſi ſolito cibũ potumq; liberaliorem aut parcioré, eũq; vel frigidiorem vel calidiorem expetamus, idque citius aut tardius, frequentius aut rarius, excernamusque aut plus aut minus, aut non quale ſolemus, aut frequentius aut rarius, in morboſorum genere exiſtunt. Interdum verò eiuſmodi notæ ad morbum propius accedunt, atque ipſæ morboſæ ſunt, ſed minores obſcurioreſq; quàm quæ in morbis cernũtur. Interdũ verò in vtriuſq; exceſſus medio omnino conſiſtunt. Atq; vt à primi ge- E
neris notis, quas ex ſalubriũ genere eſſe diximus, magis recedunt, ita ad ſecundi ſigna, quæ præter naturã eſſe iã oſtenſum eſt, magis accedunt. Eiuſmodi auté omnia in neutrorũ genere poſita ſunt iuxta primũ eorũ ſignificatũ. Neutrius enim affectionis participes ſunt, ſed in medio, vt dixi, conſtitutæ. Primario igitur ſanitaté, ſecundo verò loco morbos ſignificãt. Eadé quoq; cum diuerſis comparata, tum neutra, tum moboſa ſunt. Neutra quidé, quatenus præſenté affectionem oſtendunt: morboſa verò, quatenus futuram præſagiunt. Ad eundem modũ ſi no- F
ta

tæ quæ in morbis viſuntur, cum præſenti ſta tu conferantur, morboſæ: ſi cum futura ſani- tate, ſalubres dicuntur. Atque hæ quoq; neu træ ſunt iuxta tertiam neutrius ſignificatio nem. Sputum, verbi gratia, quod in pleuriti- de excernitur, ſi quidem concoctum appa- reat, primo quidem præſentem affectum ſi- gnificat: ſecundo autem loco futuram ſani tatem. Similiter autem ſigna quædam ſunt, quæ præſentem morbũ & præteritum oſtẽ- dunt: atque hæc neutra ſunt iuxta eandem vocis neutrius ſignificationem, quales ferè
G ſunt febrium diariarum notæ, vt palpebra- rum tumor & grauitas, facieique pallor ac decoloratio: quæ non ſolùm diariam fe- brem eſſe quæ hominem affligit, ſed & hãc vigilias præceſsiſſe ſignificant. Cæterùm neutra eſſe dicuntur ſecundum tertiam ſi- gnificationem, quæ vtrunque affectum, hoc eſt morbũ & ſanitatẽ ſignificant: vt coctio quæ in febribus apparet, quatenus futurã ſa- nitatẽ oſtendit, ſalubre ſignũ eſt: quatenus verò præſentẽ affectũ indicat, morboſa no ta dicitur. Ex his cõſtat idẽ ſignũ ad diuer- ſa relatum, ſalubris, morboſi, & neutrius ra- tionem habere: vt vrina quæ in febribus cõ
H coctionis principium habet, præſentem ſta- tum neutrum eſſe ſignificat, futurum ſalu- brem, & præteritũ morboſum. Validę enim

virtutis coctio nota eſt,& quę vincẽdo mor bo ſuperior futura ſit:proinde futurã ſanitatem oſtendit,præſentem verò ſtatum inter ſalubrem & morboſum,mediũ : ideò ſignũ eſt neutrũ primæ ſignificationis. Anteceſſiſſe verò febrem vehementiorẽ ſignificat, & quæ hanc conſequuntur accidẽtia:quocirca morboſum eſt. Quatenus igitur hæc tria ſignificat, neutrũ eſt tertiæ ſignificationis. Ad eundem modum ſputum in febris & lateris doloris remiſsione, ſalubre, morboſum, & neutrum ſignum eſt. Salubre quidẽ,quatenus futuram ſanitatem:morboſum, quatenus pleuritidem præceſsiſſe:& neutrũ,quatenus affectum inter pleuritidem & integrã valetudinem medium ſignificat. Porrò autem conualeſcentium notæ neutræ ſunt,ſed iuxta aliud ſignificatum,nempe primũ. Neutrius enim ſignificationis ſunt participes. Nã ſi cum præſenti affectione conferãtur, morboſæ:ſi verò cum futura,ſalubres dicuntur. Quemadmodum autem ſigna in morbos labentium,media,vt antè diximus,ſaluberrimi & morboſiſsimi, alia quidem ad antecedẽtem ſanitatem, alia ad futurum morbum propius accedunt:ita cõualeſcentium notæ aliæ futuræ ſanitati,aliæ præcedẽti morbo propiores ſunt. Sed futuræ ægritudinis ſigna quædam omnino media ſaluberrimi &

mor

morboſiſsimi inueniuntur: conualeſcentiũ non item. Nam conualeſcentes omnino à morbo vindicati ſunt, ſed nondum priſtinæ valetudini integrè reſtituti: proinde eorum ſigna ex genere ſalubrium ſunt, eò quidem magis, quo propius ad ſanitatem futurã accedunt: ſed, quemadmodum de tranſeuntibus in morbum diximus, ea qualitate quan-
C titate & tempore immutantur: fiuntque ex eorum genere, quæ ſunt præter naturam. In eadem ſignificatione, ſanitatis notæ neutræ ſunt, ex ſalubrium quidem genere, ſed qualitate quantitate aut tempore immutantur, ſcilicet morboſorũ naturas iam nactę. Eiuſmodi igitur ſigna pluribus notionibus ſubiecta ſunt. Nam quædam integram inculpatamque ſanitatem oſtendunt. Itaque horum alia vni tantùm, alia verò pluribus notionibus ſunt ſubiecta. Quæ vni tãtùm, nec futurum quicquam præſagiunt, aut præteritorum memoriæ ſubiiciunt: ea ſi ſanitatem,
D ſalubria: ſi morbum, morboſa dicuntur. Si verò vtrunq; affectum oſtendunt, pluribus notionibus ſubiiciũtur: qualia maximè ſunt neutra tertiæ ſignificationis.

Ac primùm de his quæ futurã prædicunt ægritudinem, quorum cum duplex ſit differentia, prius ea quæ quan-

titate, qualitate & tempore, non autem propria ſpecie à naturali ſtatu immutata ſunt, tractemus: cuiuſmodi eſt cibi appetentia uel maior uel minor, uel quæ ſuo tempore non accidit, uel inſoliti cibi, aut eius excrementorum uel plurium uel pauciorum, uel liquidiorum uel duriorum excretio. Simili modo humidiorum recrementorum defectus ac exuperantia præter naturam, aut eorum coloris aut ſubſtantiæ, aut temporis excretioni à natura deſtinati mutatio. E

Futuræ ęgritudinis ſigna duplicia eſſe modò oſtēſum eſt: alia quidē toto genere præter naturā, alia verò ſecundum naturam, ſed quæ quātitate, qualitate, & tēpore immutātur: cuiuſmodi eſt cibi & potus appetētia ſolito maior vel minor, & quæ ſuo tēpore nō fit, ſed citius aut tardius: aut inſolitorum ciborū, & id genus reliqua: quæ nūc ſuo ordine docebūtur. Appetētia igitur cibi ſolito F maior, præſentē affectū neutrū eſſe ſignificat: futurū verò morboſum prænūtiat. Fit autē hæc vel immodica corporis inanitióe, vel ſtomachi frigore. Inanitio verò, vi caloris natiui corporis ſubſtantiam digerētis ac diſſ

diſsipantis,aut retẽtricis facultatis impoten
tia,& expultricis robore,cutis nimia rarita-
te,& ſubſtãtiæ quæ per halitũ digeritur,te-
nuitate,præterea & immodica alui deiectio
ne. Refrigeratur autẽ ſtomachus aut ab hu-
moribus acidis ac frigidis, aut ſola frigida
G qualitate. Vtrũq; enim ſtomachũ rodit,af-
fectionemq; ſuctioni ſimilẽ efficit,proinde
famem excitat. Quoniam autem eiuſmodi
appetentiæ duplex cauſa eſt, à quánam ipſa
proficiſcatur, diſquirere, vt antè ſæpe iam
diximus,tum ex præcedẽtibus tum præteri-
tis rebus oportet. Si igitur frigus in ſtoma-
cho ſentiat,aut acidum ructet, immodiceq;
frigidis cibis ac potu anteà vſus ſit,aut rebus
aliis refrigerandi vi præditis, ciboq; ventrẽ
immodicè repleat,appetentiã à frigore po-
tius quàm inanitione proficiſci coniicere li-
cet. Sin ſolito tempore citius appetat, ac fre
H quẽtius,minimeq; corpus alatur, imò potius
euacuetur,nec adſit aut præceſſerit alui pro-
fluuium,aut alia immodica vacuatio vel mẽ
ſium,vel mariſcarũ: certum eſt hanc cibi ap
petentiam ea inanitione fieri,qua in ambiẽ-
tem aërem corporis ſubſtãtia per halitũ di-
geritur,maximeq; ſi cauſæ pręceſſerint quę
cutem ſubiectã eiusq; ſpiracula dilatarint,
quales calidæ balneæ ſunt,& ambientis aë-
ris calor. Præterea & ſi ſanguis dilutus ſit,
quod

quod ex præcedente victus ratione depre-
hendi poteſt,& ex ipſo ſanguine, ſi fortè flu
xerit. Appetentia verò deiicitur, ſi ſuctionis
ſenſus periit, aut ſuctio non fit. Perit quidē
intemperie calida vel ſola, vel cum calidis A
bilioſisq; humoribus, vel cum ſenſus obſcu-
rus hebesq; eſt. Calor enim humorem fun-
dit, proindeq; ſtomachi ſubſtantiam replet:
cæterùm robur ſuctionis diſſoluit ac diſsi-
pat. Suctio non fit, aut quia corpus plenum
eſt, aut quia non diſsipatur in ambientē aë-
rem. Plenum enim corpus à vicinis partibus
non attrahit, nec rurſus hæ ab aliis: atque ita
à ventriculo nihil attrahitur: nec ſi quid at-
trahitur, aut à ventre tranſmittitur, plenum
corpus admittit. Non inanitur corpus, aut
quia caloris imbecillitas non digerit ac diſ-
ſipat corporis ſubſtantiam, aut cutis meatus B
clauſi ſunt: quare ſubſtantiam etiam à calo-
re tenuatam, in vaporemq; reſolutā, in am-
bientem aërem digeri non ſinunt. Aut craſ-
ſior ac viſcoſior humor eſt, reſoluiq; contu
max, aut expultrix robuſta non eſt, nec par
tium inanitarum attractrix valida. Rurſus
hîc ex tam numeroſis cauſis quænam affe-
ctū attulerit, antè declarata methodo diſ-
quirendū eſt. Stomachi ſenſus hebes fit im-
modico frigore ſtomachū conſopiente. In-
ſoliti cibi appetentia fit intēperie vel ſola,
vel

vel cum humoribus tunicis ſtomachi infe-
ctis, pro quorum varietate varia appetũtur.
C Calida enim frigidos, ſicca humidos, frigi-
da calidos, & humida ſiccos cibos appetit.
Immoderata ſitis fit natiuæ humiditatis vel
feruore, vel penuria, vel vtroque, vel ſalſis
bilioſiſq; humoribus calfacientibus ac reſic-
cantibus ventriculi ſubſtãtiam. Sitim verò
tollit frigus, & humor immodicus, & maxi-
mè cum ſtomachus affectum ſuum non ſen-
tit. Inſolitæ verò qualitatis potionem ap-
petit, non aliter quàm cibum. Alui ſedi-
menta quæ celerius aut tardius, frequentius
aut rarius, quæque liquidiora aut durio-
ra deiiciũtur, plura item aut pauciora quàm
D pro aſſumpti cibi ratione, futuram ægritu-
dinem prænuntiare ſolent. Celerius au-
tem reiiciuntur, interdum quidem vel ci-
bi aſſumpti multitudine degrauante, vel
acrimonia pungente, facultatemque irritan-
te, vel cibi humidioris vſu, vel facultate ve-
narum primarũ per imbecillitatem cibum
ad iecur non trahente. Interdũ verò muſcu
lorũ ſedis, per quã ſcilicet effluunt excremẽ
ta, imbecillitate. Multitudinẽ intelligo vel
ſimpliciter cũ adſumptus cibus immodicus
eſt, vel cum retẽtrice vi cõparatam, vel cer-
tè vtroq; modo. Nã tã multus interdũ aſſu
mitur, vt vires alioqui robuſtę ferre nõ poſ-
ſint.

ſint,ſcilicet multitudine degrauãte, interdum mediocris ſumitur,ſed hũc viriũ imbecillitas diu cõtinere nõ poteſt. Interdum & iuſto vberior ſumitur,& vires infirmæ ſunt. Acrimonia verò aut in aſſumptis cibis eſt, aut aliunde in ventrem adſcita, aut in vẽtre gignitur. Cibi enim nonnulli ſunt ſuapte natura acres ac medicamentoſi,quale eſt braſſicæ decoctum. Permulti autem dulces, ſed ſi aliunde vim medicamentoſam recipiunt, ventrem deiiciunt. In ventrem deriuantur biliosa quædam interdum è iecore, interdũ ex alia corporis parte,quæ vẽtrem proritãt. Nonnunquam verò corrũpuntur in ventre cibi,aut quia ſuapte natura obnoxii corruptioni ſint,aut quia malè affectus vẽter ſit. Ob eius enim noxam cibi aut aceſcunt, aut nidoroſi fiunt,aut aliud vitium cõtrahunt. Materia quoq; in inteſtinis acris gignitur, vt in malignis dyſenteriis. Atq; hæc citam frequentemq; deiectionem efficiunt. Sedis verò muſculorum qua excremẽta effluunt, imbecillitas penè aſsiduè aluum reddere cogit. Porrò autem cibus humidus,ſi quis plurimum vtatur,fuſam aluum reddit,nõ quòd degrauet multitudine,vel acrimonia facultatem proritet,ſed ſuapte natura deſcẽdat. Idem efficit iecoris facultatis imbecillitas, quæ in corporis habitum attrahere cibum

E F G

non poteſt, quod cum accidit, per inteſtina cibus demittitur, fitq; deiectio frequens & liquida: quemadmodum cum in ventrem & inteſtina è corpore humores defluunt. Contrà verò accidit cũ expultrix imbecilla eſt, & ſenſus obtuſus. Imbecillitas enim propellere non poteſt, & ſenſus hebetudo non facilè excrementorum moleſtiam ſentit. Quinetiam alimenta pauciora, craſsiora ac duriora & acerbiora, minus excrementoſa, tardam deiectionem efficiunt. Pauca quidẽ

H & parũ excrementoſa, quòd pauca gignant excrementa, quæ facultatem non degrauẽt. Dura acerba & craſſa, quòd ad motum pigra ſint, nec facilè corrumpantur. Deiectionem quoque tardam efficit muſculorum ventris & thoracis imbecillitas, quæ vehementer inteſtina premere non poteſt. Nec minus deiectionẽ remoratur magna in corpus cibi diſtributio, quam efficit attractricis robur, ciborumque paucitas, & qualitas adſtringens, craſſa, acerba & dura. Ex his conſtat non ſemper alui excrementa etiam quãtitate qualitate & tempore à naturali ſtatu immutata, futuram ægritudinem prænuntiare: quandò, vt declaratum eſt, citius aut

A tardius ſolito deiici poſſunt, eaque liquidiora vel duriora, plura aut pauciora pro aſſumpti cibi ratione. Verùm cum nulla eſt eui-

dens cauſa cur antè dictus cibus, aut medicamenta, aut aliud id genus ſolitam deiectionẽ immutauerit, futurus morbus ex alui excremẽtis prænuntiari poterit. Conſtat igitur, ſi pauciora ſolitò alui excrementa ſint, ac duriora, tardiusq; reddãtur, inteſtina imbecilla eſſe, aut ſenſu obtuſo, & attractionẽ in corpus, maiorem: aut bilem quæ inteſtina ſtimulet, pauciorem. Cum autem eiuſmodi deiectionis alui multæ cauſæ ſint, rurſus à quánam harum fiat, methodo antè decla- B rata diſquirere oportet, nimirum contẽplando quæ præſentia ſint, & quæ præceſſerint: quibus cognitis facilè ægritudinis futuræ ſpeciem coniiciemus. Eadẽ ratione ab aliis deiectionis alui differentiis notæ diſquiri poſſunt: quemadmodum & quæ ab vrinis ſumuntur, qualitate, quantitate, & tempore quo reddi ſolent, immutatis. Quod vt clarius intelligatur, ſcire licet futuræ ægritudinis notas ab vrinarũ colore, ſubſtãtiæ quãtitate, ſedimento, & emittendi tẽpore mutato ſumi. Colore quidem, ſi rubicundior ſit, caloris: ſi albior, frigoris exceſſum ſigni- C ficat. A ſubſtantia verò, ſi quidem craſsior ſit, caloris vel penuriam, vel exceſſum. Frigus enim materiam craſſam extenuare, vel ab vrina ſeparare, & ad matellæ fundum tranſmittere nõ poteſt. Proprium enim eius

eſt

eſt diſsimilia cogere, non autem ſequeſtrare: caloris verò ſequeſtrare, ac quod tenue eſt, in vapores reſoluere: quodq; reliquum eſt, craſsius efficere. Ex quo liquet vrinæ tenuitatem, caloris penuriã ſignificare: præterea & viarum per quas trãſit, obſtructionem. A quantitate verò notæ petuntur, ſi quidem copioſior reddatur, renum calor,
D qui ſeroſum humorem è venis potenter attrahit, ſignificatur: humores enim caloris vi à renibus, ſi quidem calidi ſunt, attrahũtur, & copioſè expurgantur. Qui ſi frigidi inualidique ſint, hunc non attrahunt. Quare vel ad ventrem ac inteſtina demittitur, vnde ventris profluuium quod diarrhœa dicitur, efficitur: vel ea in venis & toto corporis habitu relinquitur, vnde pallorem in tota cute parit, qualis in noſtris virginibus, præſertim quæ in delitiis & otio degunt, hodie cernitur. Et ſi affectus augeatur, non ſolùm decoloratur corpus, ſed & aqua intercute laborat. Nonnunquam verò per ſudores eiuſmodi aquæ emittũtur, ſcilicet na-
E tura has ad cutem propellente. Siue igitur in inteſtina & cutem tranſmittantur, ſiue in venis & corporis habitu relinquãtur, pauca omnino vrina reddetur. Ex his etiam quæ in vrinis ſubſident, notæ futuram ægritudinem ſignificantes petuntur. Nam ipſa aut

multa aut pauca reiiciuntur. Illa multitudinem, hæc paucitatem excrementorum in venis contineri oſtendunt. Multitudo verò febrem, aut rheumatiſmum, aut alium plenitudinis affectum prænuntiat: paucitas verò frigus vel obſtructionem iam præſentẽ ſignificat, & affectus qui ex his naſci ſolent, prædicit. Cæterùm à reddendæ vrinæ tempore ſigna deprehenduntur. Si quid celerius ac frequentius emiſſum, ſeroſi humoris copiam vel acrimoniam, excretricem facultatem proritantem, aut ſenſus partis præſtantiã, vel vtrunq; ſignificat. Sin tardius, paucũ eſſe in venis humorem, vel hunc (vt diximus) per aliam vacuari viã, aut partis imbecillitatem, vel ſenſus hebetudinem teſtatur. F

Vigiliæ quoq; ac ſomni prolixiores, aut ſuo tempore non aduenientes.

Ex his quæ antè declarata ſunt, conſtat vigilias nimias ac intẽpeſtiuas à calore fieri, vel ſolo, vel cum humore calido ac billioſo: quẽadmodũ immodicos ſomnos, hoc eſt prolixos & profundos, à frigore vel ſolo, vel cum frigido pituitoſoque humore. Itaque vigiliæ calidum, ſomni frigidũ morbum futurum ſignificant. G

Similiter potus liberalioris aut parcioris, calidi aut frigidi inſolita cupiditas.

Pot

Potus liberalioris præſertimq́; frigidi ap
H petẽtia, à calore fit, vel ſiccitate, vel vtroq;,
vt antè declaratũ eſt: quare ſtomachi vel pul
monis, vel cordis, vel totius corporis habitus
calidam & ſiccam intemperiẽ teſtatur, quæ
calidos morbos parere ſolet.

Quemadmodum ueneris immodicus uſus, aut intempeſtiuum deſiderium.

Nimia venus ac intempeſtiuum eius deſi
deriũ fit ob multitudinem geniture & acri
moniã. Nimia quidẽ ſeminis exuperãtia ex
ſanguinis copia fit: deſiderium verò ab acri-
monia ſeminis ſtimulante, prurituḿq; exci-
tante: quæ ab humore acri bilioſoq́; oritur.
A Itaq; ſi quis frequẽtius venere vtitur, ſignũ
eſt eum plenitudine laborare, ſi verò vehe-
mentius ſtimuletur, humorum acrimonia.
Quoniam rurſus humorum plenitudo, ve-
narum ruptionem, inflammationes, obſtru-
ctiones, febres, & alia id genus adferre ſolet,
futurum eſt vt hi qui præter conſuetudinẽ
venere vtuntur, in aliquem horum affectuũ
labantur: quemadmodum qui nimio vene-
ris deſiderio ſtimulantur, in cacochymiæ
morbos.

Sudores plures aut pauciores quàm naturæ conueniat.

Locus hic nõ ſine dubitatione eſt. Paulò B enim pòſt Galenus docet omnia quę hîc enu merantur, in genere eſſe eorum quæ ſunt ſe cundum naturã: in quo & ſudores continen tur: cõmentario verò in Hippocratis Apho- riſmũ decimũquintũ libri primi, eoſdem in genere eorũ quæ præter naturã ſunt, repo- nere videtur. Eius verba ſunt: In cõmmẽta- riis autẽ noſtris de facultatibus naturalibus mõſtrauimus naturã eſſe, quæ nõ ſolũ appe tit, cõficit, & adglutinat ſuũ cuiq; particulæ alimentũ, ſed & quæ eius excrementa dige- rit: & quo natiuus calor validior fuerit, eò magis perſpiratio ſenſum effugit: quocirca C præter naturam eſſe ſudores Diocles tradi dit: quòd rectè omnibus quæ ad corpus atti nent, adminiſtratis, ſubactoq; à natura ali- mẽto, nũquã humorẽ per cutim effluere ſen ſus deprehẽdet, nã quæ in balneis, vel vehe- mẽtibus exercitationibus, vel ob æſtiuũ ca- lorẽ exudãt homines, violẽtarũ cauſarum ſunt ſoboles. Et in primo de ſanitate tuẽda idẽ autor in eadẽ eſſe ſentẽtia videtur. Re- liquũ, inquit, excrementorũ genus in ſingu- lis animalis naſcitur particulis ex ipſo vnde alũtur ſucco: aliud quidẽ velut ſemicoctæ quædã reliquiæ, quæ aſsimilari parti nutriẽ- D dæ nequiuerũt: aliud quod prius trãſmitten di alimẽti fuit vehiculũ, nũc functũ officio,

hum

humidũ tenueq́; ſupereſt: quale nimirũ ſeroſum illud iam dictũ, quod ex vaſis id eſt venis & arteriis in veſicam defluit, huic excremẽto nullus certus à natura preſcriptus meatus eſt: expellitur tamen partim actũ per ipſa mollia corpora, quæ fluentis eius violentiæ cedũt, potiſsimũ cum à ſpiritu maiore impetu irruente impellitur: partim etiã per exiguos omnes corporeæ molis meatus, quorũ nõ modò reliquum corpus vniuerſum, ſed etiã tota cutis plena eſt. Mox idẽ ſubiungit,

E Ergo tenuiſsimũ huius generis excrementum facilè ſanè eiicitur, partim in ſpeciẽ halitus ab inſito calore ſolutum, partim violẽto motu confertim erumpens. Appellant verò quod ita excernitur, ſudorẽ: alterũ verò, cui nullum publicè nomen eſt, quòd videlicet nec vulgò eſt cognitum, vt quod conſpectum præ tenuitate effugiat, ab his qui id ratione contemplati ſunt, ἄδηλος αἰσθήσει διαπνοή, id eſt tranſpiratio ſenſum latens vocatur. His certè verbis conſtat Galenum ſentire, ſudores non niſi violento motu erumpere. Seroſus, inquit, humor partim per ipſa

F mollia corpora, quæ fluentis eius violentiæ cedunt, actus, potiſsimùm cum à ſpiritu maiore impetu irruente impellitur. Et paulò pòſt ſcribit eũdem humorem violento motu confertim erumpere, appellatq́ue quod

ita excernitur, ſudorem. Palam itaque eſt ſu
dores omnes eſſe violentos, proindeq́; præ-
ter naturam. Hæc enim ſuos motus quate-
nus ex ſe eſt, liberos ordinatosq́; habet, vt
alibi docuimus, ſi quidē recte inſtituta eſt.
Ex præſenti tamen loco conſtat eundē au-
torem ſudores in eorum genere quæ ſecū-
dum naturam ſunt, collocaſſe. Vt autem du
bitatio hæc diſſoluatur, ſcire licet tempera-
turam humanam duplicē eſſe: alteram abſo G
lutam, perfectamq́;, omnium exceſſuū me-
diam: quæ, vt in commentariis noſtris in li-
bros Galeni ad Glauconem docuimus, po-
tius cogitatione quàm re vera exiſtit, niſi
fortè temporis momento duret, hanc ſi intel
ligas in aëre tēperatiſsimo amœniſsimoq́;
degere, nihilq́; offendi, neque cibo, neque
potu, neque exercitatione, neque aliis, vt ſe
mel dicam, quæ in agendorum, aſſumendo-
rum, educendorum, & foris incidentium gē
nere continentur, nō plus ſeroſi humoris in
vaſis colligitur, quàm natiuus calor in vapo
res digerere poſsit: quare nullo modo niſi H
præter naturam ſudabit. Quòd ſi in antè di
ctis quidpiam delinquat, hoc eſt plus cibi aut
potus aſſumat quàm concoquere calor nati-
uus ac digerere poſsit, neceſſariò in vaſis hu
mor ſeroſus colligetur, vnde ſudores erum-
pent, ſcilicet natura degrauata foras tenuem
hunc

hunc humorem magno impetu expellente. Poſſunt & ex tẽperatò corpore, vel nimis ſe exercente, vel Soli expoſito, prolici ſudores, ſed certè cùm violentia, & præter naturæ inſtitutum: quemadmodum Diocles dicebat. Altera eſt temperatura quæ ab hac abſoluta declinat, aut vna tantùm qualitate, aut duabus, idque vel magis vel minus: vt
A ex antè dictis conſtare poteſt. Quæ autem magis recedunt, imperfectiores edunt actiones, præſertim naturales: quanquam calida & humida probè cõcoquit, ſed multa excrementa parit. Cum igitur varii ſint exceſſus, varia procreantur excrementa. Calida & ſicca temperatura, verbi gratia, multã bilem, frigida & humida pituitæ copiam in corpore generat, præſertim in ſimilibus regionibus, temporibus, ætatibus, & victus ratione, pituitoſa, verbi gratia, natura, in hyeme & regione frigida multã pituitam, ſeroſumq; humorem in venis congerit, quæ cùm per ca-
B loris imbecillitatem tota in vapores digeri nõ poſsit, in ſudores erumpit: quũ videlicet natura violentiore motu hanc foras propellit. Cũ igitur frigida & humida natura neceſſariò tenuem humorem pariat, ſecũdum naturam hæc ſudat: temperata verò contra naturam omnino, vt in qua natiuus calor, ſi rectè omnia circa corpus adminiſtrata ſunt,

reliquias humoris ſeroſi in vaſis contenti in halitum digerit. Cum ergo nulli aut admodum pauci adeò temperati ac probè conſtituti ſint, qui non ab illa ſumma abſolutaq; tẽperie declinent, fieri non poteſt quin excrementa generent alii alia, eaq; plura vel pau- C
ciora pro exceſſus magnitudine, præſertim in regionibus & temporibus, vt modò dicebamus, ſimilibus. Itaque neceſſariò ſudare contingit tantum, quantus eſt in vaſis collectus humor. Quòd ſi tantum ſudet, quantũ natiuum temperamentum efflagitat, id non ſimpliciter & abſoluto ſermone, ſed ſecundum eius qui ſic ſudat naturã fieri dicemus. Alioqui & menſtruas mulierum purgationes præter naturam eſſe fateri cogeremur, quæ ſcilicet propter caloris imbecillitatem ſuperuacaneum ſanguinem gignunt, quẽ certo ſtatoq; à natura tempore expurgant, aliæ D
copioſiorem, aliæ parciorem, pro ſui quæq; temperamenti conditione. Itaque Galenus hic non ſimpliciter plures aut pauciores ſudores dixit, ſed adiecit, quàm naturæ conueniat, hoc eſt temperaturæ eius qui ſudat. Plures autem excernit ſudores, vt idem autor in libris de cauſis accidentium docet, ob corporis raritatem, excrementi tenuitatem, eiuſdem abundantiam, facultatis contentricis imbecillitatem, vel expultricis robur.

bur. Contrà pauciores excernit ſudores ob meatuum conſtipationem, corporis denſitatem, excrementi paucitatem, craſsitiem & lentorem, contentricis robur, & expultricis imbecillitatem, quæ ex quibus proficiſcan-
E tur, ex iiſdem libris intelligere poteris. Quos igitur morbos, ſudores vel plures vel pauciores prænũtiẽt, cognoſcemus, ſi diſtinxerimus, queadmodũ antè monuimus, tum quæ præceſſerunt, tum quæ præſentia ſunt.

Ad motum tarditas, aut hunc molientibus grauitas.

Mouendi tarditas, & in mouendo grauitas, redundantiæ ſunt ſymptomata, aut animalis facultatis exolutæ, aut vtriuſq;. Exoluitur facultas ac imbecilla redditur intemperie, ac principii neruorum cõſtipatione, cum
F non tanta vis è cerebro, quanta ad probam motionem exigitur, tranſmittitur, mẽbraq; exoluuntur, & ſegne ac pigrum corpus redditur. Si verò tanta tranſmitti poteſt, quanta mouere corpus quod ſecundum naturam habet, ſufficit, ſed interim humorum multitudine premitur corpus: naſcitur ſegnitia, grauitas, atq; vt verè dicam, laſsitudinis ſenſus, alius atque alius pro humorum qualitate atque quantitate. Siquidem redundantia, tenſionis: acrimonia, vlceris: ambo

ſimul, inflãmationis ſenſum efficiunt. Itaq; tenſiua laſsitudo, plenitudinis morbos præſagit: vlceroſa autẽ, cacochymiæ: phlegmonoſa verò, vtriuſque. G

Aut uehemens exolutio.

Exolutionem & deliquium animi pro eadẽ re vſurpari ſcribit Galenus libro priore ad Glauconem. Fit autem deliquium à cauſis & manifeſtis, & ſenſum effugientibus. Senſibus conſpicua ſunt dolor, vigiliæ, ventris profluuium, ſanguinis profuſio, ſudores, vomitiones, lõgior inedia, & id genus alia quæ virtutis robur exoluũt. Si quis igitur ob horum aliquod exoluatur, non ſunt aliæ cauſę quæ futuros morbos pariturę ſint, diſquirẽdæ. Si quis verò animi deliquium patiatur H citra vllam ex commemoratis cauſam, coniicere oportet vndenã id accidat. Nam ob humorum cruditatem contingere poteſt, & ob ſpiritalis ſubſtantiæ penuriam. Humorũ cruditas ſi nec obſtruat nec oneret, ſolũ efficit deliquiũ. Sin premat aut obſtruat, nõ tãtùm deliquium, ſed & ſyncopen adfert. Spiritus autem ſubſtantiam demolitur facultatis imbecillitas, quæ tantum eius generare non poteſt, quantũ ad obeundas functiones ſatis ſit: aut ſi validum quidem principiũ ſit, multumq; ſpiritum gignat, ſed is tenuis ſit,

cut

cutiſq́; ſpiracula multum aperta, reſoluetur virtus. Cum igitur animus deficit ſine
A manifeſta cauſa, certum eſt aut morbum, aut mortem in propinquo eſſe: morbum quidem, ſi tantùm ingens exolutio ſit: mortem verò, ſi & ingens ea ſit, & frequenter exoluatur, iuxta Hippocratis ſententiã. Nã qui frequenter, vt ipſe ait, ac vehementer ſine manifeſta cauſa exoluuntur, derepente moriuntur.

Aut menſium ſuppreßio, aut profuſio maior uel minor.

Menſes, vt Galenus ſcribit, ſupprimuntur, diminuuntur, aut largius fluunt ob labẽ vel ab ipſo ortu vel poſt ortum contractã.
B Illud futurum morbum nõ prænuntiat, quẽadmodum nec hoc, ſi iam longa conſuetudine habitum contraxit. Si verò nuper aut ſuppreſsi ſint, aut minus quàm pro conſuetudine fluant, futurum morbum prænuntiant. Cũ enim ſupprimũtur, aut minus quàm pro conſuetudine fluunt, magnum in corpore humorum prouẽtum colligi neceſſe eſt, vnde multitudinis morbi naſcuntur: cuiuſmodi ſunt febres, tumores præter naturã, rheumatiſmi, laſsitudines, & arthritides. Cum verò immodicè fluunt, frigidos morbos pariunt. Diſsipat enim immodica ſanguinis pro

profuſio natiuum calorem,& cruditatem in toto corpore gignit: vnde hydropes & alii id genus morbi naſcuntur. Supprimuntur autem menſes, vt idē autor docet, vel ob ſubſtantiæ vteri, vel eius vaſorum, vel humoris vitium. Siquidem durior ſolidior craſſior atque pinguior vteri ſubſtantia menſtruum ſanguinem retinet, quemadmodum & venarum ad vterum peruenientiū anguſtia, cōſtipatio, & obſtructio. Eādē vim obtinent ſanguinis paucitas, lētor, & craſsities. Supprimūtur menſes, cū aliò vergūt humores, per aliasq; vias feruntur, vt per nares, hæmorrhoides, os, & inferiores partes. Verùm eiuſmodi mēſium ſuppreſsio nihil mali portendit, ſed potius ſanguinis profuſio, ex quācunque alia parte fiat, ſi modū excedat. Nō enim minus lædit, quàm menſium immodica fluxio, quæ cum aliis ſanguinis profuſionibus communes cauſas habet, nimirum humorum redundantiam, tenuitatem, prauitatem, & oris venarum dilatationem. Sanguinis enim plenitudinem vaſa continere non poſſunt. Tenuis humor per venarū ora percolatur: prauus autem ſi cum acrimonia ſit, vaſa in quibus continetur, erodit.

C D

Quemadmodum ſanguinis ex uenis quæ hæmorrhoides dicuntur, fluxio.

Ven

E Venarum ora, vt Celſus ſcribit, tanquam ex capitulis quibuſdam ſurgentia, quæ ſæpe ſanguinem fundunt, græci αἱμοῤῥοΐδας vocant. Igitur ſi vberius fluant, aut minus quàm pro conſuetudine, aut omnino ſupprimantur, morbos prænuntiant, non aliter atque menſes, de quibus modò agebatur. Eoſdem enim affectus præſagiunt. Nam vt hi ſuppreſsi ac imminuti, ita ſuppreſſæ, ac minus quàm pro conſuetudine fluētes hæmorrhoides, multitudinis morbos: & vt menſes immodicè fluētes, ita hæmorrhoides frigidos corporis affectus venturos oſtendunt. Ex F his conſtat, ſanguinis quod per hæmorrhoides fit moderatum profluuium, in quibuſdā eſſe ſecundum naturam, vt in mulieribus menſtruæ purgationes. Nam inter ea quæ toto genere ſecundum naturam ſunt, ſed tamen qualitate, quantitate, aut tempore mutata, Galenus enumerat. Sāguinis igitur profluuium quod per earū ora venarum fit, his naturale eſt qui feculentū craſſumq; ſanguinem ſuapte natura aceruant.

Sed & ſi tanta in cibo & potu, quāta prius fuit, uoluptas non ſentiatur, futuræ ægritudinis eſt nota.

G Ventriculus viſceribus ſeruit & venis, vt ſcribit Galenus: ideò cibū & potum appetit

ill

illis familiares ac neceſſarios. Ventriculum antecedit linguæ iudicium, ipſa enim, vt idẽ autor ſcribit, his maximè delectatur quibus ventriculus egere videtur. Atque eiuſmodi ſympathiæ ac conſenſus potiſsima cauſa eſt membrana quæ linguam ambit. Guſtandi igitur ſenſui ſecundũ naturam habẽti, voluptatem adferunt cibi corpori neceſſarii ac familiares, videlicet dulces ac pingues. Quòd ſi vitium aliquod contraxerit guſtandi inſtrumentũ, nõ eandem ex iiſdem cibis, quam prius voluptatem capit: imò plerunque ne vllum quidem cibum omnino appetit, tantum abeſt, vt eo delectetur. Si quidem membrana, aut neruus vnde ipſa oritur, reſolutus ſit, aut certè ea cerebri pars ex qua neruus habet originem, vehementer læſa, nullus guſtandi ſenſus aderit. Sed eiuſmodi accidens præter naturam eſt, vt poſteà dicetur. Cæterùm ſi multo humore imbuta lingua ſit, guſtandi ſenſus obtunditur, atq; ita minori voluptate quàm prius, cibus potuſq; ſumitur. Quod & his contingit, qui in integra etiam ſanitate cibo potuq; oppleti, ſine voluptate edunt bibuntq;. Quòd ſi contrà paucum aut nullum humorẽ lingua habeat, rerum quæ eduntur & bibuntur, ſaporem aut male aut nullo modo recipiet. Ad eundem modum reliqui ferè ſenſus omnes id H A

hab

habent,quo res ſibi obiectas percipiāt: Ocu lus quidem ſpiritum æthereum,& purū,qui rerum ſpectabilium ſpecies excipiat. Aures ſpiritum aëreum quietum,vt agitatum aërē recipiat,& neruo auditorio ſuggerat. Ventriculi cerebri vaporem ad recipiendos odores. Ita lingua humorem rerum ſapores excipientem:quo ſi omnino careat, nullius rei guſtū ſentiet. Si verò humoris minus habeat quàm cōueniat,ſaporem quidē excipiet,ſed non ſtatim,nec cū ſolita voluptate. Quod
B in magnis æſtatis ardoribus experiri licet, & aliis locis vehementer calidis & ſiccis: in quibus diutius verſatus ſine potu,aut re quæ linguā humectare poſsit,linguā maximè reſiccabit. Si vinū quod prius delectabat, bibat, nullā aut admodum paruam voluptatē ſentiet: imò ſæpe ab eius potu maximè abhorrebit,etiā ſi vehemētiſsimè ſitiat. Hinc mirum non eſt ſi à canibus rabidis demorſi, tam ab aqua abhorreant, cum maximè ſitiant:ideò ὑδροφόβος hos appellant.

C *Similiter autem & mentis hebetudo præter naturam,aut obliuio quædā inſolita,aut pluribus ſomni quàm antè uiſis pleni. Quinetiam auditus guſtus & uiſus hebetiores ac obſcuriores. Atque*

ut ſemel dicam, quæcunq; ſecundum naturam inerant, uel aucta uel imminuta, uel tempore uel quantitate uel qualitate immutata.

Præter naturã Galenus adiecit, quòd ſint qui ſuapte natura tardũ ingeniũ, ſenſusque hebetes, & reliqua quæ in dictione hac continentur, habeãt: cuiuſmodi ſunt qui frigido humidoq́; natura cerebro ſunt, vt antè declaratum eſt. De his igitur nũc ſermo habetur, qui natura mẽtem ſenſusq́; perſpicaces habent, ſed præter naturam factos hebetiores. Quod cum accidit, cerebrũ caliginoſo ſpiritu ac craſſo humore hunc gignente abundare, aut temperamẽto humidiore eſſe, certum eſt: vnde naſci Apoplexia, Paralyſis, Lethargus, Coma, & id genus morbi ſolent. Porrò autem διάνοιαν mentem interpretati ſumus, quæ nõ ſolùm ratiocinandi, ſed & apprehẽdendi, intelligẽdi cognoſcendiq; ſimplices rerum formas, vim continet. Eadem ratione morbos antè dictos portẽdit inſolita obliuio, vtpote quę ab immoderato humore & frigore fiat, vt ſuprà declaratũ eſt. Somni quoque φαντασιώδεις, hoc eſt tumultuoſi, ac multis variiſq; viſis ac ſomniis pleni, morbos prænuntiant. Horũ autem ſomniorum rationem ſuprà docuimus. D E

Atq;

Atque adeò corporis moles maior & minor, rubicundior aut albior, ſimiliter liuidior & nigrior.

Corporis moles ſolito maior copiã, minor penuriam humoris præſertimque inſiti oſtendunt. Rubicundior ſanguinem, albior pituitam, liuidior ac nigrior atrã bilẽ in corpore redundare ſignificat. Addi poterat flauior. Nã ſæpe flaua cutis apparet, quæ abundantis flauæ bilis nota eſt. Cum igitur corporis moles maior eſt & rubicũdior, plethoræ, hoc eſt redundantiæ morbos prænũtiat, vt natiui caloris ſuffocationem, vaſorum ruptionem, & febres quas συνόχους græci vocãt. Minor verò moles nõ ſolũ futurũ, ſed & præſentem affectum oſtendit, nimirũ naturæ inſtrumẽtorum læſionem, quæ probam concoctionem diſtributionemque cibi impedit, ac corporis nutritionem, ex quibus ἀτροφία ac tabes naſcitur. Quòd ſi alba, atra aut flaua ſit cutis, vitium quoque in dictis inſtrumentis eſſe ſignificatur: aut certè improbam victus rationẽ præceſsiſſe, præterea & morbos ſuccedere. Siquidem cutis alba hydropas, œdemata, febres quotidianas: quemadmodum liuida & nigra febres quartanas, cancros, carbones, & elephantiaſin, flaua verò febres tertianas, cauſos,

dyſenterias,eryſipelata et herpetas prędicit.

Ructusq́; & ſternutamenta & flatus plures aut pauciores quàm ex conſuetudine.

Flatus ac vaporoſus ſpiritus fit ex humoribus, & à caloris imbecillitate. Summum H enim frigus, vt Galenus docet, vaporis exhalationem impedit:& vehemens calor ita materiam vnde flatus generari ſolet, reſoluit ac diſcutit, vt flatum generare non poſſit, niſi ea ſuapte natura flatulēta ſit, ac in vaporem trāſire idonea, qualia viſcoſa & craſſa ſunt: aut tenue quidē, ſed ſua multitudine caloris vehemētiā ſuperet. Per febres enim ex nimio potu in vētre ſæpe flatus gignitur, tametſi vehemēs calor ſit, & quod bibitur, tenuitate prǽditum: at ex eius copia, vt modò dicebā, plus vaporis ſuſcitatur, quàm diſcuti niſi longo tēporis ſpatio à calore poſſit. Calor igitur imbecillus flatum parit interdum ex cibo & potu, interdū ex humoribus. A Itaq; ſi ex cibo tātùm, nō vberiore quidem, flatus gignatur, imbecillitatē: ſi ſine cibo, humorū abundantiā ſimul & imbecillitatem eius partis in qua gignitur, ſignificat, ventriculi, verbi gratia, ſi in ventriculo: & inteſtinorum, ſi in inteſtinis naſcatur. Cæterùm id genus flatus foras pellitur, ſi valida

exp

expultrix facultas ſit, & viæ per quas exire debet, obſtructæ non ſint. Sin imbecilla virtus ſit, aut viæ obſtructæ, intus manet, inflationemque parit: atque hæc ſi magna ſit, dolentem ſcilicet locum in quo cõtinetur, di-
B ſtendendo. Si igitur per os emittitur, ructũ efficit. Si per inferiora, flatum vel ſtrepentem, vel ſine ſtrepitu. Sternutamentum verò, vehemens, & cum magno impetu ſpiritus eſt emiſsio tum ex pulmone, tum è cerebro. Id autem ex his gignitur quæ naribus & cerebri ventriculis moleſta ſunt, quibus excitata earum partium facultas, ſternutamentũ mouet. Excitant autẽ hanc humor, vapor, & quicquid forinſecus in eas partes incidit, vt puluis mordax, feſtucæ in nares immiſſæ, & acres vapores ac odores in cerebrũ delati, & qui ex capite in eaſdẽ partes humor vaporq; perueniunt. Ad eundẽ mo-
C dũ ſi calfactũ vel igni vel ſole vel alia quacunq; re calfaciendi vim habẽte cerebrũ ſit, aut humectatũ vel victus ratione vberiore ac humidiore, vel certè ambientis humore: aut ſi qui in cerebro humor eſt, in vapores à calore reſolutus ſit, aut ſi ſolitum effluuium cohibeatur vel ambiẽtis frigore, vel alia vi ſubitò ſtringente, ſternutamentum mouetur: quod his qui ex calido loco in frigidum repentè veniunt, ferè accidere ſolet, & con-

trà ex frigido in calidū: ſcilicet in vberiore ſoluto cerebri humore vaporem, quàm per cutis ſpiracula expirare poſsit. Idem in externis rebus experiri licet. Siquidem ſepultæ calidis cineribus & prunis Caſtaneæ, corticem magno violentoq; impetu ſuū rumpunt, niſi prius in eo plaga facta ſit, per quā humor in vaporem reſolutus exeat. Reſoluitur enim humor in flatum ac vaporem: cui niſi pateat exitus, cortex cum magno ſonitu rumpitur. Cum quis igitur frequentius ſolito ſternutat ſine cauſa euidente, humidam partis vnde exit, ægritudinē futuram coniicere licet. Quòd ſi pauciores ructus flatus & ſternutamenta quàm prius excitentur: caloris ac ſiccitatis vehementioris materiam flatuum ac vaporum conſumentis notabunt, aut facultatis expultricis genitos flatus expellere nequeuntis offenſionem. Itaque flatulentos affectus, aut certè calidos & ſiccos futuros præſagiunt. D E

Eodem modo narium, palati, uel aurium (quibus cerebrum expurgatur) recrementa, quantitate, qualitate aut tempore immutata. Hæc quidem ex eorum genere eſſe cenſentur, quæ ſecundum naturam ſunt.

Cer

Cerebrum cum per alios meatus, tũ maximè per nares palatũ & aures repurgatur: Per has quidem bilioſa ſordes, per nares au
F tem & palatum mucoſa pituita, idque aliàs aliis temporibus. Hyeme enim maior crudioris pituitæ vis ex palato & naribus, æſtate minor, ſed coctioris reiicitur: quemadmodum ex auribus ſordes æſtate quidem paucior, ſed bilioſior: hyeme largior & minus bilioſa fluit. Quòd ſi contingat vtroq; tempore plus aut minus, aut non quale oportet, per antè dictas vias exire, futuræ ægritudinis nota erit. Vberior enim pituita & crudior, quocunq; tẽpore effluxerit, ſemper futurum cerebri morbũ frigidum & humidũ, ſed tamẽ æſtate vehementiorem ſignificat:
G quemadmodũ bilioſior ſordes ſi hyeme per aures exeat, calidiorem ac ſicciorem. Atque hæc ſunt, quæ cum ex ſe ſint ſecundum naturam, immutata tamẽ quãtitate, qualitate & tempore, fiunt præter naturam, morboſq; præſagiunt, vt monſtratum eſt.

Morſus autem uentris uel ſtomachi, uel alicuius inteſtinorum, aut dolor qui uel uentre exonerando, uel uomendo, uel urina reddenda, uel alius quiſpiam mediocris ſentitur, ex eorum quæ præ-

ter naturam ſunt genere eſſe cenſentur. Nōdū tamen ita affecti ægrotare dicū- H *tur, quemadmodū nec quibus caput aut grauatur aut dolet, cū nōdū hæc ſolita impediant opera, atq; hic eſt ægrotandi terminus in eiuſmodi affectionibus.*

De his quæ ſecūdū naturā inerāt, ſed quātitate, qualitate, & tempore mutata futuros morbos prænuntiāt, abūde ſuprà diſputatū eſt. De his verò quæ præter naturam ſunt, & futuros morbos ſignificāt, nunc agendū eſt. Præter naturā ſunt morſus ventris, ſtomachi, & inteſtinorū, & moleſtiæ quæ vētrem exonerādo, vomēdo, & vrinā reddēdo ſentiuntur: vt capitis grauitas & dolor, A aliaq; id genus mala, quæ pòſt docebūtur. Si igitur vēter, ſtomachus, & inteſtina morſum aliquē ſentiāt, cōiicere licet ea humorē aliquē habere ſuo calore & acrimonia erodentē, vel frigore ſtringentē, ac fibras rūpentem, aut flatu diſtendentem, proinde dolorem efficiētem. Ad eundem modum ſi cum moleſtia ac labore vomatur, venter deiiciatur, aut vrina reddatur, veriſimile eſt id quod eiicitur, corruptū eſſe, aut cum eo aliquid permiſtum quod dolorem excitat, nimirum bilem vel ex iecore vel maioribus ven

B venis in eas partes refuſam. Hæ itaque futuræ ægritudinis notæ ſunt, ſi quidem ſolita opera non impediant. Alioqui enim non futurum ſed iam præſentem morbũ ſignificarent, quem ab actionũ ſolitarũ offenſione metimur. Nam tum demum ægrotare corpus dicitur, vt Galenus ſcribit, cum munus ſuum citra noxam obire nequit: ſanum verò eſſe, quum poteſt.

Quocirca eandẽ affectionẽ cũ alijs comparatã, iam morboſam, & neutram etiã dicimus. Nã *pro uirtutis robore uel facilè ferẽtis, uel iam uictæ, harũ quæq;* C *aut morbus eſt, aut neutra affectio.*

Eandem affectionẽ, verbi gratia, capitis grauitatem, aut dolorẽ, aut aliam quãlibet ex eorũ genere quæ præter naturam ſunt, in diuerſis corporibus notã eſſe morbi & præſentis & futuri cõſtat. Nã ita affecti, ſi quidem validi ſint adhuc, munia vitæ neceſſaria obire citra noxã poſſunt: proinde nondum morboſi, ſed neutri dicuntur. Contrà ſi imbecilli ſint, ſolita opera probè exercere non poſſunt: quare non amplus neutri, ſed morboſi exiſtunt.

Eodẽ modo & quæ in ſenſibus fiũt, D *non quæ maioris & minoris ratione*

inter ſe differũt,ſed quæ ex genere præter naturã ſunt,morboſa ſigna exiſtunt, tãtiſper dũ exigua ſunt,et nõdũ à ſolitis opibus hominẽ abducere poſſunt. Eiuſmodi autẽ ſunt,cũ guſtui uel ſalſum uel amarũ uel aliquẽ aliũ ſaporem omnia q̃ edũtur & bibũtur repræſentãt:aut etiã ſi nihil aſſumatur, talis ſaliua apparet.

Senſuum affectiones, nõ quæ maioris & minoris ratione differunt(nã hæ toto genere ſecundũ naturã ſunt, vt antè declaratum eſt)ſed ex eorum genere quæ præter naturã exiſtunt, morboſa ſigna ſunt, id eſt futuros morbos prænũtiãt,ſi quidẽ exiguæ ſint.Magnæ enim nõ futuros,ſed iã præſentes morbos oſtendũt,vtpote quæ à ſolitis operibus auocẽt:quales ſunt quæ in ſenſibus cernuntur.Cũ igitur in lingua ſapor amar⁹ aut ſalſus aut acidus aut alius quiuis alienus ſentitur,ſiue bibẽdo & edẽdo, ſiue etiã citra rei alicuius cõtactũ, certũ eſt hanc eſſe vitioſo humore imbutã,videlicet flaua bile, ſi amarore:atra,ſi acorẽ: pituita dulci, ſi dulcedinẽ:ſalſa,ſi ſalis ſaporẽ repræſentat.Quod & indicium eſt redũdantis in vaſis eius humoris, cuius ſapor in ore ſentitur: proinde & morborũ qui ab his humoribus naſci ſolẽt.

In

In odoratu uerò, cum ſine rei odoræ præſentia qualitatē aliquam ſentimus: aut cum plura diuerſaq; naribus obiecta, eundem omnia, ac ſi eſſent ſimilia, odorem repræſentant: ſæpe uerò nihil omnino odoramur: aut cum fœtorē aliquem, etiamſi nihil adſit quod grauiter oleat, ſentimus.

Priores cerebri vētriculi vaporoſum ſpiritum continent, rerum odoriferarum halitum excipientem. Ab his nati nerui quos
G mamillares vocant, iuxta oſsium quæ ethmoide græcis appellantur, initium deſinentes, primaria odorandi ſunt inſtrumēta. Natura igitur narium foramina cartilaginibus diſtinxit, & commemorata oſſa ſpongioſa fecit, internamq; membranam ad inſtar coli perforauit, cum propter alia, tum vt ad cerebri ventriculos rerū odores peruenirent. Itaque reſolutis his partibus, & viis antè dictis obſtructis, nullus omnino aut certè paucus odor ſentitur. Obſtruuntur autem polypo, aut alio tumore præter naturam, velut inflammatione, & humoribus recrementisq; cerebri, vt in deſtillatione & grauedi-
H ne, & cum frigus humorem exprimens, & calor colliquans, priores cerebri ventriculos

los replet,atq; interdum etiã immutat; con
tentumq́; in ipſis vaporoſum ſpiritum:reſol
uitq́; earũ partium robur, quocirca ab obie
ctis odoribus non afficiũtur,nec ſentiũt nec
diſtinguũt odores.Inſignes quoq; earũ par-
tium cõtuſiones ac ſectiones odorationem
prohibẽt.Vitiatur autẽ ac deprauatur odor
ob inſtrumentorũ intẽperiem,præcipuè cali
dam & humidam, quæ humores corrumpit:
quorum halitus in antè relatos ventriculos
trãſmiſſus,talem facultati repræſentat odo
rem,qualis ipſe eſt. Ab aliis quoq; partibus,
vt cerebro,pectore,& vẽtre, putriũ ac cor-
ruptorum humorum exhalatio ſurſum fer- A
tur,atq; odorãdi ſenſum varium efficit pro
variis ac differẽtibus vaporibus naribus ob-
iectis.Quòd ſi imbuta odorandi inſtrumẽ-
tà prauo humore ſint,quicunq; forinſecus na
ribus obiiciuntur vapores etiam differẽtes,
eundem odorem repræſentabunt. Si igitur
deletus omnino odoratus ſit, aut vehemen
ter debilis,ſignum eſt aut reſolutæ faculta-
tis,aut viarum quibus odores in cerebrũ fe-
runtur,obſtructionum. Vtrũ autem horum
ſit,antè declarata methodo inueniemus,ni-
mirum præſentia & præterita conſideran-
tes.Si verò deprauatus ſit,coniicere licet im B
buta odorandi inſtrumenta prauo humore
eſſe,aut ex vicinis partibus reliquóve cor-
pore

pore putres fumos exhalare,ferriq́; in priores cerebri ventres.

In auditu autem ſonitus & ſtrepitus præter naturam ſunt.

Affectiones quæ auditui accidũt,aut abſente aut præſente re forinſecus adueniente fiunt.Siquidẽ ſonitus,ſtrepitus,ſibili,tinnitus,& murmura aliquãdo audiũtur nulla foris re ſonum efficiente.Interdum autẽ ſonus vel nullus vel exiguus admodũ auditur,etiã C ſi in ægrotantis aurem validè inclames.Interdum verò audiũtur quidem,ſed nõ quales reuera exiſtunt,nimirũ graues vel acuti, aut cum clangore,aut ſtriduli,aut turbulenti, aut obſcuri & rauci: vt mox docebitur. Audiũtur autem eiuſmodi ſoni, cum in cerebro multus ac craſſus flatus eſt:qui cum exitum liberũ non habeat,ſonos elidit varios pro eius multitudine,impetu propellẽtis facultatis,& viarũ quibus exeunt, latitudine. Nam ſi lata via eſt, & flatus craſſus & multus violenter impellatur, ſonus grauior & maior audietur. Sin anguſta via eſt, multus quoque flatus validè impulſus,ſibilus elide- D tur. Quòd ſi vehementer foras non expellatur,aut ſolũmodo intus agitetur ſine exitu,audietur tumultus & murmur, quale eſt aquarum in vaſe aliquo operculato feruentium.

tium. Agitatur autē à vaporibus ſurſum aſcē dentibus,vt in ebrietate,aut feruore inflammationis alicuius:aut ab alia re eiuſdem generis. Quòd autem ſpiritus dum foras expellitur,has ſonorum differētias gignat, ex rebus externis facilè intelligi poteſt. Nam ſi validè ac magno impetu ventus per foramē aliquod magnum tranſeat,ſonum grauem ac magnum edit,ſin per anguſtum, ſibilum, & reliquas ſonorum differentias pro impulſionis vi,& viæ qua tranſit, latitudine. Eadem vitia accidere poſſunt cum citra etiam aëris craſsitiem magno ſenſu pollet ſentiendi inſtrumentum. Sed non facilè , vt ſcribit Galenus, diſtingui poteſt an ab hac an illa affectione hæ ſonorum differentiæ habeant originem: quare artificioſa coniectura & longo tempore id ſcrutari oportet. Si igitur paulatim eiuſmodi ſoni ſuperueniāt, ac per interualla , ſi præterea grauitas ſentiatur , præceſſeritque victus ratio quæ flatus gignere idonea ſit , coniicere licebit eiuſmodi ſonitus à craſſo ſpiritu ortum habere, præſertim ſi à medicamentis quæ incidendi extenuandique vim habeant, affectus mitigetur. Vt autem flatus eiuſmodi paulatim gignitur , ita paulatim ſonum gignit : & vt paulatim diſcutitur , ita paulatim ceſſat ſonus. Contrà ſi nullam opem E F

hæc

hæc ferant, ſineque intermiſsione ſonitus audiatur, nec præceſſerint quæ flatum gignere poſſunt, nec grauitas vlla ſentiatur: potius à ſentiendi præſtantia has ſonorum ſpecies, quàm à flatus craſsitie fieri coniicere oportet. Audiuntur verò qui foris aduenıunt ſoni, non quales quidem exiſtunt, ſed aut acuti, aut graues, aut ſtriduli, cum tamen, vt modò dicebamus, tales non ſint.
G Acutus quidem auditur, cum meatus anguſtior factus eſt ob tumorem aliquem comprimentem, vel ſordem aut rem aliam obſtruentem, non quidem totum meatum. Nam tum nihil audiretur, vt mox dicetur. Grauis verò, cum latior ſolito meatus eſt. Clangor autem fit, cum membrana meatum auditorium veſtiens reſiccata eſt: quod ferè ex ardentibus febribus accidere ſolet, quæ non ſolum cerebrum, ſed & totum corporis habitum reſiccant, maximè ſi maiores ac diuturniores ſint. Quòd ſi iam exaſperata membrana ſit, ſonum efficit tremulum ac ſtridulum.
H Raucus verò & obſcurus apparet, cum eadem membrana humidior eſt, aut etiam aër ſonos forinſecus recipiens craſsior ac turbulentior. Surditas autem atque audiendi grauitas naſcitur, ſi reſolutum inſtrumentum ſit, aut ea cerebri portio, ex

qua neruus auditorius prodit: aut cõtuſum aut vulneratum: aut etiam auris meatus ita obſtructus occluſusq; ſit, vt per eum externus ſonus ingredi non poſſit: aut ſi is poſſit, admodum exiguus ſit. Adde quòd ſi reſiccatus abſumptusq; aër ſonum recipiens ſit, auditum vel minuit vel omnino tollit pro abſumptionis magnitudine.

Similiter & quæ oculis nigra, obſcura, cæſia, rufa, & flaua apparent. Atq; A
horum alia rotunda eſſe, alia oblonga, quædam gracilia, quædam craſſa: omnia autem uolitare uidentur.

Viſio, quemadmodum reliqui ſenſus, aut in totũ periit, diciturq; cæcitas: aut tantùm imminuta eſt, aut deprauata ac corrupta. Imminutæ viſionis differentiæ, à ſpatii per quod res cernũtur, longitudine & qualitáte, & à rerũ quæ oculis ſubiiciuntur, cõditione ſumũtur. Nõnulli enim diſtãtia longeq; ab oculis ſemota melius diſtinctiusq; quã propinqua, alii cõtrà propinqua quàm lõgè ab oculis ſe poſita vidẽt quẽadmodũ ſunt qui B
in tenebroſis obſcurisq; locis quàm lucidis, & contrà alii in lucidis quàm tenebroſis res oculis obiectas perſpicacius intuẽtur. Porrò autem quæ cernũtur, alia oculorum propria

ſunt,

ſunt,alia aliorum etiam ſenſuum cõmunia. Propria enim ſunt,lux, & colorum omnium differentiæ. Cõmunia verò,magnitudo, numerus,figura,ſitus,& motus: quæ nõ ſolùm viſu,ſed & tactu percipiũtur. Ab his igitur, vt modò dicebam, hebetis ac debilis viſionis differẽtiæ ſumũtur. Si enim quis melius vel deterius in luce quàm tenebris, vel contrà in tenebris quàm luce,aut candida quàm
C atra,vel contrà atra quàm candida, aut hũc quàm illũ colorem videat:in proprii obiecti conditione noxa cõſtituta eſt. Si lõginqua quàm propinqua, aut contrà propinqua quàm longinqua melius obiecta cernat: in ſpatii longitudine. Et ſi in luce quàm tenebris,aut cõtrà in tenebris quàm in luce melius videat:in ſpatii qualitate vitium collocatũ eſt. Sed hæc in eorũ genere quæ ſecũdum naturam habent,poſita ſunt. Rurſus à ſpatio,& obiectarum rerum cõditione,corruptæ viſionis differentiæ accipiũtur. Nam ſi ſpatium quod reuera lympidum purumq;
D eſt, nebuloſum, tenebroſum, caliginoſum, vaporoſum,vel fumo aut velo cuipiã extenſo ſimile appareat,in ſpatii etiam qualitate collocatum vitium eſt. In ſubiecti verò cõditione,cum fulgida obſcura apparẽt,& contrà obſcura fulgida. Similiter autẽ ſi & nigra alba,& alba nigra videntur: & cũ quic-

quid oculis obiicitur, vnicum refert colo-
rem, vt in ictero flauus: hæc inquam omnia
in proprio viſiōis obiecto ſunt poſita: quē-
admodūm in communi, ſi vnum plura, aut
plura vnum referunt. In magnitudine verò,
ſi maiores aut minores quàm ſint, obiectæ
res appareant. In figura, ſi quadrata rotun-
da, aut contrà rotunda quadrata, & integra
mutila, & æqualiter plena perforata: ſi mu- E
ſcæ, cimices, & alia quæ reuera non exiſtūt,
oculis repræſentētur. In motu, ſi quieta mo
ueri, aut corpuſcula quædā, aut muſcæ, & id
genus alia ex inſectorum genere obuerſari
volitareq; ob oculos videantur. Quoniam
autem harū noxarum cauſæ non facilè intel
ligi poſſunt, niſi omnibus videndi inſtrumē
tum conſtituentibus partibus perſpectis, de
ipſis prius diſputare oportet: oſtendereque
quid vnaquæque ipſarum agat, & quod of-
ficiū queq; vſum in viſione præſtet. Quod
vt fiat, ſcire licet viſionem abſolui perficiq;
ex potentia & inſtrumento. Illa in cerebro F
eſt, quod ſpiritū rerum ſpectra recipientem
ſuggerit. Ex partibus prima ac præcipua, &
cui reliquæ omnes oculi partes famulantur,
humor puriſsimus quidam ac lucidiſsimus
eſt, qui à glaciei ſimilitudine Græcis κρυ-
σαλλοειδὴς dicitur, huic reliquæ omnes oculi
partes in functione videndi famulantur, ni-

mirum humor candidus & vitreus,quē græci ὑαλοειδῆ vocant. Tres itē tunicæ, quæ ab iiſdē κερατοειδὴς, ῥαγοειδὴς & ἀραχνοειδὴς nominātur. Et ſpiritus,quem modò à cerebro in oculū transfundi dicebamus. Duo quoq; nerui per quos is in oculum fertur, ὀπτικὸς

G Græci vocant. Hæc igitur ſunt quibus viſio abſoluitur. Cryſtalloides autem in horum omnium medio collocatus eſt, vt ab ipſis maiorem cōmoditatem reciperet, minusq; iniuriis externis pateret. Antè leuiter planus eſt,quò facilius rerū imagines reciperet. Plana enim figura plures rerū oculis obiectarū radios quā orbicularis excipit, & quæ obiiciūtur oculis corpora,quātūuis exigua ſint, in plura diſtinguit,exactiusq; diſcernit. Cādidus humor ante pupillā poſitus eſt, ne repētè ad cryſtalloidem,ſed ſenſim lux & coloris ſpecies gradiantur. Idē humidus eſt, vt

H ab externi aëris ariditate cryſtalloidē vindicet,& pupillæ rugas impleat. Tenuis quoq; eſt, vt per eū ad cryſtalloidem rerū oculis obiectarum formæ facilius perueniant: quas ne obſcuret,claritate ac ſynceritate prædi-tus eſt. In poſteriore verò parte cryſtalloidis,humor alius,quē à Græcis hyaloidē vocari modò dicebam⁹,poſit⁹ eſt,ne ſanguine ſtatim cryſtalloides aleretur, eiusq; colore viſio offenderetur. Cryſtalloides igiť hya-

loide, & hyaloides ſanguine nutritur. Primam oculi tunicam, quæ græcis κερατοειδὴς dicitur, craſſam ac duram natura finxit, quò melius oculũ (quẽ totum ipſa ambit) tueretur, ante pupillam extenuatur, vt per eam facilius rerum ſpectra intrò ferrentur. Lucida A quoq; eſt, vt ſpiritui ſplendorem præbeat. Huic interior adiuncta eſt tunica, quæ (vt dixi) ῥαγοειδὴς nominatur, & (quo natura gaudet) colore cæruleo donata, media parte feneſtratur, fitq; pupilla recto foramine cõcaua (ſiquidem viſio per rectas lineas fit) anguſtior quàm amplior, vt ſpiritu impleri poſſit. Deinde tenuiſsima tunica quæ Græce ἀραχνοειδὴς dicitur, media ſubſidet, humoremq; hyaloidem continet, venis & arteriis plena, vt humori hyaloidi, hyaloides verò cryſtalloidi alimentum ſuppeditet, vt antè declaratum eſt. Eiuſmodi autem partes vel B intẽperie, vel vnitatis ſolutione, vel obſtructione obſtipationeque laborare poſſunt. Harum igitur intemperies viſioni noxã adfert, magna magnã, & mediocris mediocrẽ. Calor enim humores liquat, ſpiritum diſsipat & abſumit, cerebrumq; reſiccat: proinde ſpirituum inopiam efficit, neruos & tunicas indurat & contrahit, ſi quidẽ ingens ſit. Frigus autẽ denſat ac ſtringit, ſiccitas ſpiritus abſumit, reſiccatq; humores, cerebrum &

alias

alias modò cōmemoratas partes pupillāq́; cōtrahit & rugat:humiditas verò tenebro-
C ſos ſpiritus gignit, & reliquas partes humectat ac laxat:vnde in ſe tunicæ cōcidunt, viſionemq́; lædunt. Vnitatis ſolutio cerebri, ſpiritus generationem impedit, in pupilla & neruis quos ὀπτικὸς appellari modò dicebamus, genitos ſpiritus non continet. Tunicæ verò ceratoidis, ſi quidē integrè forata ſit, humorem oculorū effundit, atq; breui tēpore oculum reſiccat. Rupta autē rhagoides, vel alio quouis modo ſoluta, candidum humorem ad ceratoidē vſq; tranſmittit, conciditq; in cryſtalloidē. Spiritus quoq; vel per vulnus, vel per vlcus effluit, vnde pupilla diſtorquetur. Humorū omnium, ſpiritus, & va-
D poris ceratoidis, corpuſculorum iuxta hyaloidem cōtentorum color, ſimilia viſa repræſentat, albus quidem alba, flauus flaua, ruber rubra, & reliqui pari modo. Craſsities vaporis, ſpiritus, humorū, & tunicarum, rerum ſpecies minus recipit, ſed tamen receptas diutius cōtinet. Tenuitas contrà facilè quidem recipit, ſed nō diu ſeruat, diſpergit enim ſtatim ac diffundit. Conſtipatio autē cerebri, neruorum, & pupillæ, ſpiritui viam præcludit. Conſtipantur autem hæc ab aliquo tumore præter naturam. Eadē vi prædita obſtructio eſt. Dilatatio verò, pupillæ

quidem, non facilè impleri ſpiritu poteſt. Dilatatur autem rhagoidis ſiccitate ad originem reuocante,& humorum influxu. Impleta enim ad veſicæ inſtar diſtenditur,& vltro citroq; diſtrahitur, ipſis in medio ſpatio inter ipſam & cryſtalloidem collectis. E
Imminutio pupillæ ex ſe quidem parũ lædit: ſed quæ ex morbo fit, quatenus quidem cõtracta rugataq; eſt, ſcilicet effuſo aliasq; deficiẽte tenui humore, viſionem offendit. Humectata laxataq; rhagoides noxam viſioni adfert. Concidit enim, & cryſtalloidem impedit quò minus ſpecies forinſecus aduenientes internoſcat. Hyaloidis autẽ humoris redundantia cryſtalloidem obruit, eiusq; functionẽ impedit. Eius verò inopia non alit: proinde ipſam minuit, ac imbecillam reddit: quemadmodum & ſpiritus penuria recipere externas imagines non ſufficit. Eius verò copia, præſertim puri ac æthe rei, maximè poteſt: modò ne nimia copia pupillam diſtendat dilatetq;, atque ita hebetem reddat. Cryſtalloidis humoris, atque adeò totius oculi ſedes mutata viſionem offendit, vt pòſt dicetur. Viſionem igitur abſoluunt antè dictæ partes contemperatæ, recteque compoſitæ. Spiritus igitur à cerebro tranſmiſſus purus ac æthereus, multusq; albus humor clarus ac ſyncerus, ceratoides F

tuni

G tunica candida, & ſplendens cryſtalloides
humor,inculpatam efficiunt viſionẽ,eamq́;
longiſsimam. Siquidem oculus his dotibus
præditus,tam è longinquo quàm propinquo
clariſsimè ac diſtinctiſsimè cernit. E longin
quo etiam videt,ſed non diſtinctè,ſi multus
ſit tum ſpiritus,tum humor, ſed turbidus &
impurus,ceratoides quoque,quà pupillæ op
poſita eſt,craſſa & humida. Diſtinctè verò,
ſed non è longinquo, ſi ſpiritus ac humor
paucus ſit,ſed ſyncerus & clarus, ceratoides
verò compacta & lucida. Obſcurè autem
tam è longinquo quàm propinquo, indiſtin
H ctéque,ſi paucus ſpiritus & humor ſit, idéq;
humidus & impurus, ceratoidesq́; craſſa &
humida,cæterùm ſplendida ac candida. In
loco etiam ſplendido facilius rerum ſpecta-
bilium ſpecies ſuſtinet videtque oculus,
præſertim ſi ſpiritum humoremq́; multum
habeat,eundemque craſſum & obſcurum,
cryſtalloidemque parùm lucidum, & ce-
ratoidem craſſam & humidam. Contrà
obſcura & in obſcuro loco melius videt
ſpiritus paucus & clarus tenuis ac purus,
cryſtalloides humor lucidus, & ceratoi-
des tunica rara tenuis lucida. Obſcuras
porrò, quæ reuera tales non ſunt, res re-
præſentant,ac velut per tenebras, per fumũ,
per nebulas & vaporem ac caliginẽ,ſpiritus,

humoris, ceratoidis tunicæ craſsities, denſitas, ac humiditas. Cryſtalloïdis humoris cõpacta & polita ſubſtantia, res quàm ſint maiores repræſentat. Magis enim refringit rerum cernendarum radios. Eiuſdem humoris pars prior ſi natura planior eſt, idem præſtat, vt quæ plures radios excipiat. Idẽ quoque ceratoidis tunicæ craſsities efficit, quæ ſpecilli modo radiorum concurſum recipit, ac, vt antè dictum eſt, receptos diutius ſeruat. Spiritus quoque & humoris dẽſitas eandem vim obtinent. Non enim aliter atque per aërem denſum res quàm ſint maiores apparent, & quàm ſi per rarum tenuem purũq; aërem conſpicerentur. Singula bina apparere facit cryſtalloides, imò totus oculus è propria ſede dimotus. Multa ſimul conſpici, quæ reuera multa ſunt, prohibet pupillæ foramen à craſſo humore aut alia materia obtenebratum, non quidem totum, ſed vbi pars aliqua pura vacuaque ſupereſt, ſed exigua. Viſionis enim conus fit anguſtior, quẽadmodum his accidit qui per ſtrictum foramen inſpiciunt. Figuram autem talem, efficit craſsities quæ in pupilla eſt, quale id eſt quod vacuũ purumq; in ipſa relinquitur. Si igitur quadratũ eſt, quadrata quæ cernũtur apparebunt: ſi triangulũ, triangula: & reliqua ſimiliter. Integra mutila vidẽtur, ſiqua in

in pupillę ambitu craſsities aut alia materia eſt: veluti luna cum tota non delinquit, mutila apparet. Eadem perforata videtur, cum in oculi medio exigua materia eſt, & totus ambitus vacuus. Phantaſmata & imagines rerum, quæ reuera non ſunt, apparere faciūt craſſa in oculis corpuſcula diuulſa, nō cohærentia, & craſsi vaporis copia, quod his qui è ſomno expergiſcuntur, maximè autem pueris accidit: & his qui plurimo vino madent, aut alio quouis modo vapore repletis, ad D inſtar nubium, quæ aliquādo diuerſas intuētibus figuras referunt. Eiuſmodi autem vapores aut in cerebro gignūtur, aut ex ſtomacho & reliquo corpore in caput feruntur, vt in ſuffuſionibus, & cū per nares ſanguis fluxurus eſt, aut vomitus ſperatur. Cæterùm ſuffuſionibus maximè obnoxii ſunt hi quibus oculorum humor exquiſitè purus eſt: & vt ſemel dicam, quibus videndi facultas præſtantiſsima eſt. Porrò autem omnes eiuſmodi imagines, ſuarum cauſarum figuras & colores referūt. Nam ſi quæ in oculis ſunt corpuſcula, vapores, & ſpiritus, candida exiſtūt, candida: ſi nigra, nigra: ſi flaua, flaua: ſi rubicunda, rubicunda apparent: & quales in oculo E ſunt figuræ, tales foris videntur. Quæ igitur in oculo ſunt corpuſcula, alia cimices, alia muſcas, alia alias res repræſentant. Va-

pores verò & humores tales referunt figuras, quales nobis in nubibus apparent: immotas quidem & quietas, ſi in oculo non moueantur: contrà verò, ſi contrarium accidit. Quẽadmodũ enim ſpiritus, vapores, aliaq; id genus in pupillæ foramine mouentur, ita foris moueri creduntur. Itaque ſi ſpiritus & vapor in gyrum voluuntur, externæ res eodem modo circumagi videntur. Obſcura, tenebroſa & caliginoſa videre putamus, ſi vapor, ſpiritus & humor, humidus, turbidus F & obſcurus ſit: quemadmodum fulgida, ſi ſanguis & ex eo natus vapor & ſpiritus ſynceerus ſit: qualia ſæpe in morborum criſibus apparent. Externarum verò rerum color talis repræſentatur, qualis eſt ſpiritus, humor, vapor, & alia quæ in pupilla continẽtur corpuſcula, & ceratoide tunica. In ictero enim flaua, in hypoſphagmate verò rubra omnia apparent.

In tactu autem, cum inæqualitas quædam, uel denſitas, uel grauitas, uel tenſio, uel ſtupor, uel ulceroſa affectio in toto corporis habitu ſentitur. Pari mo- G *do in unaquaque corporis parte uel tenſio uel contuſio, uel morſus, uel grauitas, ſi nec magnæ, nec ſtabiles ſint, neu-*

tru

trum eſſe affectum ſignificant,morbum uerò prænuntiant.

Tactus in toto corporis habitu & ſingu-
lis eius partibus deleri, imminui & corrũpi
poteſt. Deleri quidẽ,vel ſolus,vel vnà cum
motu voluntario. Prior affectus, ſtupor ac
torpor dicitur totiuscorporis,ſi totũ corpus
affectũ eſt:partis verò,ſi tantùm pars aliqua
H ſenſu eſt priuata. Poſterior verò,apoplexia
valida & fortis ab Hippoc. dicitur, ſi ſenſus
omnino cũ motu totius corporis periit. Sin
tantùm imbecillus, ab eodẽ autore debilis
nũcupatur. In parte aũt aliqua,ſi quidẽ totus
ſenſus cum motu ſublatus eſt,paralyſis: ſin
tantùm obſcurus,ſentiẽdi difficultas appel-
latur. Corrũpi verò tactus dicitur,cũ res ali
ter atque ſit ſentitur: vt ſi quod reuera læue
eſt,aſperitatẽ referat. Sub deprauato tactu
intelligere licet dolorẽ, inæqualitatem,ac
pruritũ. Sub dolore vlceris tẽſionis & inflã-
mationis ſenſus continetur: quem denſitas,
grauitas & morſus comitantur. In doloris
A quoque genere torpor collocatur. Tactus
igitur,quẽadmodũ & aliorũ ſenſuũ, offen-
ſio,ad facultatẽ & organa ſentiendi referen
da eſt. Potentia in cerebro eſt, & organa
nerui ſunt: qui ex quibus partibus ortũ ha-
beant, & in quas diſtribuantur, ex Galeni

ana

anatomicis libris petendum eſt. Neceſſaria enim horum cognitio eſt nõ ſolùm ad cauſarum læſi abolitiq; tactus inuẽtionem, ſed & ad eius vitiorum curationem. Tactus igitur tollitur ſolutione vnitatis,& refrigeratione compreſsione & obſtructione cerebri & neruorum. Soluitur vnitas ſectione, diſtentione,& aliis ſæpe iam commemoratis. Refrigerantur ab ambiente, frigore conſtringente,& frigidis medicamentis,comprimuntur ab aliquo tumore præter naturam partis vicinæ, obſtruuntur verò cerebrũ & neruorum principium à craſsis & lentis humoribus. Ab eiſdem cauſis tactus imbecillitas oritur. Corrumpi verò dicitur, cum res, vt modò dicebam,aliter ac ſit ſentitur:vt ſi quod frigidum eſt,calidum appareat: & contrà ſi quod calidum eſt,frigidum. In hoc genere continentur inæqualitas,dolor,& pruritus. Eadem eſt reliquarum qualitatum ratio. Dolorem efficiunt,vt iam ſæpe dictum eſt,vnitatis ſolutio,& primarum qualitatũ maximeq; caloris & frigoris violentia. Siccitas enim moderatum parit,humiditas vero nullũ. Doloris differentiæ,vt ad rẽ præſentem attinet,à ſentiendi qualitate ſumuntur. Aut enim vlceris,aut tenſionis, aut inflammationis ſenſum dolor habet, aut grauitatis,aut torporis,vt antè declaratum eſt.

B

C

Pri

Priores tres differentias,laſsitudines medici
vocant:quæ quidem vel ſponte naſcuntur,
morboſq́; prænuntiant,vel accerſuntur im-
modica exercitatione,& ſanis accidũt:ideò
nihil mali portendunt. Tenſionis igitur ſen
D ſus fit ob ſolam materiæ copiã muſculos di-
ſtendentem.Quòd ſi affectus hic mitis ſit,
pandiculationem tãtùm efficiet,vtpote qui
ab excremẽtis flatus & vaporis naturam ſor
titis originem habeat. In vehementiore ve
rò tenſionis ſenſu, muſculorum fibræ ten-
duntur,aliæ aliis magis. Nam quæ in longi-
tudinem tenſionis exporriguntur, vehemen
ter tenduntur:minus verò obliquæ, & quæ
in rectum minus aguntur. Cum igitur ſpon-
tè natus tenſionis ſenſus,ex humorum redũ
dantia gignatur,grauitatẽ adfert,& ad mo-
tum ſegnitiem. Immodica quoque inanitio
ne,quam vehemens ſiccitas ſequitur,muſcu-
E lorum fibræ tenduntur,ac ſæpe etiam rum-
puntur: naſciturq́; tenſionis dolor. Vlceris
verò ſenſus à recenti cruditate acrimonia
& tenuitate humorum fit:vnde cutis & ſub-
iecta caro pungitur:eroditur,& vlceratur,ſe
quiturq́; rigor & horror citra corporis mo-
tionẽ,ſi ingens ſit affectus:ſæpe etiã febris,
ſi calidus & putris humor ſit. In hac laſsitu-
dine dẽſitas quoq; ſentitur,& grauitatis ſen
ſus,in cuti tantùm, ſi mediocris: in ſubiecta

car

carne,ſi valẽtior:in vtroq; loco, ſi atrocior affectus ſit. Si verò exiguus,ægrotũ,ſi quidẽ quietus immotusq; ſit,nullus dolor premit:ſin moueatur,pãdiculatio:ſentitq; dolo F rẽ,ſed quẽ facilè tolerat. In inflãmatiõis ſenſu cõtundi muſculi vel nerui & chordę videtur. Cũ igitur ſoli muſculi ſic afficiũtur,phlegmonodes laſsitudo dicitur, quòd dolorẽ velut inflammationis ſentiãt. Cũ verò chordæ & nerui,oſtocopos,quòd circa oſſa dolor eſſe videatur. Inæqualitas quãdoq; dicitur, cũ affecta pars ac etiã totus corporis habitus nõ æqualiter ſentit. Quod accidit,dũ nõ vbiq; eodẽ modo afficitur:& quæ dolorẽ ſuſcitat materia,nõ eſt vbiq; ſui ſimilis. Quandoq; verò in itima corporis mole,rei cuiuſpiam naturæ noſtræ alienæ ſenſus eſt, G & inæqualitas dicitur. Eiuſmodi autẽ materia vapor eſt,quem laborãtes erodentẽ interdũ citra calorẽ,interdũ cum calore ſentiũt, carnesq; omnes ſenſim diſtendentem: ac nõ aliter quàm hi qui ex ſomno expergiſcuntur,pandiculantur. Stuporẽ efficiunt, vehemens & cõſtringens frigus,& humor neruorũ principia obſtruens,& cõprimẽs præter naturã tumor:pruritus ab humoribus tenuibus ſalſis & immotis cuti hærẽtibus. Ex his cognoſci poteſt quæ tactiliũ qualitatum differentiæ quos morbos præſagiant.

H *Quæ uerò iam ægrotantibus inſunt notæ, aliæ ſanitatem, aliæ mortem ſignificant. Priores ſalubres ſunt: poſteriores uerò generaliter quidem morboſæ, ſpecialiter uerò pernicioſæ dicuntur.*

Signa quæ in ægrotantibus viſuntur, alia præſentẽ morbũ indicãt, vt pulſus inæqualitas febrim putrẽ. Alia præteritũ in memoriã reuocant, qualis in febre diaria luculenta macies eſt, quæ præceſsiſſe mœrorẽ teſtatur: alia verò futurũ morbi euẽtũ. Atq; horũ alia ſanitatẽ pollicẽtur, ſalubriaq; ſunt: vt excremẽtorũ cõcoctio, cuiuſmodi eſt ſputi A in pleuritide, & vrinæ in febribus. Alia verò mortem minantur, generatímq; morboſa dicuntur: ſpeciatim autẽ pernicioſa: quandoquidem pernicioſa omnia morboſa ſunt, non contrà morboſa omnia pernicioſa.

Generaliter autem ex functionum uirtute & uitio, particulatim uerò ex ſingularum actionum uirtute & uitio notæ ſumuntur: quarum genera prius declarata ſunt, primum quidem principiorum, ſecundum autem eorum quæ ab illis ortum habent, & tertium eorũ quæ ſeſe gubernant, à principijs uerò

pro

propagines quaſdam accipiunt. Quar- B
*tum autem genus eorum quæ tunc dixi-
mus, ex ſe quidem ad prædicendum eſt
inutile, ſed per accidens aliquando ex
ipſis præſagimus: quemadmodum omni
no & ex recrementis. Ex illis quidem,
conſenſus ratione. Ex recrementis uerò,
quòd ea coctionis & cruditatis in ſe no
tas continent. Quare fieri omnino non
poteſt quin ſignificent aut naturam ma
teria, aut materiam natura, aut neutram
altera ſuperiorem eſſe. Salubria quidem
ſigna dicuntur, ſi natura ſuperet, morbo* C
*ſa uerò, ſi ſuperetur, neutra uerò, ſi pa-
res pugnæ ſint. Manifeſtæ autem coctio
nis ſigna, inter ſalubria, quemadmodum
inter morboſa cruditatis annumerãtur.
Quæ uerò neq; coctionem, neque cru-
ditatem manifeſtam oſtẽdunt, ex neutro
rũ natura ſunt. Sed & neutra ſunt, quæ
nunc hoc, nunc contrarium ſignificant,
quales ſunt denigrati digiti. Eiuſmodi
autem ſunt critica accidentia. De quibus*

omn

omnibus in libris de criſibus, queadmo-
D *dũ & de ſingulis actionibus in libris de ſymptomatũ cauſis dictum eſt: ex quibus omnem earũ materiam particulatim ſumere oportet. Ne autẽ prolixior ſim, orationi de ſignis finem faciam: ad cauſas uerò me conferam.*

Signorum quæ iam morbo correptis inſunt, differentiæ generatim quidẽ ex actionũ virtute & vitio, ſpeciatim verò ex ſingularum functionũ virtute & vitio ſumuntur. Græcè legitur, κατὰ μέρος δ' ἐκ τῆς τῶν κατὰ μέρος ἐνεργειῶν. vbi articulus τῆς, refert ἀρετῆς & κακίας. Partiũ autem vnde eiuſmodi virtutes & vitia naſcũtur, alię principia ſunt
E & velut fontes virtutum corpus noſtrum gubernantium, cuiuſmodi ſunt cerebrum, cor, iecur, & teſtes. Cerebrum quidem animalem, cor vitalem, iecur naturalem, teſtes genitricẽ vim obtinẽt. Ab his enim vniuerſum corpus regitur. A cerebro verò nerui, à corde arteriæ, à iecore venæ, à teſtibus genituræ vaſa oriuntur: atque hæc ſecundum partium genus conſtituunt: quæ omnes ſuo quæq; principio famulantur: vt ſuprà dictũ eſt. Tertium verò genus eſt earum partium quæ ſeipſas gubernant, verùm à principiis

vim quandam mutuantur, vt venter, inteſtina, lien, & renes. Venter enim ex ſumpto cibo chylum, hoc eſt ſuccum propria ac innata vi gignit, ſed ad id conferente communi omnium partium virtute concoctrice, quã à iecore mutuatur. In hac igitur actione, iecoris facultas concoquit: ventris verò vis propria, quod concoquitur, in chyli ſpeciẽ conuertit. Eadem eſt reliquarum tertii generis partium ratio. Quartum verò genus, quòd antè Galenus tertium conſtituerat, earũ eſt partium, quæ nec alias regũnt, nec ab aliis reguntur, ſed inſitam habent virtutem: cuiuſmodi ſunt, vt idem autor ſcribit, cartilago, oſſa, vincula, membranæ, glandulæ, adeps, & caro ſimplex: quæ cum ſe tãtùm, nõ autẽ alias partes gubernẽt, nec ab aliis gubernentur, tantùm ſuã, non aliam ſalutem vel perniciem prodere poſſunt. Non enim ex ſuis functionibus probis quidem vita, vitioſis autem mors pendet. Nam quanuis læſæ eiuſmodi partes ſint, niſi affectum ſuum cũ aliis communicent, aut viceuerſa aliæ ipſis malũ ſuum impertiant: nec ſanitatẽm, nec mortẽ prænuntiare poſſunt. Cum igitur aut aliis ipſæ, aut ipſis aliæ conſortii lege compatiũtur, ex ipſis præſagire poſſumus. Nã ſi glandulæ quæ in alis, inguinibus, & ſecus aures ſunt, affectum ſuum ad iecur, cor & cerebrũ,

brum, aut viceuerſa hæc ad glandulas, tranſmittuut: qualis affectus eſt, talem ipſæ teſtari poterunt: ſi quidem ſaluber, ſalubrem, & lethalis lethalē. Omnes febres, inquit Hippocrates, ex bubone, id eſt glandularum inflammatione, præter diarias, malæ ſunt. Nā ſi à cauſa manifeſta, velut vlcere, in pede manu digitis aut alia vicina parte iuxta aliquā magnam venam vel arteriam glandulæ inflammentur, tantùm diariam febrē pariunt, nihil mali præſagientem, ſin ab occulta deliteſcenteque cauſa, perniciem, aut ſaltem graue aliud malum. Viſcerum enim inflam-
A mationem vel abſceſſum, aut humorū prauitatem, vel peſtilentem materiam ſignificāt. Rurſus verò hæc vel mortem, vel graue aliquod periculum. Peſtilens enim bubo cum corde vitæ fonte cōmunicat, proindeq; vitæ periculū affert. Contrà viſcerū inflāmationes, aut abſceſſus, aut humorum prauitas, bubonem excitant eorum affectuum indicem. Ex accidente igitur, non autem primariò ac per ſe ex partium quæ in quarto genere continentur, affectibus præſagire poſſumus: quemadmodum & ex corporis recrementis quatenus cocta aut cruda apparent, non autem quatenus recremen-
B ta ſunt: cuiuſmodi ſputa, vrina, & alui fedimenta ſunt: quæ cocta, à naturaque ſu-

perata, ſalutē promittunt: cruda verò, atque
naturā vincentia, mortē. Quod ſi naturæ &
morbi materiæ pares pugnæ ſint, neutraque
alteram ſuperet, iam nec morboſæ nec ſalu
bres eiuſmodi notæ erūt, ſed neutræ, quate-
nus ad futurū morbi exitum referūtur, qua-
tenus verò præſentē affectū oſtendūt, mor-
boſæ ſunt: de quibus in aliis Galeni libris
abunde diſputatum eſt. Neutræ etiā dicun-
tur, quæ nunc ſanitatem, nunc mortē præ-
nuntiant: quales in morborū criſibus, id eſt
iudiciis, digitorū nigrores ſunt, qui nōnun- C
quam natiui caloris extinctionem ſignifi-
cant, proindeque mortem: aliquando verò
atram bilē à victrice natura in criſi ad digi-
tos refuſam. Porrò autē primi generis par-
tium, cerebri quidē & cordis, deinde iecoris
actiones, ſalutem maximè & perniciē præ-
nuntiare ſolent: teſtium verò minus, vt ex
quorum functionibus neque vita, neque
mors pēdeat, quemadmodum nec ex quar-
ti generis, partium actionibus. Secundi autē
generis eadē prædicere poſſunt, ſed nó tam
luculenter, quàm ex quibus oriuntur princi
pia. Tertii verò generis quarundā aliarum
partiū actiones certius, aliarū incertius prę- D
nuntiare ſolent. Stomachi enim & ventris
functio, vtpote corpori magis neceſſaria,
certius quàm lienis aut renum poteſt. Adie-
ciſſ

ciſſem hoc loco morborũ omniũ notas: ſed has in libris de locis affectis ampliſsimè Galenus ſcripſit: eaſdéq; Iacobus Syluius medicus doctiſsimus in cópédiũ redegit. Itaque ad diſputationem de cauſis tranſeundũ eſt.

Quoniã autẽ harũ aliæ ſalubres, aliæ morboſæ, aliæ uerò neutræ ſunt: primũ de ſalubribus diſſeremus. Quoniã uerò harũ ipſarũ quædã cõſeruant, quædam E *uerò efficiunt ſanitatem, ſunt autem efficientibus conſeruãtes & tẽpore & dignitate priores, initium à conſeruantibus ſumemus. Cum igitur non unum ſit ſalubre corpus, ſed plura, ut antè explicatum eſt, horum cuiq; cauſa qua cõſeruetur, peculiaris erit: quandoquidem ad aliquid omnis cauſa refertur.*

Cauſæ nõ aliter atq; corpora & ſigna diſtinguuntur. Aliæ enim ſalubres ſunt, aliæ morboſæ, aliæ neutræ. De ſalubribus autẽ præcipua eſt diſputatio: quarum aliæ ſanitatem tuẽtur, aliæ efficiunt. A prioribus, quo-F niã & dignitate & tẽpore effectrices antecedũt, auſpicatur Galenus. Dignitate quidem priores ſunt, quòd lõgè dignius ſit corpus ſanũ tueri ne in morbũ labatur, quàm ægro-

tum à morbo vindicare:quemadmodũ longè præſtantius eſt patrem rectè liberos educare,præcauereque ne quid flagitioſum patret,quàm eoſdem ſceleſtos plectiq; capite dignos à morte eripere.Tẽpore verò, quoniam natiuæ temperaturæ ſoboles eſt ſanitas,ſtatimq; hanc ſequitur:morbus verò intẽperaturæ ſuccedit,aduẽtitiusq; eſt,ac poſt ſanitatem naſci ſolet.Itaq; ſanitatem prius tẽpore tuemur, quàm morbũ profligemus. Imò,vt ſemel dicam,quæcunque ſanitatem afferre dicuntur,ea non primò ac per ſe,ſed ex accidente quodam ſanitatis ſunt cauſæ. Non enim protinus ſanitatem inducunt,ſed morbum prius abigunt. Quoniam autem non vna ſpecies eſt ſanitatis,neq; cauſarum quæ hanc tuẽtur & efficiunt,vna forma erit. Siquidem cauſa omnis ſemper ad aliud refertur.Sanitatis porrò totidem formæ ſunt, quot ſunt natiua temperamenta.Nã vt modò dicebamus,ex tẽperamento ſanitas oritur.Temperamenta autem nouem omnino eſſe ſuprà memorauimus. Totidem igitur erunt ſanitatis differentiæ:nimirũ abſoluta & perfecta, quæ ſummam illam ac abſolutã temperiem ſequitur:cuius quoq; permagna eſt latitudo.De hac enim quæ ſenſus iudicio talis apparet,non autem ea indiuidua,& quæ cogitatione tantùm, non etiam re ipſa

exiſtit, verba facimus. Reliqua octo temperamenta, calidum, frigidum, humidum, ſiccum: calidum & humidum, calidum & ſiccum, frigidum & humidum, frigidum & ſiccum, ſanitatis differétiæ ſequuntur, illiſque reſpondent: atque quo magis eiuſmodi temperamenta ab abſoluto recedunt, eo ſanitatis formæ quæ ab ipſis naſcuntur, imperfectiores ſunt.

A *Rurſus igitur hic ab optima corporis cõſtitutione initiũ ſumemus, eius ſalubres cauſas cõſiderantes: quarũ inuentionẽ rei natura docet. Nã ſi non pateretur corpus nec mutaretur, optima perpetuò maneret cõſtitutio: neq; arte opus eſſet quæ illi præſideret. Sed quoniã alteratur, mutatur, & corrumpitur, nec ſeruat quam ab initio habebat conſtitutionem: hac ratione præſidio eget.*

Quum ſanitatis, vt modò dicebamus, nõ
B vna ſit forma, ſed quædam optima ſit, quædam verò ab huius perfectione deflectat, cumq; optima hæc ab optima corporis conſtitutione ortũ habeat, ab optima corporis conſtitutione exordiũ ſumit Galenus: oſtenditque huius tuendæ rationem, quatenus

quidem per naturam ſeruari poteſt. Nam vt poſteà docebitur, ineuitabiliter corpus noſtrum corrumpitur, & ad interitũ peruenit. Seruari tamẽ poteſt ne properè ad ſeneĉtutem perducatur. Cauſarum autem quæ ſeneĉtutem remorãtur, quæque optimam conſtitutionem ſeruant, inuentionem natura docet. Nam ſi, vt Galenus ait, corpus non afficeretur nec immutaretur, perpetuò duraret optima conſtitutio. Neque enim in meliorem, neque deteriorem ſtatum corpus mutari poſſet, ſed idẽ ſemper maneret. Deinde idem autor ex antecedentis oppoſito conſequentis oppoſitum concludit, ad hunc modum: Corpus immutatur ac corrumpitur: igitur non perpetuò ſeruat priorẽ cõſtitutionem: quare artẽ deſiderat, quæ illi tuẽdæ præſit. Quomodo autem, & quibus modis immutetur, poſteà docebit. C

Quot igitur modis immutatur, tot auxiliorũ, hoc eſt cõſeruatricũ cauſarũ genera habebit: quas ex his quæ iam dicta ſunt, conſtat ex genere eſſe corrigentiũ. Sed quoniã paulatim correctiones fiũt antequã magna accidat noxa: præſentis ſtatus conſeruatrices, non autem futuro malo proſpicientes medici appellant. D

Nat

Natura inueniri cauſas quæ noſtrum cor pus tuentur, docebat modò Galenus: inuentionis autem rationem nunc oſtendit. Siquidem totidem remediorum, hoc eſt cōſeruatricum cauſarum genera, quot modis corpus mutatur, ad tuendam valetudinem neceſ E ſaria eſſe tradit: immutationisque noſtræ & corruptionis neceſsitati ſuā cuiq; ineſſe tutelam. Quot autem immutetur modis corpus, mox docebit. Cæterùm conſeruatrices cauſæ omnes reuera ex corrigentium genere ſunt. Nam cum corpus ingenitam ſuæ corruptionis habeat neceſsitatem, vt poſteà docebitur, excogitata atque inuenta eſt ars, quæ quantum per naturam licet, quod ætatis curſu corrumpitur, conſeruaret. Corpus igitur antequam grauem effatuque dignam acceperit offenſionem, paulatim reparatur. Quæ autem id præſtant cauſæ, præſentem ſtatum conſeruare potius quàm futuro mor F bo proſpicere dicuntur.

Immutatur autē corpus à quibuſdā ex neceßitate, ab alijs nō ex neceßitate. Ex neceßitate autē dico, quæ nulla ratione uitari poſſunt, Nō ex neceßitate uerò, reliqua. Neceſſariò *quidē omnino in ambiente aëre uerſamur, edimus, bibimus,*

uigilamus, & dormimus. Enſibus uerò & feris non neceſſariò obijcimur. Vnde in priore cauſarum genere ars uerſatur, quæ corpori tuendo dicata eſt: non autem in poſteriore.

Sanitatẽ tueri non poſſumus niſi perſpe- G
ctis modis omnibus quibus corpora mutantur ac corrũpũtur. Mutãtur autẽ tũ ab internis, quæq; nobiſcũ congenitæ ſunt cauſis, tũ à foris incidẽtibus. Quæ autẽ nobiſcũ cõgenitæ ſunt, nulla ratione declinari poſſunt, vtpote quæ ex ipſis generationis principiis veluti radice oriũtur, vt Galenus docet. Sanguis enim, & genitale ſemen, vt idẽ ſcribit, generationis ſunt primordia. Ille materiæ, hoc opificis habet rationẽ. Vtrunq; ex calido, frigido, humido & ſicco cõſtat. In ſemine plus eſt igneæ ſubſtãtiæ, in ſanguine ve- H
rò plus aqueæ & terreæ. Quanquã autẽ ſiccius ſanguine ſemẽ eſt, humidũ tamẽ eſt, & fluẽs. Itaq; nobis vtrinq; ex humida ſubſtãtia geniture origo proficiſcitur, hãc tamen humidã ſeruari nõ erat, ſi modò ex ea nerui arteriæ, venæ, oſſa, cartilagines, mẽbranæ, & alia id genus fieri deberent. Ergo ſtatim in generationis initio cõiectũ copioſius oportuit elementum, quod ſiccandi vim habe-

ret.

ret. Eſt verò id quidem maximè ignis, ſed tamen & terra. Eſt enim ea quoq; res ſicca. Verùm huius plus immiſceri principiis non erat, ſi modò hæc humida erãt futura. Ignis
A certè tantum miſceri oportuit, quãtum nec iam torreat vrátue, & tamen abunde ſiccet. Quippe etiam tantus calor adhibitus agilitatem præſtare ad motiones ſat erat. Ab hoc igitur primùm cogitur, paulumque concreſcit quod in vtero conceptum eſt: mox ſiccius redditum velut lineamenta quędam & rudimenta cuiusque membri obtinet. Vlterius verò etiam ſicceſcens, non lineamenta rudimentáve modò, ſed etiam & exquiſitam vniuſcuiuſque ſpeciem oſtendit. Iam verò in lucem editum & magnitudine proficit, & tum ſiccius, tum valentius ſemper efficitur, donec ad ſummum incrementum
B ſit peruentum. Tum verò & omne incrementum ſiſtitur, oſsibus nimirum ipſis per ſiccitatem non vltrà ſequacibus: & ſanguinis ſpiritusque vaſa, ſpiritus ipſius flatu in latum aguntur. Cuncta denique membra non ſolùm robuſta fiunt, ſed etiam vires ſuas obtinent. In eo verò quod ſequitur tempore, omnibus iam partibus ſupra iuſtum ſicceſcentibus, non ſolum cuiusque officium minus probè adminiſtratur, ſed etiam ipſum corpus macilientius graciliusq;

quàm

quàm antè redditur. Ergo vltrà ſiccatũ non macilentius modò, verùm etiam rugoſum efficitur. Artus quoq; ipſi inualidi atque ad motus ſuos incerti inconſtanteſq; probantur. Affectio hæc ſenium appellatur. Atque vna hęc eſt omni genito corpori corruptionis interituſq; connata neceſsitas. Altera, & quæ etiam in animalibus præcipuè cernitur, totius ſubſtantiæ effluuium eſt, quod inſitus calor excitat. Hæc itaq; incõmoda nullum quod genitum ſit corpus, effugere poteſt: reliqua quæ hæc ſequuntur, prouidentia cõſilioq; certè poteſt. Ex his incõmodis corrigendis ac ſarciendis naſcitur excrementorum prouentus. Nam quum, vt idem autor docet, tota moles animaliũ in perpetua fluxione ſit, ni ſimilis altera ſubſtantia pro ea quæ defluxit, reſtituta ſit, euaporabitur certè ac diſsipabitur vniuerſa. Quo factum eſt vt natura non animalibus modò, ſed & ſtirpibus, inſitas quaſdam vires deficiẽtis ac deſiderati ſemper appetentes ab initio ſtatim dederit. Non enim veſci, bibere aut reſpirare à quoquam vſquam diſcimus: ſed ſtatim ab initio facultates in nobis habemus quæ hæc omnia citra docentem perficiant. Cibo igitur quicquid ſiccioris ſubſtantiæ effluxit reſtituimus: potione, quicquid humidioris: atque ad priſtinam ita ſymmetriam ambo

redu

reducimus. Ita verò aëreæ atq; igneæ ſub-
E ſtantiæ modum, reſpiratu, arteriarumq; pul
ſu tuemur. Cum igitur, vt idem autor dein-
ceps ſcribit, quotidie propter inſitũ ipſis ca-
lorem, cunctis animantibus nonnulla ſubſtã
tiæ portio defluit: nec eſt aliter huius iuſtũ
ſeruaſſe modum, quàm cibi potionis reſpira
tionis & arteriarum motus ope: neceſſe eſt
ex his contrahi excremẽtorum prouentum.
Nam ſi quale erat ipſum quod effluxit, tale
prorſus adiũgere adglutinareq; ei per totũ
liceret, optimum id ſaluberrimumq; planè
eſſet. Verùm vbi quod ſingulis particulis
F defluit, tale natura eſt, qualis ipſa eſt particu
la: nihil autem eorum quæ eduntur bibun-
túr ve, eiuſmodi prorſus eſt, neceſſariũ natu
ræ fuit prius ea mutare & concoquere, &
quàm fieri maximè potuit, efficere corpori
alendo reſtituendoq; ſimilia. In quo opere
quod nec confectũ nec prorſus aſsimilatum
eſt, id corpori nec adnaſcitur accreſcít ve: &
per ipſius laxiora intus ſpatia tanquam ſu-
peruacaneum errat: vnde nomen ei rei πε-
ρίττωμα græci indiderũt. Cum igitur eſſe bi
bereq; neceſſaria animantibus ſint, has autẽ
res ſubſequatur excremẽtorum generatio:
G natura nõ ſolùm ipſis excernẽdis excluden-
diſq; inſtrumẽta inſtituit, verùm etiam in-
ſtrumẽtis ipſis facultates inſeruit quibus in-

cita

citata quædam ad ſe trahunt, quædam aliis transmittunt, quædã excrementa expellunt. Hæc quidem ex Galeni libro primo de ſanitate tuẽda. Ex quibus verbis cõſtat internas corruptionis noſtræ cauſas, ſiccitatem eſſe, quæ ætatis curſu ad interitũ perducit: aſsiduam ſubſtantiæ fluxionẽ, & excrementorum prouentum: quæ vitari omnino non poſſunt, ſed tamen impediri ne præproperã ſenectutem adferãt. Externæ autem cauſæ atque extrinſecus incidentes aliæ inſeparabiles ſunt, vt cibus & potus, ſomnus, vigiliæ, & id genus aliæ: de quibus in ſequẽtibus diſputabitur. Aliæ verò vitari poſſunt, cuiuſmodi ſunt quæ contundunt, diuellunt, vulnerant, & alia permulta: de quibus nulla ars conſtitui poteſt, ſed de his tantùm quæ ex neceſsitate eueniunt.

His igitur expoſitis, in ſingulis eorum quæ neceſſariò corpus immutant, proprium ſalubrium cauſarum genus inueniemus. Vnum quidem ex ambientis aëris contactu, alterum ex motu & quiete, tum corporis uniuerſi, tum eius partium. Tertium ex ſomno & uigilia. Quartum ex his quæ aſſumũtur. Quintum ex his quæ excernuntur & retinentur. H A

tur.

tur. Sextum ex animi affectibus. Ab his enim omnibus corpus affici neceſſe eſt.

Mutationis corruptionisque noſtræ cauſas libro de ſanitate tuenda primo Galenus in duo genera diſtinxit. Alterum earũ quæ nobiſcum ſunt congenitæ: atque hæ internæ ab eodem dicuntur, neceſſariæ quidem, atque ineuitabiles. Alterum verò earum quæ forinſecus incidunt, quæ & externæ appellãtur, atque harum alias neceſſariò, alias
B non neceſſariò corpus noſtrum afficere hoc loco ſcribit. Ab externarum priore genere, ſalubrium cauſarum differentias venatur. Vnam quidem ab ambiente nos aëre, alteram à motu & quiete tũ corporis vniuerſi, tum eius partium. Tertiam à ſomno & vigilia. Quartam ab his quæ aſſumuntur. Quintam ab his quæ excernuntur & retinentur. Sextam ab animi affectibus. A quibus omnibus neceſſariò corpus afficitur, vt in ſequentibus docebitur. Cæterũ hoc loco Galenus tantũ externis & forinſecus incidẽtibus, non antẽ nobis congenitis incõmodis occurrere videtur. Sed ſi quæ antè declara-
C ta ſunt, diligẽter inſpexeris, ſalubres cauſas omnes nõ modò ab externis, ſed etiã internis iniuriis corpus noſtrũ tueri cognoſces.

Siquidem aëre cibo & potu ſubſtantiam re-ſtituimus, quam neceſſariò è corpore iuxta Galeni ſententiã effluere oſtẽdimus: atque ita ſenectã remoramur. Eadẽ quoq; incommoda declinamus, & excremẽta quæ neceſſariò ex aëre cibo & potu in corpore colligũtur, vacuamus motu & quiete, ſomno & vigilia, & reliquis modò comprehenſis. De quibus omnibus mox diſputabitur.

Nam ab ambiẽte aëre aut calefit, aut refrigeratur, aut exiccatur aut humecta-tur, aut à coniugatis his afficitur, aut tota ſubſtantia immutatur. D

Ambiens aër corpus noſtrũ afficit interdũ ſolis qualitatibus, nẽpe calore, frigore, humiditate, & ſiccitate: calore & humiditate, calore & ſiccitate, frigore & humiditate, frigore & ſiccitate. Conſtat enim hũc alias in aliis tẽporibus & regionibus qualitates habere. Siquidẽ calida & ſicca æſtas eſt: hyems frigida & humida: ver in horũ medio cõſtitutum: autũnus verò inæqualis, hoc eſt modò calidus, modò frigidus. Eadem eſt locorum ratio. Interdum verò non ſolis qualitatibus ſed & tota ſubſtantia corpus noſtrũ E non aliter atque cibus & potus immutat: idq; bifariam, nempe vel corporis ſubſtantiam corrumpendo, vel contrariam tempe-

riem citra corruptionem inducendo. Calida enim & humida temporis conſtitutio putredinem in corpore gignit, hæc febres. Atque cuique, vt verbo vno dicam, aëris conſtitutioni ſui inſunt morbi, vt ex tertio Aphoriſmorum Hippocratis libro videre eſt. Nonnunquam verò longa conſuetudo conuerſatioque in contrario aëre, contrariam temperiem citra vllum morbum gignit, nam vt ſtirpes in alienū ſolum tranſlatæ ac inſitæ, eius naturam temporis tractu
F nanciſcuntur, ſic homines inſolitam ſuæque contrariam regionem incolentes, longo tempore natiuam temperiem amittunt, & nouam adipiſcuntur priſtinæ contrariā, paulatim aſſueſcendo, ita vt qui prius frigidi & humidi erant, tandem calidi & ſicci euadāt: aut cōtrà. Afficit igitur corpus noſtrū neceſſariò vel ſolis qualitatibus aër, vel tota ſubſtantia, idque & contactu, & maximè inſpiratu; & arteriarum pulſu. Velimus enim nolimus, hunc contingimus, hunc inſpiramus, hunc arteriarum pulſu trahimus: vnde aërea igneaque ſubſtantia, quam neG
ceſſariò fluere antè diximus; ſi vitiatus aër non eſt, reſtituitur. Sin corruptus, tantum abeſt vt quod fluxit reſarciat, vt etiam quod reliquum eſt in corpore, vitiet aut corrumpat.

Ex motu autem & quiete utroq; immoderato aut calefit aut refrigeratur, aut humectatur aut reſiccatur, aut ab iiſdem copulatis afficitur.

Siue motum ſiue exercitationē ſiue laborem immodicū corporis eiuſq; partium hoc loco dixeris, nihil refert. Immodicum autē intelligo non ſolùm vehemētem, ſed & aſſiduum diutinumq;, ſiue à corpore eiuſque partibus prodeat, ſiue aliunde adſciſcatur. A corpore quidem, eiuſq; partibus, exercitatio quæ pila fit, ambulatio, ſaltatio, luctatio, diſci iactus, vociferatio, labor qui in fodiēdo, metendo, aliiſq; artibus exercēdis fit, proficiſcuntur. Aliunde autem accidūt vectatio, equitatio, frictio, & id genus alia: de quibus omnibus Galenus in libris de ſanitate tuenda diſſerit. Itaq; motus vndecunq; proficiſcatur, ſi quidem modum exceſſerit, corpus calfacit propriè ac per ſe, per accidens verò refrigerat ac exiccat, natiuum calorem natiuumq; humorem diſsipando ac reſoluēdo. Immoderata verò quies calorem conſopit, vnde corpus refrigeratur ac humectatur. Vt enim externus ignis niſi flatu excitetur, extinguitur: ita natiuus calor niſi agitetur, cōſopitur, corpuſq;, vt modò dicebam, refrigerat. Refrigeratū autē nec cōcoquit, nec excre

cre

crementa diſsipat: quare magnum crudorũ excrementorum prouentũ gignit: quæ non ſolùm humectant, ſed & refrigerant. Atque immoderata quies duplici nomine corp⁹ immutat, nempe calorem extinguendo, & excrementa procreando, quæ refrigerant & humectant corpus.

B *Eodem autem modo ſomnus & uigilia ipſum ex neceßitate afficiunt.*

Per ſomnũ calor intrò, per vigilias aũt foras mouetur: itaq; ſomnus, vt Hippocrates docet, cõcoquit, & vigiliæ digerũt. Concoquit quidẽ nõ ſolũ quod in vẽtriculo, ſed et quod in venis & arteriis cõtinetur. Cæterũ inter coquendũ vapores ſuſcitat, qui in corpus maximeq; cerebrũ delati refrigerantur, ac velut in rorem cõcreſcũt, natiuumq; calorem obruunt: atq; ita corpus nõ ſolùm hu-

C mectant, ſed & refrigerãt: modicè quidẽ, ſi moderatus: immodicè verò, ſi immoderatus ſomnus ſit. Per vigilias autẽ calor foras agitur, vt modò dicebã, in ambiẽtemq; aërem diſsipatur. Præterea vigiles ſenſus tantũ ſpiritus obeundis ſuis functionibus abſumunt, quãtæ vigiliæ ſunt. Alliciũt enim aſsiduè è corpore ſpiritus, qui interdũ etiã febrem accendunt, vt in commentariis noſtris in librum ad Glauconẽ priorẽ monſtratum eſt:

naturamq; à ſuo munere auocant: quocirca cruditatem in corpore relinquunt.

Quemadmodum & animi motus. D

Animi motus, vt antè declaratũ eſt, ex rerum tam bonarũ quàm malarũ, earũq; præſentiũ vel futurarũ opinatione æſtimationeq; naſcũtur, vt lætitia, maleuolẽtia, libido ac cupiditas, iracundia & excãdeſcentia, ac furor, odiũ ac inimicitia, quæ inueterata ira eſt, appetẽtia honoris & gloriæ, animi ægritudo, hoc eſt inuidentia, miſericordia, mœror: & id genus alia. Metus item, ſub quo cõtineri antè diximus pauorẽ, cõturbationẽ, deſperationẽ, exanimationem, & pudorem. Quæ ex quarũ rerũ, bonarúmne an malarum, præſentiũ an futurarũ æſtimatione naſcantur, quòd antè prodita ſint, hic repetere E ſuperuacuum foret. Nihil enim aliud locus expoſtulat, quàm vt eorum vires, quatenus ſcilicet corpora noſtra immutãt, cognoſcamus. Horũ itaq; alia vehemẽter repenteq;, alia impotenter ac ſenſim corpus mouent. Omnes enim metus differentiæ lætitia, iracundia, & excandeſcẽtia, potenter ac ſubitò mouent: reliqua verò nec validè, nec repentè: quorum tamen alia ſi quidem cõtinuata ſint, corpus offendunt, vt mœror & inuidentia. Alia nullam omnino aut certè exiguam

corpori noxam adferunt, vt verecundia. Ti
F mor igitur tam vehementer corpus immutat, quàm validus eſt. In hac enim animi emotione ſanguis & ſpiritus intrò affatim feruntur, nec foras reſiliunt, ſed coacti ſubitò ſuffocantur ac extinguūtur: vnde corpus exanimatur, ſequiturq; pallor, tremor, dentium crepitus, & alia id genus accidentia. Præter hæc pauor mentem ſua ſede mouet. Etenim metus is è re formidabili naſcitur, tam ſubitò inopinatoq; ſenſibus obiecta, vt rationi ad eam æſtimandã locus non ſit: vnde fit vt tam præceps ſubitusq; motus demẽtiam adferat, his præſertim, quibus imbecil-
G la mens eſt. In lætitia ad exteriora fit motus, non validus nec feruidus, vt docet Galenus: reſoluitur tamen ſpiritus, & animalis facultatis robur diſsipatur, proinde nõnullos, præſertim imbecillos, ex lætitia mori contingit. In mœrore paulatim fit motus ad interiora, qui continuatione potius, quàm vehementia corpus exiccat ac abſumit, accenditq; ſæpe ſpiritus: vnde febris naſcitur. Iracundia feruor quidam eſt & motus animoſæ facultatis: in quo primùm intus accenduntur ſanguis & ſpiritus, deinde foras effundũtur, ac totum corpus inflammant, ita vt ſæ-
H pe febrem patiant. Reliquos animi motus hoc loco declarare non ſtatui, tum quòd ex

antè dictis facilè intelligi poſsint, tum quòd corpus non admodum afficiant.

Et quæ aſſumuntur.

Aſſumũtur cibus & potus, & quicquid intrò ad immutationẽ corporis ſumitur. Hæc enim nõ ſolũ qualitatibus, ſed & tota ſubſtãtia corpus immutant. Cum enim aſsiduè è corpore noſtro ſubſtãtia effluat, hanc neceſſariò reparare oportet, ſi tueri valetudinem velimus. Siccam quidẽ cibo, humidam potu, aëream & igneam reſpiratu & arteriarum pulſu, vt modò declaratũ eſt. Ex cibo A igitur & potu aliiſque intrò ſumptis calidis corpus calefit, calidaq́; ſubſtantia reparatur: ex frigidis refrigeratur, & frigida ſubſtãtia procreatur. Eadem eſt reliquorum ratio. Quòd ſi vitioſa hæc ſint, non ſolùm qualitatibus, ſed & tota ſubſtantia lædunt, morboſque gignunt, alios atque alios pro eorum conditione.

Aut excernuntur, aut retinentur.

Ex his quæ intrò aſſumũtur, colligi in corpore excrementa neceſſe eſt, vt antè diximus: quibus expellendis inſtituta à natura B inſtrumẽta ſunt, inſtrumẽtisq́; facultates inditæ, aliæ quidem (vt Galenus docet) quæ expurgẽt ac ſeparẽt, aliæ quæ deducãt, aliæ quæ in vnũ colligant, aliæ quæ foras excernant,

nāt,quæ ſi ſuo tēpore,hoc eſt ſanitatis inſti-
tuto ſiant,modūq; ſeruent, ſecundū naturā
dicuntur,ſalubresq; cauſæ ſunt. Si verò mo-
dum exceſſerint,nec ſolito tempore ſiant,
pręter naturam dicūtur,corpusq; offendūt.
Itaque muliebre profluuiū ſi ſuo tempore
fiat,& modū ſeruet,ſecundū naturā eſſe di-
C citur:quemadmodū & hæmorrhoides. Ad
eundem modum ſi in morborum criſi ſan-
guis fluat,ſiue per nares,ſiue per aliū quem-
cunque locum,ſecundum naturam id fieri di
cimus,ſi quidem modum non exceſſerit.
Omnes enim immodicæ excretiones præ-
ter naturam ſunt,ſiue ſuo tempore, ſiue in-
ſolito fiant. Porrò autem excrementa alia
in ventre,alia in iecore,alia in venis & arte-
riis,alia in aliis corporis partibus fiunt. Pri-
mum enim in ventre,in quo impurum à pu-
ro ſeparatur,vt Galenus docet:paulatimque
per inteſtina omnia vſq; ad poſtremū,quod
D rectum dicitur,expellitur:in quo plurimum
congeſtum à degrauata ob eius multitu-
dinem natura foras excluditur. Secundum
verò in iecore:idque duplex eſt,alterum te
nue,quod ad veſiculam iecoris hærētem fer-
tur:alterum ad lienem, quod quidem craſ-
ſum ac feculentum eſt. Hoc in ventriculum,
illud in priorem tenuis inteſtini partem pri-
mùm extruditur,deinde cum alui ſedimēto

foras eiicitur. Tertium quod in venis & ar-
teriis aceruatur, ſero concreti lactis ſimile,
renes à ſanguine ſecernunt, deinde ad veſi-
cam tranſmittunt: hæc verò foras propellit.
Quartum verò huic ſimile in corporis habi
tu collectum per cutis ſubiectæq; carnis ſpi
racula partim in ſpeciem halitus ſenſum effu E
gientis effluit, partim in roris formam erum
pit, vocaturq; ſudor, qui à ſpiritu maiore im
petu irruente impellitur. Præter hæc autem
in mulieribus menſes certo tẽpore effluũt,
quemadmodum in quibuſdam viris hæmor
rhoides. Per nares quoque, aures, & palatũ,
cerebrũ repurgatur. Quòd ſi eiuſmodi ex-
cretiones modum, vt dixi, exceſſerint, præ-
ter naturam ſunt, corpusq; lædunt. Id enim
inaniunt, refrigerant, extenuant, ac tandem
abſumunt. At ſi excrementa cohibeantur,
corpori plurima maximaq; incommoda ad-
ferant. Retentum enim in ventre & inteſti F
nis ſiccum recrementum, appetentiam tol-
lit, capitiſque dolores parit, ſcilicet fumis &
flatibus per inferna exitum non habentibus,
ſurſum delatis. Præterea cum ex inteſtinis
Meſeraicæ venæ in iecur aſsiduè ſuccum
iam inutilem redditum trahant, & in cor-
pus diſtribuant, neceſſariò malus humor in
corpore gignetur: ex quo varii pro varia
eius corruptione morbi naſcuntur. Flauæ

aut

autem bilis multitudinem, ſi quidem in ve-
nis putreſcat, ardentes febres ſequuntur, ſi in
corporis habitum tranſfuſa ſit, citra putredi-
G nem quidem regius morbus: cum putredine
verò tertiana febris. Quòd ſi in parte ali-
qua congeſta ſit, herpes: ſi bilioſus ſanguis,
eryſipelas. Ad eundem modum ſi atra bilis
in venoſo genere putreſcat, aſsiduam febrẽ:
ſi in corporis habitum tranſmiſſa ſit citra
putredinem, elephantiaſim gignit: ſi cum pu
tredine, febrem quartanam. Si in parte ali-
qua collecta ſit, carcinoma: ſi in cute & ſub-
iecta carne, nigram vitiliginem gignit: quẽ-
admodum putreſcens in venis pituita, aſsi-
duam febrem: in corporis habitu citra putre
dinem, aquam intercutem: cum putredine,
H febrem quotidianam. In parte aliqua corpo
ris, ſi tenuis & vaporoſa ſit, œdema: in cute
verò & ſubiecta carne, vitiliginem albam.
Similiter autem ſeroſa ſubſtantia (pituita
eſt) putris quidem in venis aſsiduam fe-
brem, in habitu corporis, ſi quidem non ſit
putris, leucophlegmatiam: ſin putris, fe-
brem interpolatam. In cute verò nunc pu-
ſtulas excitat, nunc pruritum mouet. Hæc
igitur incommoda corporis, excremen-
torum retentionem ſequuntur: alia verò
non minus periculoſa mala, nempe capi-
tis dolores, apoplexiæ, paralyſes, lethargi,

& id genus vitia ex male repurgato cerebro naſcuntur.

Hæc enim omnia corpus immutant, ſanitatemq; corrumpunt: alia quidem protinus ac manifeſtè, alia uerò alterius cauſæ interuentu. Atque de his ipſis particulatim in opere de ſanitate tuenda ſeorſum ſcripſimus. A

Aër ambiens, motus & quies, ſomnus & vigilia, cibus & potus, animi affectus, excrementorum vacuatio & retentio, corpus bifariã afficiunt, protinus, & ſine alterius cauſæ interuentu: non protinus, ſed aliis interuenientibus cauſis. Aër, verbi gratia, ſtatim B corpus calfacit, refrigerat, humectat, & exiccat. Calfaciendo, humores in corpore accẽdit & ſpiritus, febremq; gignit. Refrigerando verò cutis meatus claudit, tranſpirationem impedit, effluuiumque ſolitum calidorum & acrium vaporum prohibet: vnde putredo naſcitur, ex putredine verò febris. Vides igitur aërem primùm calfacere, deinde interuentu caloris humores accendere, & febrem generare: ad eundem modum frigus protinus refrigerare, deinde cutem adſtringere, & meatus claudere, poſteà tranſ C pirationem impedire, vnde naſcitur putredo,

do, ex qua febris fit. Conſtat igitur aërem febrem parere, non protinus, ſed interuenientibus antè dictis cauſis. Eadem eſt reliquorum ratio: vt ex libris de ſanitate tuenda, & ex his quæ ſuprà declarata ſunt, conſtare poteſt.

Omnia igitur modò declarata genera materiæ quædam ſunt ſalubrium cauſarum: quæ ſi commodè miniſtrentur, cauſæ ſunt & conſeruantes, & ſalubres: morboſæ uerò, ſi incommodè.
D *Quare ex his iam manifeſtum eſt præter has res non alias ſalubres, alias morboſas exiſtimandas eſſe, ſed eaſdem ad diuerſa relatas, aliquando ſalubres, aliquando uerò morboſas. Siquidem corpori motum deſideranti, exercitatio ſalubris eſt, quies uerò inſalubris, ſi otio egeat, quies ſalutaris eſt, motus autem inſalubris. Eadem autem cibi, potus, & reliquorum omnium eſt ratio. Quorum quodque ſi egenti corpori cum iuſta tum quãtitate, tum qualitate adhibitum ſit, ſalubre eſt: inſalubre uerò, ſi aut*

omnino non indigeat, aut ſi non ſeruato modo miniſtretur. E

In hoc opere tantùm cauſas quæ neceſſariò corpus immutant, recenſet Galenus: in libris verò de ſanitate tuenda non ſolùm eas quæ neceſſariò, ſed & quæ nō neceſſariò corpus afficiunt, ſub quatuor generibus complectitur, nempe agendis, educēdis, &c. Omnes igitur rite adminiſtratæ, ſalubres ſunt: non rite verò, inſalubres.

Atq; hæc duo circa ſalubre & morboſum corpus conſideranda ſunt, nimirum rei quæ adhibetur, quantitas, & qualitas. Nulla *enim ratione temporis occaſio, utpote quæ cum his comprehenſa ſit, tanquam aliquod tertium adiungenda eſt. Cum enim tali ac tanta re aſſumenda corpus eget, ea certè opportunè adhibetur.* Atque *hinc ortum habet occaſio, quòd fluxum mutabileq́; ſit mortale corpus, quodq́; pro mutationis ratione alijs alio tēpore remedijs egeat. Quare nō eſt genere tertium inter hæc quæ dicta ſunt, occaſio: uerùm docendi* F

gra

gratia ipſa tãquã tertio ob eã quã diximus cauſam docendo plerunq; utimur.

G

Dubitari poteſt cur tantùm quãtitatẽ & qualitatẽ,& ex his natã occaſionẽ, conſeruãtiũ ſalubriumq; cauſarũ ſcopos hic Galenus cõmemoret: in libro verò priore de curãdi ratione ad Glauconẽ,præter has tres methodos quartam adiecerit, nempe miniſtrandi remedii modum? Præterea quũ de corrigẽdis natiuis temperaturis diſputat,id nõ ſubitò factitandum eſſe docet,ſed paulatim. Nõ

H enim,inquit,natura ſuſtinet ſubitas mutationes,quod nihil aliud eſt quàm modum miniſtrãdi præſcribere. Cauſa autem cur id fecerit,hæc eſt,nam in morbis curandis dari præſidia cõmodè non poſſunt, niſi materiã corpusq; ipſum preparemus. Nec ſtatim ſummo morbo vehementiſsima auxilia adhiberi poſſunt: vt in cõmentariis quos in libros Galeni ad Glauconẽ cõſcripſimus, abundè docuimus. In conſeruãda verò ſanitate nec materiã eius,nec corpus antè præparamus: ſed ſtatim remedia quàm maximè fieri poteſt ſimillima,& quãta præſens ſtatus efflagitat,adhibemus: cibũ & potũ, verbi gratia,

A tãtum,quanta inanitio eſt: & talẽ,quali egere corpus videtur. Eadẽ eſt reliquorũ ratio. Quòd verò occaſio vt ſcopus tertius adiungi

gi niſi maioris intelligẽtiæ gratia non debeat, docet Galenus. Nam cũ talẽ, inquit, ac tantã rẽ ſumere corpus debeat, certũ eſt eã opportunè adhiberi. Itaq; ſi nũc eget, nunc eſt adhibendi opportunitas. Porrò autẽ occaſio ab eo ortũ habet, quòd fluxum ſit atq; immutabile corpus noſtrũ, interitui obnoxiũ. Suprà enim oſtẽſum eſt ex Galeni ſententia, quòd principia quædam ſint corruptiõis noſtræ in nobis cõgenita, quæ omnino vitari nequeunt. Quædã verò forinſecus aduenianт, à quibus etiã neceſſariò corpus afficiatur, aliâs aliis temporibus. Aeſtate enim aliâs, aliâs hyeme, aliâs autũno, aliâs vere afficitur. Aeſtas quidem calidius & ſiccius, hyems frigidius & humidius corpus reddit. Sic motus calfacit & exiccat: quies verò refrigerat & humectat. Ad eundem modum reliqua corpus immutant, vt antè declaratũ eſt. Pro harum igitur mutationum varietate, aliis alio tempore remediis corpus eget. Hinc nata eſt occaſio tantæ & talis rei adhibendæ. Quare, vt Galenus ait, non eſt genere tertium inter hæc quæ dicta ſunt, occaſio. Secus eſt in remediis quæ morbis adhibentur, nam occaſio, atque adminiſtrandi remedii modus, tanquam aliquod tertium aut quartum annumerantur: vt in commentariis noſtris ad Glauconem abũde docuimus. B C

Qu

Quoniam autem in his ſcopis tum aliæ ſalubres cauſæ, tum quod nũc propoſitum eſt genus continetur, de ipſis rurſus diſſeramus.

Sub quantitate & qualitate non ſolùm antè dictæ cauſæ, nempe aër ambiens, cibus & potus, ſomnus & vigilia, & quæ D aſſumuntur, quæq́ue vacuantur & retinentur, atque animi motus continentur, ſed & aliæ permultæ, quæ tametſi neceſſariò non immutant, rationem tamen habent ſalubrium cauſarum, non aliter atque aliæ, ſi commodè adhibeantur, ſin incommodè, inſalubrium. Commodè autem miniſtrantur, ſi qualitas & quantitas earum ſeruetur, vt modò declaratum eſt.

Optimæ igitur corporis conſtitutio niſi circunductus aër tẽperatus ſit, tum aliorum nuper cõmemoratorum, nempe quietis & motus, ſomni & uigiliæ, E *tum aſſumendorum & excernendorum exquiſita ſymmetria conueniet. Sin intemperatus ſit, tantum ſymmetriam mutare conueniet, quàm uitiatum temperamentum eſt.*

Opt

Optimam conſtitutionem vocat, vt antè declaratum eſt, eam quæ omnis exceſſus expers eſt, quatenus quidem ad ſenſum attinet. Ad eundem modum & temperatum aërem, qualis in vere eſſe ſolet. In tēperato itaq; aëre optimam conſtitutionem tuetur motus & quietis, ſomni & vigiliç, aſſumendorum & excernendorum exquiſita ſymmetria ac mediocritas, quam in quantitate & qualitate conſiſtere modò dicebamus. Similia enim ſimilibus ſeruantur. F

Quod an omnium temperamentorū commune ſit, an optimæ conſtitutionis propriū, dubitari poteſt. Nō enim vt optimè temperata corporis conſtitutio tēperatis, ita quæ ab hac recedunt, ſibi ſimilibus conſeruari videntur, ſed potius lædi, quod & Galenus ſentire videtur, omnem enim intemperiē à ſuo ſimili offendi antè ſcripſit: calidā quidem à calidis, & frigidam à frigidis, & reliquas pari modo. Reſpondendum eſt indubitatum ac certum perpetuumq; hoc principium eſſe, non aliter intemperatam conſtitutionem G ab intemperatis cauſis, quàm temperatam à temperatis ſeruari: ſi quidem vtrorunque, hoc eſt intemperati corporis, & cauſarum ipſum immutantium exuperantia par ſit, quòd ſi cauſarum quàm corporis maior ſit, corpus indubiè lædetur. Itaque in aëre tem-

pe-

perato temperatæ cauſæ miniſtrari debent, in intemperato verò tantùm in contrariam qualitatem, quantus eſt aëris à iuſto temperamento receſſus, mutari debēt. Si aër, verbi gratia, in ſecundo ordine frigidus ſit, cauſas corpus immutantes in eodem ordine ca-
H lidas: & cōtrà ſi ille calidus ſit, has eodē ſemper ordine frigidas eſſe oportet: ſi quidem optimam conſtitutionem tueri velis. Inter has ſalubres cauſas Galenus de induſtria animi mot⁹ prętermiſiſſe videtur: quòd ſcilicet hi cū libet adminiſtrari non poſſunt: aut ſi poſſunt, non tamen vt volumus moderari poſſumus. Integrum enim non eſt cū libet iraſci, excandeſcere, aut alio quouis modo commoueri, niſi obiectā commotionis ſpeciem æſtimauerit ratio, vt antè monſtratū eſt: aut ſi cum lubet iraſcimur atque mouemur, non tamen impetū ita moderari poſſumus, vt motus exuperātiæ naturę reſpōdeat.

A *Symmetriæ quidem ſcopus eſt, in ambiente quidem aëre ut neque frigore inhorreſcamus, neque æſtu ſudemus.*

Quoniā paulò antè aëris quietis & motus reliquarumque ſalubrium cauſarum ſymmetria corpus conſeruari dicebat, nunc harum cuiuſque ſcopum, hoc eſt quantitatis & qualitatis modum finemque præſcribit: atque

in primis ambiētis nos aëris:cuius, vt inquit, modus eſto, vt neque eius frigore inhorreſcamus, neque calore ſudemus. Nam inter hæc duo aëris temperamentū conſtituit, cuius certè magna latitudo eſt, quemadmodū & temperati beneque conſtituti corporis. B Neque enim hoc loco optimam conſtitutionem intelligi volo hanc quæ cogitatione verius quàm re ipſa exiſtit, quæq; maioris & minoris ratione diuidua nō ſit, ſed quam functionū probitate metimur. In medio igitur frigoris horrorem, caloris ſudorē inducentis conſtituta aëris ſymmetria ac moderatio eſt. Horrorem dico concuſsionē quādam leuem cutis, & ſubiectorum muſculorum. Nam quæ multa, cita & denſa eſt, rigor dicitur: in quo non ſolùm cutis & muſculi, ſed & totum corpus vehementer cōcutitur: vt in cōmentariis noſtris in libros Galeni de curandi ratione ad Glauconem docuimus. Sudor autē notior eſt quàm vt declarari debeat. Solam porrò agentium aëris qualitatum ſymmetriam docet, non autem quantitatem, vt quam metiri non poſsis, niſi moram in eo intelligere velis: nec patientium qualitatum, nempe humiditatis & ſiccitatis, quæ ſcilicet aut nullo, aut ſaltē exiguo ſenſu corpus afficiant. Temporis tamē longitudine alias in corpore qualitates gigni C

gnu

gnunt, quæ tactu deprehenduntur, nempe mollitiem & duritiem, læuitatem & aſperitatem. Tantiſper igitur humectandum corpus eſt, dum humore non nimis molle fiat, ac læuigatum ſit: exiccandum, dum non nimis durum ac aſperum reddatur.

D

Ab exercitatione uerò, quũ primùm laſſeſcere corpus cœperit, ceſſandũ eſt.

Tantùm exercitationis, nõ etiam quietis modũ hoc loco præſcribit Galenus: ſed nec ipſius quidem exercitationis omnem ſcopum, verùm ſolam quantitatẽ. De qualitate enim nihil prorſus meminit, nec de adminiſtrationis tempore: quòd, vt arbitror, per ſe hæc intelligi poterant. Nemo enim dubitat optimam conſtitutionem in tẽperato aëre, ſi vehemens ſit exercitatio vel languida, & remiſſa aut violẽta, & celeris aut tarda, conſeruari non poſſe, ſed ſi ſit mediocris. Vehementior enim celerior & violentior corpus immodicè calfaciunt ac exiccant: tardior verò remiſsior & languidior refrigerant & humectant. Cæterùm adminiſtrari non debet cũ adhuc crudi cibi & ſucci in vẽtre & venis multitudo cõtinetur, ne in corporis habitũ ante concoctionẽ feratur. Itaque ea adhibenda eſt, quum præcedẽs cibus duplici coctione confectus eſt, vt Galenus

E

docet;nempe ea quæ in ventre, & ea quæ in vaſis ſanguinis agitur,cumq́; inſtat cibi ſu- F
mendi tempus. Ex his conſtat quanta quies eſſe debeat,& quãta exercitatio. Tantiſper enim exercitatione abſtinendũ atque quie- ſcendum eſt, dum abſoluta ſit duplex antè dicta concoctio. Tantiſperq; exercendum, dum corpus laſſeſcere dolereque inceperit, hoc eſt græcè ὅταν πρῶτον ἄρξηται πονεῖν. Verbum enim πονεῖν, fatigari, laſſeſcere ac dolere ſignificat.

In cibis accurata concoctio,& moderata excrementorũ tũ qualitas tũ quãtitas.In his concoctioni reſpondet appetentia.Quare neq; præſide opus eſt qui G
cibi modum præſtabit.Siquidem optima natura tantũ probè concoquit,quantum appetit.

Tantum non cibi modò,ſed & potus optimè cõſtituta natura appetit,quantũ ipſa concoquere poteſt.Quãtũ autem concoquere poſsit,ex quantitate qualitateq; excrementorum deprehẽdimus. Concoctionis igitur quæ in ventre fit, alui ſedimẽta probitatem ac vitium oſtẽdunt: eius verò quæ in venis, vrinæ. Id genus autẽ excrementa, alui quidem cibo,vrinæ verò potui reſpondere de- H
bent

bēt. Nam ſi qualitate & quantitate medio-
cris cibus & potus ſumptus fuerit, mediocria
quoq; vtraq; excremēta, tum quātitate, tum
qualitate erunt, ſi quidem optimè conſti-
tuta natura ſit. Quantitate, ſi nec multa nec
pauca fuerint, ſed pro cibi & potus aſſum-
pti copia. Qualitate verò, alui quidem ex-
crementa mediocriter coacta, æquabilia &
læuia, ſufflaua, non autem liquida aut dura,
ac inæquabilia, nigra aut viridia, nullũ aliũ
habentia fœtorem quàm naturalem. Vrinæ
verò quātitate mediocres, colore verò me-
diocriter rufæ. Præterea concoctioni re-
A ſpondet appetentia, quæ & inanitione fit,
& ventriculi frigore: vt antè diximus. Fit
enim inanitione, quam ſequitur naturalis
appetentia, hanc ventriculi ſuctio, deinde
ſuctionis ſenſus, poſtremò animalis appeten
tia. Porrò autem inanitio fit, vt antè di-
ctũ eſt, vacuatis partibus primùm cuti ſub-
iectis: deinde his ipſis alimentum à vicinis
trahentibus, rurſus his à ſibi vicinis, donec
venæ quæ ad ventrem perueniunt, inanitæ
ſint. Ventriculi verò frigus inanit quidem,
ſed ſtringendo premendoque, proinde fa-
mem parit ac auget. Quum igitur corpus ad
eundem modum vacuetur, reſtituiq; quod
B effluxit debeat, indita à natura ventriculo
facultas eſt, qua cibi penuriam ſentiremus,

appeteremusque, alii aliis magis ac minus. Rurſus cum duobus modis ventriculi fiat inanitio, vno quidem qui attractione fit, atque hæc omnium temperaturarũ eſt communis: altero verò qui preſſu ac conſtrictione perficitur: hæcque propria eſt frigidæ temperaturæ, quæ plus appetere quàm concoquere ſolet: calida verò tãtum abeſt vt appetentiam excitet ac augeat, vt hanc etiam deiiciat: optima corporis cõſtitutio, vt in qua nec frigore augeatur, nec calore minuatur fames, tantum appetit, quantum C probè concoquere poteſt.

Similiter autẽ ſomno natura ipſa bene cõſtituta modũ præſcribit. Somnũ enim finit, quum non amplius eo corpus eget.

Per vigilias cerebrum ſenſuumq; inſtrumenta aſsiduè exercentur, exercendoque fatigantur, in obeundasq; ſuas functiones magnam ſpirituum animalium vim abſumunt, coguntur que à ſuo munere ceſſare: vnde ſomnus fit, ſubſtantiæ, & ſpirituum qui vigilando perierunt, inſtaurator. Cumque is ſuum munus obiit, animans ſponte expergiſcitur. Atque ita ſomni & vigiliæ fit alter- D natio. Si autem per aliquam occaſionem ante iuſtum tempus excitari à ſomno contingat, rurſus dormire cupit animal, quoad, vt

modò dicebamus, peractum ſomni munus ſit. Itaque ſomnum natura finit, quum amplius eo corpus non eget.

Itaque hanc uiuendi rationem ſeruantibus, neque alui ſedimenta, neque urinæ, neque uniuerſi corporis excrementa uitioſa ſunt: illa enim cibus & potus moderatus efficit. Perſpirationem uerò corporis uniuerſi ſalubrem reddit mediocris exercitatio.

Hāc, inquit, victus rationem ſeruantibus,
E hoc eſt græce οὕτως διαιτουμένοις, nullum in excrementis vitiū deprehenditur. Hanc victus rationem ſeruant nō ſolùm qui cibo & potu, ſed & exercitatione & quiete, ſomno & vigilia, in tēperato aëre moderatè vtuntur, vt antè declaratum eſt. Si igitur aër in quo verſamur, tēperatus ſit, ſi cibus & potus, exercitatio & quies mediocris: nullum neq; quantitatis, neq; qualitatis in corporis excremētis vitiū reperietur. Cōtrà accidit quum nulla in his mediocritas ſeruat. Itaq; ſi nec plus nec minus cibi & potus ſumat, quā appetat ac probè cōcoquat natura optimè cōſti-
F tuta, omni vitio alui ſedimēta & vrinæ carebūt, illa enim cibo, hæ verò potui reſpōdēt. Qđ verò ꝑ cutis ſpiracula effluit excremē-

tum, quum ſenſum noſtrum effugiat, exercitationis mediocritate metimur. Vehementior enim ac longior plus, leuior verò & breuior minus excrementi vacuat. Ad eundem modum cibus & potus largior, otium maius, ſomnus prolixior, & aëris conſtitutio frigidior & humidior, excrementa & plura & crudiora gignunt. Contrà pauciora & bilioſiora parcior cibus & potus, vigiliæ longiores, exercitatio longior & vehemẽtior, & aëris conſtitutio calidior & ſiccior. G

Perſpicuũ autẽ eſt quòd ab omnibus immodicis animi affectibus, nempe iracundia, triſtitia, furore, timore & inuidentia abſtinendũ ſit, ut qui naturalem cõſtitutionem corrumpant ac immutẽt.

Vehemẽtes animi motus, quales ſunt iracundia, furor, triſtitia, timor & inuidentia, vitandos omnino eſſe docet, vt qui naturalem corporis ſtatum immutent ac corrumpant. Conſtat enim hos omnes corporis reſiccandi vim habere, præſertim iracundiam H & furorem, quibus vehemens eſt vis excalfaciendi, vt ex his quæ ſuprà commemorata ſunt, videre eſt.

Veneris autẽ iuxta Epicurum nullus uſus ſalutaris eſt. Reuera tamen *confert*

interuallo repetita tam lõgo, ut exolutio non ſentiatur, & ipſe qui utitur, ſeipſo leuior eſſe, faciliusq; ſpirare uideatur.

Teſtes principia ſunt virtutis geniturã procreãtis: hæc autẽ vis per vaſa ſeminis in totũ corpus transfunditur: vnde fit vt in to-
A to corpore ſemẽ generetur, ſed imperfectũ. Eiuſmodi autẽ ſemen ſolidas partes nutrit: & quod ex eo ſupereſt, ad vaſa ſeminis & teſtes peruenit: vbi elaboratur ac perficitur, aptũq; fit ad animantis generationem. Atq; id noſtri quartæ concoctionis, vt vocãt, excrementũ eſſe putant. Quũ igitur hoc ſemine teſtes vaſaq; genitalia abundãt, neceſſe eſt vt vel excernatur, vel in alienam qualitatem degeneret, inuehatq; ſæpenumero grauiſsima accidẽtia. Porrò autẽ ſemine abundant qui calidis & humidis ſunt teſtibus, vt antè declaratũ eſt: quiq; conſueti multa vti
B venere, ſubitò abſtinent: quales maximè viduæ iuuenes ſunt, atque etiam nõnulli viri, præſertim ætate florẽtes. His igitur ſemẽ retentũ corpus degrauat, pigrumq; reddit, nõ aliter atq; alia naturæ onera. Deinde refrigerat tam vehemẽter interdũ, vt reſpiratio pereat: vt autor eſt Galenus libro ſexto de locis affectis. Si igitur onere hoc leuetur corpus, nulla grauitate premetur, ſed ſeipſo le-

uius eſſe videbitur,& melius ſpirabit. Itaq; moderata venus ad tuendam valetudinem magnum habet momentũ: immoderata verò magnum adfert corpori detrimẽtum, ſiquidem vires roburq́; exoluit, languidumq́ue corpus reddit. Ex frequenti enim concubitu ſemen non ſolũ quod in teſtibus elaboratum eſt, ſed & in vaſis ſeminis, atq; reliquo corpore eſt, vacuatur. Nam teſtes vbi primùm quod continent ſemẽ excreuerũt, à proximis venis ſeminis materiã attrahũt, & hæ ab aliis ſibi vicinis, atque illæ rurſus ab aliis ſibi propinquis, deinceps procedendo donec ipſis ſolidis partibus nutrimentum tollatur: vnde totum corpus elangueſcit, exoluiturque eius robur. Ergo ſaluberrima venus eſt, ſi eatenus exerceatur, quatenus corpus nõ lædat. Nõ enim alius veneri modus ſtatui poteſt, quando nõ omnes æqualibus interuallis ea ſine corporis incommodo vti poſſunt. Aetate enim florẽtibus, iiſq; calidis & humidis, & qui ſemine abũdãt, venus noxia nõ eſt: ſenibus verò & ſiccis frigidiſque omnibus inimicam eſſe Galenus docet. C D

Idoneum autẽ eius utẽdæ tempus eſt, cum corpus in ſtatu omnino medio eſt omnium quæ foris circunſtant, conſtitutum, nempe immodicæ repletionis & ina

inanitionis, caloris & frigoris, ſiccita- tis & humiditatis. Quòd ſi à mediocri-
E *tate aliquando aberrarit, leuis eſt er- ror. Cæterùm calfacto quàm refrigera to, pleno quã uacuo, humectato quàm reſiccato corpori ueneris uſus com- modior eſt.*

Diſtinximus antè cauſas quæ corpus no- ſtrũ immutãt, in internas nobiſq; congeni- tas, & externas, foriſq; incidentes: rurſusque has in eas quæ neceſſariò afficiant corpus, & quæ nõ neceſſariò. Duo poſteriora genera ἔξωθεν περιστάσεις, hoc eſt externas & foris circunſtãtes vocat Galenus: easq; omnes in
F repletionẽ & inanitionẽ, calorem, frigus, hu miditatẽ, & ſiccitatẽ redegit. Aër enim am- biens, ſomnus & vigilia, motus & quies, ani mi affectus, corpus immutãt, quatenus calfa- ciũt, refrigerãt, humectãt, aut exiccãt. Quæ verò reiiciũtur & excernũtur, ſub repletio- ne & inanitione cõtinentur: imò nihil aliud ſunt hæc quàm repletio & inanitio. Quum itaq; corpus immodicè aut plenũ aut vacuũ eſt, exercere ſine incõmodo venerẽ nõ põt: quẽadmodũ nec ea ſi lõgè calidius frigidius humidius aut ſiccius ſit, innocẽter vtetur: cõ modiſsimè verò, quũ in horũ omniũ medio

ſtatu conſtitutum eſt. Si quis enim cōcumbat pleno adhuc ventre, & cibo nōdum coᶜto, periculum eſt ne cruditas in totum corpus rapiatur: non aliter atque in vehementi exercitatione. Exerceri enim ſine motu agitationeq́; corporis venus nō poteſt: imò ſæpe non ſine magno conatu. Itaq; prius expectanda prima & ſecunda concoctio eſt, & deponenda prius alui & veſicæ onera ſunt quàm concumbas. Nec expectandum eſt do nec totum corpus inanitū ſit: quod poſt longam inediam, & vehementem exercitationem cōtingere ſolet. Nam iam inanitione imbecillas redditas vires magis proſternit. Magna enim ſpiritus & caloris innati vis concumbendo excutitur. Similiter autē nec immodicè calido, frigido, humido & ſicco corpori commoda venus eſt. Siquidem concumbendo corpus agitatur incaleſcitq́ue, atq; cū ſemine magna vis ſpiritus & innati caloris effunditur. Itaq; corpus agitatu incaleſcit, & ſeminis ſpiritus & caloris innati profuſione refrigeratur. In calidis igitur calor præter naturam augeſcit, in frigidis natiuus minuitur. Vehemēter autē humidis eatenus obeſt venus, quatenus natiuum calorē ex concubitu imminutum, humoris copia obruit. Quòd ſi calor & humor pares ſint, nullum aut exiguum adferet venus corpori
inc

incommodũ, niſi immodica ſit. Reſiccatũ verò corpus venus magnopere lædit, præſertim ſi cum ſiccitate coniunctum ſit frigus. In locum enim ſeminis excreti primùm à vicinis partibus, deinde reliquo corpore (vt modo docuimus) humidum attrahitur, idque multum, ſi quidem tantum reſarciri quantũ effluxit ſeminis, debeat. Ex multo enim ſanguine non niſi exigua geniture portio procreatur. Quare ſi reſiccatum iam corpus venere vtatur, vehementer lædetur. Optimè igitur conſtitutum cor-
B pus, nec plenum nec inane immodicè, nec vehementer calidum, frigidum, humidum, aut ſiccum, ſed in horum medio conſtitutum, exercere venerem innocuè poteſt, eatenus quidem, vt paulò antè dictum eſt, quatenus non exoluatur robur. Ex quo liquet tutius eſſe venerem exercere calfacto quàm refrigerato corpore, & humectato, quàm reſiccato, ſi leuiter quidem à mediocritate aberrare contigerit (ſemper enim in exceſſu immodico periculoſa venus eſt.) Nã noxa quæ in calfacto & humectato corpore eſt, minor eſt, faciliusque reparatur, quàm
C quæ in refrigerato & reſiccato. Calor enim ex agitatione natus, facilè abigi poteſt: & ſiccitas ex vacuatione, in corpore humido quàm ſicco minus periculoſa eſt. Non enim

cal

calida & humida ſubſtātia quæ concumben do excernitur, tam facilè reſtitui poteſt, quàm qualitas abigi. Hac ratione venus frigidis & ſiccis naturis aduerſiſsima eſt.

Horũ autẽ ſingulorũ qualitas in optima cõſtitutione eligẽda eſt. Exercitationis quidem, in qua omnes corporis partes æqua proportione moueantur, ſic ut aliæ ultra, aliæ citra modum non fatigẽtur. Temperatiſſimus uerò cibus ac potus ſit, ſcilicet temperatis naturis familiarior. Eadem eſt in alijs ratio. D

Optimè conſtitutam naturam, rerum ſuprà dictarũ iuſta qualitate & quãtitate cõſeruandam eſſe, antè docuit: quantitatemq́; cuiusq; explicuit: nunc earundem rerũ qualitatem docet, præcipueq́; exercitationis, & eorum quæ eduntur & bibuntur. Exercitatio, inquit, omnes corporis partes ęqua proportione fatiget. Quod fiet, ſi quantũ vnaquæque pars vacuari deſiderat, tantũ exerceatur: ita tamẽ, vt vna q̃ altera nõ magis fatigetur. Quũ igitur partes aliæ aliis excremẽtis magis abundent, proindeq; aliis aliæ magis exerceri debeant, cumq́; aliæ ſiccius, aliæ tardius fatigentur: non poſſunt omnes nec debẽt æqualiter exerceri. Itaq; quæ plu E

ribus exerementis abundant, plus: quæ verò pauciora habent, minus exerceri debent: quemadmodum robuſtiores vehementius, & imbecilliores leuius. Omnes tamē, vt antè dictum eſt, tantiſper ſunt exercēdæ, dum laborem ſentiant. Ad eundem modum cibus & potus temperatus eſſe debet, nō quidem dum ſumitur, ſed dum coctionem eſt
F expertus, & iam corporis partes alit. Crudus enim adhuc cibus ſimilis noſtræ ſubſtantiæ eſſe non poteſt: alioqui immutatione non egeret.

Quòd ſi ab optima cōſtitutione corpus aliquantū, non autem plurimum deflectat: cauſas quæ ſanitatem tuētur, ad proportionem mutare oportet. Verùm quum multa ſint eiuſmodi corpora, de ſingulis ſeorſum eſt diſputandū. Quod igitur temperamentum mutat, ſed aptā
G *inſtrumētorum compoſitionem ſeruat, duplicem habet ſalubrium cauſarum formam. Alteram quidem earū quæ temperamentum tueātur, alteram uerò quæ ad optimum reuocent. Quæ igitur temperamentum ſeruant, tantum à tempe-*

rat

ratiſſimæ naturæ cauſis diſtant, quantum ab illa totius corporis temperamentum diſcedit. Siquidẽ calidiora corpora, calidiorẽ uictus rationẽ efflagitãt, frigidiora uerò, frigidiorẽ: ſicciora autẽ, ſicciorẽ, & humidiora, humidiorẽ atq; ſecundũ coniugationẽ calidiora & ſicciora, calidiorẽ & ſicciorem. Eadẽ *eſt reliquarũ trium coniugationum ratio.* H

Quancunque ſanitatem, ſiue integram ac ſummam, ſiue eam quæ ab hac deflectit, tueri ſtatueris, ſemper ſimilia ſunt adhibenda: vt mox dicetur. Summa autem quàm diligentiſsimè fieri poteſt, ſeruanda eſt: quẽadmodum ea quæ ab hac plurimum diſcedit, corrigenda, quæ verò in harum medio conſtituta eſt, & ſeruari, ſi lubet, & corrigi poteſt. Quum enim ſanitas ad actionum probitatem, & vt moleſtiis careamus, exquiratur, ea ſemper ſeruari debet, vtpote quæ optimas edat actiones, ab omniq́ue moleſtia corpus liberet. Quæ verò plurimum ab hac recedit, quoniam & moleſta iam eſſe incipit, & improbas edit actiones, corrigi omnino cupit. Sed quæ nec longè ab abſoluta declinat, nec ad eam quæ pluri- A

mum

mum à mediocritate diſtat, prope accedit, ſeruari quidem poteſt, ſi functionibus non optimis ſis contentus, leuesque moleſtias facilè toleres. Sin minus, mutare hanc in meliorem licebit. Corpus igitur quod hac ſanitate, hoc eſt neque optima neque peſsima donatum eſt, duplicem habet ſalubrium cauſarum differentiam: alteram eaB rum quæ temperamentum tueantur, alteram quæ in melius id mutent. Quæ autem corpus tuentur cauſæ, tantùm à temperatiſsimis diſtare debent, quantum corpus hoc à temperatiſsimo recedit. Quum igitur non vna ſit corporum differentia, ſed alia aliâs affecta, vt ſcribit Galenus, quæ hæc tuentur cauſæ, diuerſas eſſe oportet, nimirum, alias calidas, alias frigidas, alias humidas, alias ſiccas. Quum rurſus magna ſit exuperantiæ corporum latitudo, ita & cauſarum. Quare quæ tueri ſtatueris corpora primo ordine calida, cauſas eodem ordine calidas efflagitant, & frigida frigidas.
C Eadem eſt reliquarum exuperantiarum ratio. Corporum enim & cauſarum non ſolùm ſimilis, ſed & æqualis exceſſus perpetuò eſſe debet, ſi quidem temperamenta qualia acceperis ſeruare velis. Non enim calidæ cauſæ calidum corpus in contrarium mutant, ſi, vt modò dicebam, vtrorumque

æqualis ſit exceſſus.

Cauſarũ igitur materia is rectè utetur, qui natiuas earũ uires nouerit: quòd uidelicet motus, inedia, uigiliæ, uacuatio, & omnes animi affectiones corpus exiccent: his uerò contraria humectent. D
Eodẽ modo quiſquis calfaciẽtia refrigerantiaq́;, uitæ ſtudia, cibũ quoq; ac potum, atque ut ſemel dicam, omnium quæ corpori admouentur, materias ac facultates intellexerit, ſalubribus cauſis utetur, ſimilia ſimilibus adhibendo, ſi quidem corporis temperamẽtum quale accepit tueri uelit.

Cauſas quæ ſanitatẽ tuentur, in aſſumendis, faciẽdis, foris incidẽtibus & educẽdis cõtineri, ex Galeni ſententia declaratum eſt: quarũ omnium vires noſſe debet quiſquis ſanitatẽ tueri volet. Nam quî fieri poteſt vt corpori calido aut frigido, humido aut ſicco in primo ſecũdo aut alio quouis ordine, ſimilem cauſam, eodemq; exceſſu calfacien- E
tẽ, refrigerantẽ, humectantẽ, aut exiccantẽ adhibeas, ſi ignoraueris an hæc calfaciendi aut aliam vim obtineat? Scire itaq; oportet eum qui valetudini tuẽdæ præeſt, qua facul

tate

tate cibus & potus,qua aër attractus,et quicquid intrò ſumitur,polleat:qua motus omnes, vt frictiones, ambulationes, artes quæ corpore exercẽtur,qua ſomnus & vigilia,venus,& aër circũdans, & lauationes : in ſumma, quicquid cuti admouetur : prætereà & quæ retinẽtur,& educuntur:quibus cognitis
F probè vtetur qui valetudini tuẽdæ præeſt, alioqui enim ſimilia ſimilibus adhibére nõ poterit:tantum abeſt vt pari exceſſui,parem exceſſum accõmodet, quod certè in animi affectibus difficillimũ eſt,etiã ſi exceſſum à iuſto tẽperamento tam cauſarũ quàm corporum accuratè noris. Liberũ enim tibi nõ eſt,etiã ſi non ignores quanta calfaciẽdi ac exiccãdi animi affectibus vis inſit,quantũq; calidum ac ſiccum corpus ſit, aptè accõmodare eiuſmodi cauſas. Nam cum tantum afficiamur, quãtum rem animo obiectã æſtimauerimus,non ſemper corporis tempera-
G turæ reſpõdet animi motus. Ex iniuria,verbi gratia,quam magnã æſtimauerimus, vehementer excandeſcimus, proindeque corpus vehementer calfacimus ac reſiccamus, quod fortè leuiter tantùm calefieri ac reſiccari debebat. Eadem eſt reliquorum animi affectuum ratio. Alias quoque cauſas,máximeque neceſſarias & ineuitabiles difficillimum eſt rectè corpori accommodare.

Aeſtiuus enim aër tam inſpiratus quàm circunductus ita tẽperari non poteſt, vt quantum corpus ad ſui tutelam expoſcit, calfaciat ac exiccet. Cum autem hæc commodè miniſtrari non ſemper poſsint, reliqua his H contraria adhibenda ſunt, quæ tantum corpus refrigerent & humectent, quantum illa calfaciunt ac exiccant. In æſtate igitur imperandus ſomnus eſt, ac quies, adhibendique cibi frigidi & humidi, &c.

Si uerò permutare corpus atq; tranſferre uelit in meliorem ſtatum, altero ſalubrium cauſarum genere antè dictis quidem contrario eſt opus, quod à temperatis medijsq;, quas optimis naturis conuenire dicebamus, æqualiter in alterutram partem declinet. Nunquam *enim in exquiſitam tẽperiem calida & A ſicca uictus ratio calidiorẽ & ſicciorẽ naturã mutabit, ſed ea quæ tãto ſit iuſto temperamento frigidior & humidior, quãtum natura naturam calore & ſiccitate ſuperabat.*

Eadem eſt ratio profligandæ aduẽtitiæ intẽperaturæ, & congenitæ in meliorẽ ſtatum

tum tranſmutãdæ: vtrunq; enim cauſæ contrariæ efficiũt: quæ quidẽ tantũ à mediocritate diſtent, quantũ exceſſus cõgenitus ab optima corporis cõſtitutione, & morboſus
B à priſtina ſanitate recedit. Cauſæ enim inferiores totũ exceſſum nõ propellũt, ſuperiores verò oppoſitũ inuehũt, tãtũ quidẽ, quãtum ipſæ exceſſum ſuperant. Par igitur exceſſus cõtrarius cõtrariũ parẽ tollit, itaq; calidæ & ſiccæ cauſæ frigidã & humidã tẽperaturam ad mediocritatẽ transferũt, & contrà, ſi exceſſus, vt diximus, ſint pares.

Tale autem cauſarum genus congenitas intemperaturas emendat: alterum uerò de quo antè diſputatum eſt, cõſeruat. Vtriſq; autem medici uiciſsim utuntur.
C *Siquidem quum per otium maius licet, corrigunt paulatim in meliorem ſtatum transferentes, non enim ſubitas natura mutationes ſuſtinet. In eodem uerò ſtatu, quum neceſſarijs detinentur occupationibus, ſeruant.*

Antè docuit Galenus, tẽperaturas quæ nec optimę, nec peſsimæ eſſent, ſed in harũ medio conſtitutæ, vel ſeruandas, vel in melius transferẽdas eſſe. Nũc autẽ oſtẽdit quando

has mutare,& quãdo ſeruare conueniat. Me
dici(inquit) in melius tranſmutant,quũ per
otium licet:hoc eſt,quum neq; publicis mu- D
niis detinentur,neque inopia coguntur ſuo
labore victum quæritare. Seruant verò,
quum contraria accidunt,hoc eſt dum neceſ
ſariis negotiis occupãtur,aut inopia victum
quærere coguntur. Etenim vt antè docui-
mus, ſanitas ad functionũ vitæ neceſſariarũ
probitatẽ quærenda eſt,ad vitandasq; cor-
poris moleſtias. Itaq; quũ & per otiũ & per
facultates licet,congenitam intemperiem in
melius mutare oportet,ſed paulatim,maxi-
meq; ſi receſſus à mediocritate magnus ſit.
Natura enim ſubitas ac repentinas, hoc eſt
græcè ἀθρόας mutationes reſpuit,vt à quibus
potius lædatur quam iuuetur. Perſpicuum
igitur eſt longo temporis ſpatio reducendas E
ad mediocritatem intemperaturas eſſe.

Quid eſt igitur cur talem cauſarum differentiam conſeruatricem appellamus? Hanc enim potius immutatricem & curatricem fortè nominaſſe conueniebat, & congenitorum uitiorũ emendatricem: quoniã omnes quæ ſanos tuentur cauſas, ad uniuerſum ſanitatis genus relatas, non autem ad ſingulas differen-

tias

tias, conſeruantes uocauimus: ſiue præ-
F *ter id quòd ſanitatem ſeruant, in melio-*
rem ſtatum totam temperaturam dedu-
eant: ſiue quæ ab initio generationis con
tracta eſt, naturam ſeruent. Quæ uerò
conſtitutionem deteriorem reddũt, mor-
boſas dicimus.

Quærit Galenus cur potius conſeruatri-
ces appellẽtur eiuſmodi cauſæ, quàm immu
tatrices, curatrices, & congenitorum vitiorũ
emendatrices? Reſpondetque cauſas omnes
quæ ſanos tuentur, ſi ad vniuerſum ſanitatis
genus referãtur, cõſeruãtes vocandas eſſe.
G Sin ad ſingulas differentias, non item. Siue
enim natiuam initioq́; generationis contra
ctam ſeruant, ſiue præter id quòd ſanitatem
ſeruant, in meliorẽ ſtatũ deducant, cõſeruan
tes appellantur. Quum enim ſit magna ſani-
tatis latitudo, vt antè oſtẽdimus, magna erit
ſalubriũ cauſarum ſanitatemq́; conſeruãtiũ
differentia. Quædam igitur erunt conſerua
trices, quæ ſcilicet ſanitatẽ qualẽ accepcrũt
ſeruãt, cuiuſmodi eſt optima atque ſumma,
quam perpetuò ſeruare debemus: & quæ
ab hac deflectit, quam videlicet per otium
emendare nõ licet: de qua modò diſputaba
H mus. Quædam verò correctrices dicuntur,

quæ ſcilicet ad mediocritatem congenitas temperaturas ab optima deflectentes tranſferunt. Atque hæ ſpeciatim correctrices, generatim verò conſeruatrices dicuntur.

Omnibus autem ſimiliter intemperatis partibus ſimilis, diſsimiliter uerò diſsimilis cura adhibetur. Poteſt enim uentriculus quàm par ſit frigidior eſſe, caput uerò calidius: atq; ita utrunque ſibi propria remedia deſiderare. Ad eũdem modum unaquæq; partium reliquarum iuſto tẽperamẽto aut humidior, aut ſiccior, aut calidior, aut frigidior eſſe: uictusq́; ratione intẽperaturæ ſuæ familiari egere. Non igitur omnes eiuſmodi partes ex æquo exercebimus, nec eodẽ modo humectabimus aut exſiccabimus, aut aliud quidpiam efficiemus. De his autem fuſius in libris de ſanitate tuenda diſputatum eſt. A

Siue ſeruare, ſiue in melius trãsferre congenitas intẽperaturas velis: ſi quidẽ omnes corporis partes ſimiliter ſunt intẽperatæ, omnibus eædem cauſæ adhibẽdæ ſunt. Itaq; calidas & ſiccas corporis partes tuentur calidæ

dæ & ſiccæ cauſæ:in meliorem verò ſtatũ
B deducunt frigidæ & humidæ:vt antè declaratum eſt. Si verò non omnes partes eandẽ intemperiem habeant,nec omnibus eædem cauſæ miniſtrandæ ſunt ,ſed vnaquæq; ſibi ſimiles,ſi tueri hanc velis:ſin in melius tranſferre, contrarias diſsimilesque efflagitat. Quare vt cõcludit Galenus, nõ oẽs corporis partes diſsimiliter intẽperatæ ex æquo ſunt exercẽdæ:nec eodẽ modo humectãdę.

Inſtrumentorum uerò,quatenus ipſa ab optima conſtitutione recedunt, hic etiam ſalubres cauſæ inter ſe differunt.
C *Siquidem aliæ,uitiatæ formationis, aliæ magnitudinis,aliæ numeri,aliæ poſitus, ſalubres ſunt cauſæ.*

Qua ratione eam quæ ex elementorum tẽperatione proficiſcitur, hoc eſt ſimpliciũ partium(quas ſimilares à quibuſdam vocari diximus)ſanitatẽ tueri oporteat, ſuprà declaratum eſt:nunc autem quo pacto eã quæ ex partium ſymmetria,hoc eſt ex formatione,magnitudine,numero & poſitu naſcitur, ſeruare conueniat,oſtendit. Tẽperatura igitur vt ab hac ſymmetria variè deflectit,ita
D varias habet ſuæ tutelæ cauſas, inter ſeque differentes:quarum aliæ formationem,aliæ

magnitudinem,aliæ numerum,aliæ poſitũ conſeruant,vt mox docebitur.

In formatione igitur complura uitia cernuntur,nimirum figura partis, & ſi quod eſt naturale in ea concauum aut oſculum,aut meatus,aut aſperitas,aut læuitas,à ſua ſymmetria declinãtia. Quòd ſi exiguum uitium ſit,ſalubrium:ſin magnum,morboſorum appellationem obtinẽt.Si uerò tantus ſit exceſſus ut actio lædatur,iam ægrotare dicuntur.

Διαπλάσματ☉-,hoc eſt formationis differentiæ,in figura, cauitate, oſculis, meatibus,aſperitate & læuitate partiũ cõſtitutæ E ſunt. Rurſus figuræ aut rectæ ſunt,aut obliquæ.æquabiles ac planæ,aut rotũdæ aut curuæ,cõcauæ autem,vel amplæ, vel anguſtæ, quemadmodũ oſcula & meatus:in quo genere cõtinentur obſtructio,cõſtrictio, raritas & denſitas. Læuitas verò & aſperitas nullas habent differentias,niſi in ratione maioris & minoris. Itaq; ſi pars quæ recta eſſe debet ex naturæ inſtituto,obliqua aut curua: quæ plana aut quadrata, teres ſit: & contrà quæ obliqua aut curua,directa ſit:& quæ rotunda,quadrata aut plana, formatio vitium

F fecit. Ad eũdẽ modũ ſi pars quæ naturâ con caua eſt, omnino ſolida fit: & quæ ſolida eſſe debet, cõcaua ſit aut cauernoſa: vitioſa quoq; formatio erit. Eodẽ modo quæ fora ta pars eſſe debet, & oſtiũ oſculúmue habe re, ſi talis nõ ſit, vitioſa cõpoſitio erit. Eadẽ eſt reliquorum ratio. Porrò autẽ cõpoſitio- nis vitiũ aut exiguũ eſt, aut iam magnũ, ac tantũ, vt actiones omnino lædat. Primũ in- ter ſalubria adhuc eſſe cẽſetur: ſecũdũ inter morboſa ac iã ægrotãtia. Morboſum enim corpus cenſeri nõ debet, quod actiones pau- lulũ à perfectiſsimis diſtantes habet: quẽad- G modũ nec adhuc ęgrotare dicitur quũ actio nes nondũ deletæ ſint aut corruptę. Mõſtra tum autem antè eſt morboſum duplex eſſe, ſimpliciter, & in præſentia. Quod enim ſim pliciter eſt tale, nondum ægrotare dicitur. Quod verò in preſentia morboſum eſt, iam ægrotare cenſetur: vt ex antè dictis cõſtat.

In magnitudine uerò eaſdẽ differen- tias exuperãtia & defectus conſtituunt.

Nõ ſolùm pars, ſed & corpus vniuerſum H vel in maiorem molem quàm pro natura excreuit, vel in minorem decreuit: idque toto genere, vel ſecundum naturam. Se- cundum naturam quidem excreuit, vt in ob- eſis: vel præter naturã, vt in aqua intercute.

Ead

Eadem vitia in ſingulis corporis partibus contingere poſſunt, vt in capite, oculis, brachiis, manibus, &c. Decreuit verò tum corpus vniuerſum, tum eius partes. Vtraq; enim & atrophia & tabe laborare poſſunt. Hæc igitur vitia aut exigua ſunt, aut magna, aut certè tanta, vt actiones omnino lædant. Prima eiuſmodi exceſſus & defectus differentia ſalubris eſt, ſecunda morboſa, tertia verò morbus eſt.

In numero autem, quæcũq; ſiue una, ſiue plures ex partibus ſimplicibus aut deſint, aut redundent. In quo genere continentur quæ præter naturam nobis adnaſcuntur materiæ. A

Partes aut redundant, aut deficiunt. Quæ autẽ redundãt, vel ex genere naturali ſunt, vel præter naturã. Sextus enim digitus, tertius teſticulus, & tertius oculus, redundant, & ex genere naturali exiſtunt. Præter naturam verò adnaſcuntur pterygion in oculo, & tuberculũ in naribus. Porrò autem pars quæ deeſt, partis quæ reliqua eſt actionẽ ex accidente, hoc eſt ſua abſentia lædit: quæ ve- B rò ſuperuacua eſt, ſua præſentia. Lædit autẽ tam redundans, quàm deficiens numerus: nõ aliter atq; de formatione & magnitudine

mod

modò declaratũ eſt, hoc eſt vel parum, vel multũ, vel admodũ vehementer: vnde ſalubris, vel morboſa, vel iã ęgrota pars dicitur.

Supereſt aliud genus, nẽpe ſimplicis cuiuſq; partis poſitio. Cuius quatuor omnino ſunt differentiæ: una quidẽ optima, altera quæ nõnihil ab hac deflectit,

C *ideoq; ſalubre corpus reddit: tertia morboſum, quum longius recedit: quarta uerò iam ægrotum, quum plurimũ diſtat.*

Non ſolius poſitionis, ſed & figurę & magnitudinis & numeri differentia vna optima eſt, à qua ſcilicet aliæ tres ſumuntur, ſola maioris & minoris ratione differentes. Prout enim magis minúsve ab optima deflectunt, ſalubres, morboſæ, aut ægrotæ dicuntur: quẽadmodum antè declaratum eſt.

Quæ autem uitiũ in figura fecerũt,

D *quales uatiæ ſunt, uaræ & obliquæ, ſi quidem recens adhuc natæ atque tenellæ ſunt, reconcinnatione & deligatione ad naturalem ſtatum reducuntur. Sin duræ, ac iam inauctæ, non corrigũtur. Quinetiam & quæ uitioſam cauitatem obtinent, dum adhuc creſcunt, eodem emendã*

dãtur modo. Quũ uerò ad ſummũ incre mentũ peruenerũt, correctionẽ nõ admittunt. Itaq; exiguas cauitates ligatura & quies, magnas uerò partiũ actio & ſpiritus retẽtio reddit. Eodẽ autẽ modo meatuũ & oſculorum uitia emẽdantur.

In tenellis adhuc & recens genitis partes vitioſam figuram habentes, deligaturis re- E concinnari, & ad naturalem formam reduci poſſunt. Manu enim reconcinnantur, poſteà faſciis & ferulis deligãtur. Quum igitur humidæ adhuc ſunt ac molles partes, facilè quoquouerſum aguntur. Itaque & vatiæ, id eſt quæ extrorſum inflexæ ſunt: & varæ, quæ introrſum, & quæuis aliæ obliquæ intortæq; in rectas facilè reduci poſſunt, & cõtrà rectæ in obliquas. Quũ verò ob ætatẽ reſiccatæ ſunt, ſummumq; incrementum acceperũt, proindeq; duræ maleq; ſequaces euaſerunt, potius frangãtur quàm flecti poſſint. Eodẽ quoque modo in his qui adhuc creſcunt, emendari concauæ partes poſſunt, F vt ventriculi, inteſtinorũ, & thoracis. Nam ſi ampliora hæc quàm pro natura, aut anguſtiora ſint corrigi poſſunt. Ampliora enim reddit partiũ ipſarum actio, exercitatioq;. Actionẽ intelligo quæcunq; à natura tribu-

ta

ta eſt. Venter, exempli gratia, & inteſtina largo cibo & potu diſtendũtur, & thorax multi ſpiritus retentione, eius latera diſtendentis: atq; ita ampliora hæc tẽporis tractu redduntur, anguſtiora verò quiete & deligationibus. Quies enim natiuum calorem conſopit, cui diſtendendi vim ineſſe prius oſtendimus, ſimiliterq́; nutriẽdi & augendi, deligatio verò ſuo cõpreſſu partiũ dilatationem impedit. Quòd ſi ad ſummũ incrementum partes peruenerint, corrigi nõ poſſunt. Neq; enim ampliores quæ anguſtæ ſunt, nec quæ amplæ, anguſtiores reddi poſſunt, niſi cum magnã partium iactura. Reſiccari quidem omnes poſſunt præter naturam, atque inde contrahi, quemadmodum & ſuperuacua humiditate molleſcere atq; laxari, ſed magno earum detrimento. Eadem ratione meatus & oſcula emẽdãtur, ſi quidem latiora ſunt, adſtringendo, adſtrictiora verò aperiẽdo, & obſtructa detergendo.

Quæcunq; etiam iuſtam magnitudinem excedunt, quiete aptaq; deligatione minores efficiuntur, maiores uerò motu naturæ commodo, & frictione mediocri, & alijs quibuſcunque ſanguinẽ uberiorem attrahere idoneis.

Pars

Pars in maiorem molem excreſcit, quum plus alimenti accipit,& minus eius ſubſtantiæ diſsipatur digeriturq́;. Plus alimenti excipit,ſi exerceatur quantum quidem eius natura expoſtulat,ſi mediocriter fricetur,& ſi alia quæ alimentum attrahunt,adhibeãtur, cuiuſmodi ſunt fotus rerum calidarum. Hęc enim ſanguinem attrahunt, & natiuum augent calorem, à quo ſanguis concoquitur, A & in ſubſtantiam noſtram mutatur. Itaque hæc augere ſubſtantiam partis poſſunt,præſertim ſi cutis aut adſtrictior aut rarior non ſit. Contra verò pars extenuatur,ſi ſanguinis in eam minus quàm par ſit feratur: aut ſi feratur quidem,ſed ex ea plus ſubſtantiæ in ambientem aërem diſsipetur, quàm ad eam reſtituẽdam affluat. Quod accidit ob meatuum ſpiraculorumq́; cutis amplitudinem, & caloris digerentis magnitudinem. Hæc enim duo,caloris inquam vehementia,& cutis raritas,extenuare partem poſſunt, etiam ſi,vt dictum eſt,multum alimenti attrahatur. B Minus verò alimenti attrahitur, ſi pars refrigerata ſit,aut impediatur ſanguinis in partem curſus. Refrigeratur autẽ pars quiete,vt antè ſæpe dictum eſt, aut frigidis foris admotis. Impeditur verò ſanguinis in partem influxus apta deligatione. Apta autẽ eſt, in qua faſciarum circumplexus & ſine dol

dolore fiunt,nec tamen nimis laxantur.

Quæ autem deficiunt, ſi quidem ex ſanguine ortum habent, reſarciri poſſunt. Quæ uerò ex ſemine, ferè non poſſunt, uerùm pro his alia eundem habentia uſum nonnunquã efficere licet: quorum omnium opifex natura eſt, medicus
C *uerò miniſter. At quæ numero ſuperãt, ſublatio cauſa ſalubris eſt. Sed conſiderandum in quibus id fieri poßit. Quod ſi fieri nequeat, ut aliò transferatur, adhibenda cura eſt.*

Cur partes quæ ex ſanguine naſcũtur, reſarciũtur, non autem quæ ex ſemine, hoc eſt verè ſolidè, diſquirendum eſt, hæ enim nõ aliter atque illæ nutriuntur & augentur: quare nihil impedire videtur quo minus renaſcantur ſaltem ante ſummum incremen-
D tum, & cum iam plurimum induruerũt. Neque enim partium mollitiem quòd regigni poſsint, & duritiam quòd nõ poſsint, in cauſa eſſe exiſtimandum eſt: quemadmodum nec quòd his quæ ex ſanguine ortum habẽt, alimentum abunde ſuppeditetur, his verò quæ ex ſemine genitæ ſunt, non ſuggeratur. Dentes enim in omni ætate augentur,

renaſcunturq́; in pueris, & ex ſemine geni‑
ti ſunt, participes enim neruoſæ ſubſtantiæ
ſunt. Cæterùm non minus aluntur atque ad
ſummum vſque incrementum augentur ex
ſemine ortæ partes, quàm quæ ex ſanguine.
Itaque vtriſque partibus renaſcendi ius idē
à natura datum eſſe videtur: quod & Gale‑
nus hoc loco innuere videtur, ὅσα δὲ, inquit,
ἐκ σπέρματος ὀλίγου δεῖν ἀδύνατος ἡ γένεσις.
Quibus verbis conſtat partium ex ſemine E
ortarum generationem non ſimpliciter fie‑
ri non poſſe, ſed difficillimè, idq́; fortè in
recens natis, in quibus ſolidæ partes omnes
adhuc tenellæ ac molles ſunt. Vbi verò
iam ætate obduruerunt, regigni non poſ‑
ſunt. Carnoſæ verò & molles ex ſangui‑
ne concretæ, & ante & poſt ætatis vigo‑
rem & augentur & renaſcuntur: vt ipſa
experientia docet. Quod vt melius intel‑
ligamus, ſcire licet ſolidas partes vſque ad
ſummum vigorem numero tantùm, poſt
vigorem verò & numero & quantitate eaſ‑
dem permanere: vt docet Galenus. Caro ve‑
rò creſcit decreſcitq́; & ante & poſt ætatis F
vigorem, & immutatur pro victus ratio‑
ne. Nam ex eius ſubſtantia ſemper aliquid
reſoluitur, quod cibo potuq́ue reſarcitur:
vt antè declaratum eſt, hinc fit vt non re‑
ſiccetur vt ſolida ſubſtantia. Porrò autem
pars

pars quæ nutritur, alimentum ſibi aſsimilat, quod vt fiat, prius agglutinandum eſt. Ante verò agglutinationem apponi adiungiq́ue debet, quod facilè fit, ſi pars quæ alitur, tenera: ægrè verò, ſi dura ſit. Adglutinationem enim & aſsimilationem maximè confert humiditas: ad concoctionem verò adiunctus cum humiditate calor partis alẽdæ,
G vt quæ facilè alimentum excipiat, & conſtitutionem alimento ſimilem habeat. Itaque partibus ex ſemine genitis iam per ætatem induratis, ſuum alimentum, vtpote craſſum, parumq́ue ſequax, nec agglutinatur nec aſſimilatur facilè. Proinde vbi ad ſummum peruenerunt incrementũ, nec augentur amplius, nec reſarciuntur: ſed tamen in locum eius quod ex ſolida ſubſtantia detractum eſt, aliud quidpiam adnaſcitur, quod eundẽ afferre vſum poteſt, vt oſsi callus, & cuti cicatrix. Cæterùm horum omnium, nempe partium tã quæ ex ſanguine, quàm quæ ex
H ſemine naſcuntur, & eorum quæ in harum locum gignũtur, natura opifex eſt, medicus verò miniſter. Natura vis quædam eſt in verè ſolidis partibus maximè ſita, quæ corpus vniuerſum diſpenſat ac moderatur. Hanc Galenus caloris natiui ſubſtantiam eſſe tradit, vt in commentariis in libros de curandi ratione ad Glauconem docuimus.

Hic autem materiam gignit vnde corpus noſtrum alitur, augetur & generatur. Medicus verò cibum ex quo hæc fit, ſuggerit. In regignendis itaque partibus materiam natura immutat, ſimilemq; parti in qua regigni ſubſtantia debet, efficit, atque ita reſarcit quod detractũ erat. Sed cum interim neceſſariò ex ea materia naſcantur excrementa tum craſſa ſordidaq;, tũ humida, quæ per ſe expurgare natura non queat, medicus remedia adhibet quæ & humorem exiccent, & ſordem detergant: atq; alia id genus officia naturæ præſtat. Itaque naturæ potius opus eſt deficientium partiũ generatio, medici verò exuperantium partium atque numero excedentium. Neque enim ſextũ digitum aut tertium teſticulum amputare natura poteſt, neque quicquam quod abundet, quod ſcilicet ex naturalium partium genere ſit. Ex genere verò quæ præter naturam corpori inſunt, ipſa demere quędam poteſt, quædam verò non poteſt. Calculum enim è renibus, exiguum quidem, & ex ventriculo & inteſtinis quæ præter naturã ſunt, deturbat: acrochordonas verò & myrmecias auferre non poteſt. Porrò autem cum non omnia quæ numero abũdant, ſemper adimi poſsint: ea ſi functionem corpori neceſſariam impediant, in alium locum transferenda

da ſunt: quemadmodũ oculorũ ſuffoſio pupillæ obiecta, proindeque viſionem impediens, ſi nullis remediis cedit, acu in aliũ locum tranſmittenda eſt: quemadmodum ſi

C calculus vrinam ſupprimens, ob magnitudinem non poſsit educi, aut ægrotantis imbecillitas ſectionem ferre non poſsit, cathetere ab oſtio veſicæ depellendus eſt.

Eadem ratione quæ inſita ſunt uitia emendantur.

Poſitionis vitia ſunt, quum ſuam ſedem partes mutarunt, cumq; inter ſe nec conſenſum nec ordinem naturalem ſeruant. In primo genere cõtinentur omenti & inteſtinorum deuolutio in ſcrotũ, & articulorũ luxatio. In ſecundo verò vinculorum & neruorum laxitas & contractio: velut in lingua quum vel relaxata eſt, vel contracta. Tum

D enim loquendi & manducãdi munus probè obire non poteſt. Emendantur igitur hæc vitia, ſi quod ſedẽ mutauit, aptè reponatur: & ſi quæ inter ſe non bene cohærent partes, probè aptentur, quod quemadmodum fieri debeat, in alio opere docebimus.

Certum autem eſt duo aut tria uitia in eadem ſæpe parte ſimul cõſiſtere poſſe: quod ei accidit qui exiguum ac ro-

tundum, & in ſeptum tranſuerſum incubentem uētriculū habebat, in quo magnitudo, formatio, & ſitus deprauatus erat: temperamentum quoque frigidius. Hic ad naturalem ſtatum nullo auxilio transferri poterat, ſed tamē ne nimis infeſtaretur, impediri. Quoniam enim dū plenus uenter erat, ægrè ſpirabat, cibus parcior, ſed qui probè aleret, nec lentè deſcenderet, ter die ſumebatur. E

Poſſunt non duæ tantùm aut tres, ſed omnes ferè morborum differētiæ in eadem parte inueniri. Intemperata enim ea eſſe poteſt & cum humorum influxu, & ſine hoc: cum vitiata forma, magnitudine, ac aliquo alio inſtrumenti morbo: etiā cū ſoluta vnitate. Ventriculus, exēpli gratia, minor eſſe F poteſt, rotundior, & frigidior, & ſepto trāſuerſo vicinior: itaq; eius magnitudo, figura, poſitio, & tēperamentū vitioſum erit. Certam enim magnitudinē habere debet, quæ tantum cibi excipiat, quantum ad reliquum corpus alendum ſufficiat. Rotundus quoq; ſimul & oblongus, vt & multi cibi capax ſit, & vt commodiorē vſum tū gulæ (quam œſophagum græci vocant) tum inteſtinis

præ

præſtet. Collocari autem ita debet, vt ne ſurſum nimis aſcẽdat: & nimis deorſum declinet: in quo ſitu plenus cibo & potu in ſeptum incumbit, premitq; ita, vt ſpiritum
G reddat difficilem. Si cum his vitiis frigiditas maior adſit, quàm eius temperamento conueniat: cruditatem pariet, niſi paucum cibum ſumat: qui cum ad alendum corpus non ſufficiat, ſæpe erit offerendus, nimirum quotidie bis, ter, aut frequentius, ſi neceſsitas efflagitet. Quum igitur exiguus offerri debeat, is multũ prompteque alat oportet, atque facilè permeet. Quòd ſi tardè feratur, nec promptè alat, ter quotidie ſumi non poterit. Et ſi non multum nutriat, corpus atrophia laborabit, ac intabeſcet. Itaque tantus ſumi debet, quantus reſpirationem non impediat,
H & tamen abunde corpus nutriat ter quotidie ſumptus. Corrigi autem hæc vitia non poſſunt. Neque enim vllo remedio oblongior fieri poteſt, nec maior. Cibi enim copiam quæ dilatare poſsit, nõ admittit ob frigiditatem, quam concoquere non poteſt. In exemplaribus græcis δὶς ἀντὶ τρὶς legitur. Leonicenus poſteriorem lectionẽ ſequutus eſt, Ferè enim omnes bis die cibũ cupiunt: & qui exiguo ſunt ventriculo, ter, aut pluries.

Alteri uerò cui iecur ſæpiſsimè ob uaſorum anguſtiam obſtruebatur, extenuans uictus remedio fuit.

Quoniam ægrè venarum iecoris angu- A
ſtia corrigi poteſt, alendi rationẽ tradit Galenus, qua obſtructionis periculum vitari poſsit, nempe cibũ ac potum partium tenuitate donatum, lentus enim ac craſſus facilè anguſtas vias opplet, quod & in externis rebus experiri licet.

Supereſt adhuc genus unũ, quod ſimplicium partium & inſtrumentorũ cõmune eſt, nempe unitatis ſolutio, quam fortè quiſpiam his qui inculpata ſanitate fruantur, aliquando ineſſe negabit ob id, quòd ea ſemper affectio ſit: non
uidens quòd de omnibus generibus eo- B
dem modo dubitandũ eſſet. Nã ſi actionis offenſio, quæ quidem ſenſu percipitur, morbum à ſanitate non diſtinguat, ſed affectionis tantùm qualitas conſideretur, neceſſariò perpetuæ ualetudinis (quã græci ἀπάθειαν *uocãt) opinio recipietur: quũ nemo ſit qui optimas actio*

nes

nes omnes habeat. Verùm hæc diſputatio quoniam magis logica eſſe uidetur, ſeorſum conſideranda eſt.

Vnitatis ſolutio, morbus eſt ſimplicium C eiuſdemq; generis partium & inſtrumentorum communis. Simplices partes ſunt, oſſa, nerui, venæ, & arteriꝫ, caro, & id genus aliꝫ. Inſtrumenta verò ex hiſce partibus cõpoſita ſunt, vt crus & manus. Soluta igitur in oſsibus vnitas, ſi quidẽ fracta ſunt, catagma, hoc eſt fractura dicitur, ſi verò eroſa, teredôn, id eſt caries. In neruis muſculis & vaſis tenſis ſpaſma, eroſis vlcus, contuſis thlaſma, pũctis punctura appellatur. In carne verò ſecta vulnus, eroſa vlcus, cõtuſa thlaſma nuncupatur. Atq; huiuſmodi affectus ſimplicium partiũ ſunt proprii, ex accidẽte verò inſtrumẽto-D rum. Fractura enim, oſsis proprius affectus eſt: cruris verò ex accidente, & quatenus os, eius pars, affectum eſt. In vinculis verò ſoluta vnitas, apoſpaſma, hoc eſt vt è verbo verbum exprimam, auulſio dicitur. Vinculum integrum quidem manet, ſed ab inſtrumenti compage diſſolutum eſt. Vnitatis autem ſolutionẽ in corpore integrè ſano eſſe non poſſe nonnulli adfirmant, ob id quòd ea (vt aiunt) ſemper affectio præter naturam ſit. Sed falluntur, vt Galenus ſcribit,

non intelligentes reliquos quoque affectus
omnes, ſi rem tam exquiſitè expendamus,
eandem afferre dubitationem. Non enim
aliter his atque illa corpus afficitur, ſed non
ita ſemper, vt læſæ ſint eius functiones. Nō E
enim earum noxę vitioſæ dicendæ ſunt, niſi
ſenſu percipiantur. Itaq; ſolæ hæ ſanitatem
à morbo diſtinguunt, non autem affectio-
nis qualitas: alioqui perpetuò ægrotare dice-
remur, vt antè declaratum eſt.

*De ſalubribus uerò cauſis quatenus ad
eos referūtur quos ægrotare cōſtat, dein-
ceps diſſeramus, ab intēperie exorſi.* Ex-
*plicāda igitur prius ſunt quæ ab omni-
bus ferè medicis prætermittūtur, nempe
alias iam factæ intēperiei ſalubres cau-
ſas eſſe, alias eius quæ adhuc fit, quēad-* F
modū & eius quæ futura eſt, alias. Hu-
*ius poſtremæ, aliæ in ea artis parte cōſti-
tutæ ſunt, quæ corpori proſpicit, aliæ in
ea quæ præſentē ſanitatē tuetur. Omniū
autē primæ in ſola curādi ratiōe cauſæ
poſitæ ſunt.* Eius *uerò quā inter utranq;
mediā eſſe diximus, in præcautiōe, & cu-
ratione.* Etenim *factā intēperiē, & quæ*

iam

iam morbus exiſtit, curare oportet. Eā autē quæ nondū morbus eſt, ſed tamē ex
G *corporis affectione futurus, prohibere oportet. Eius uerò quæ fit, quod quidem iam factū eſt, curare: quod uerò futurū eſt, prohibere. Prohibetur autem, affectione ex qua id fieri idoneum eſt, ſublata, quæ quidē antecedēs cauſa nominatur. Iam uerò factus morbus, affectione quæ prima naturalem actionem lædit, ſublata curabitur: quam quidē morbi cauſam eſſe dicimus.*

Cauſæ quæ ſanitatē præſentē, vel tuētur, vel in meliorē trāsferūt, ſuprà proditæ ſunt. Nūc autē eas quæ morbū aut præſentē abi-
H gunt, aut futurū arcēt, docere oportet. Atq; in primis quæ intēperiem tollunt: quæ quū aut iam ſit, aut adhuc fiat, aut futura ſit, triplex erit eius ſalubris cauſa. Vna quæ factā tollat: atq; hęc propriè vereq; curatrix dicitur, in hoc intēperiei genere ſunt diariæ febres. Altera quæ nōdū factā, ſed quæ adhuc fit intēperiem aufert. Atq; eius duplex munus eſt: alterū id curādi quod iam factū eſt, alterum ei quod futurum eſt proſpiciēdi: in quo genere febres ſunt, quę ex putreſcētibus

hu

humoribus excitantur: in quibus quod iam computruit, tolli debet: quod verò nōdum putre eſt, ſed ob corporis affectionem in pu tredinem vergit, arceri. Tertia verò cauſa, A quæ quod nec fit nec factum eſt, ſed tamen quod futurum eſt, impedit ne fiat: velut in his qui ſunt calidiori & ſicciori temperamē to. Promptè enim in febrem incidunt, niſi eos à cauſis calidis & ſiccis coërceamus, cu- iuſmodi eſt ſolis ardor, calidi vini potus, iracundia, & ſimilia.

Curatio autem unum habet ſcopum primarium, maximéq; communē, nem- pe rei quæ tolli debet, contrarium. Ex *hoc enim genere cauſæ omnes ſunt quæ ſanitatem efficiunt: ſpeciatim uerò ex* B *ſuis cuique contrarijs.* Calido igitur *af- fectui frigida cauſa contraria eſt, frigi- do uerò calida.* Eadem *eſt in reliquis ra tio.* Nam *ſi præter naturam exceſſus omnis ſit, mediocritas uerò ſecūdum na turam, neceſſariò omnino ad mediocri- tatem, quod exceßit, ab exceſſu contra- rio reducetur.* Perſpicuum *autem eſt quòd ex ſua facultate, non autem ſpecie*

ac imagine, calidum & frigidum, aliaq; id genus accipienda ſunt. Ex facultate uoco quod tale reuera eſt, quale eſſe di- C *citur: ex ſpecie uerò ac imagine, quod tale eſt, quale obuio ſenſui apparet, ſed reuera tale non exiſtit. Quomodo autem hæc cognoſcere oporteat, in opere de ſimplicium medicamentorum facultatibus docuimus.*

Curare nihil aliud eſt quàm affectus præter naturā præſentes tollere: quorū curatio vnū habet ſcopum omnium primū ac generaliſsimū: particulatim verò totidem ſunt, quot affectus præter naturā. Itaq; ſi ſingulos curationis ſcopos inuenire velis, affectus D diuidendi ſunt vſq; ad eas ſpecies quæ amplius diuiſionē non recipiāt, ad hunc modū. Affectus præter naturam alius morbus eſt, alius cauſa, alius ſymptoma. Morbus alius ſimpliciū partiū, alius inſtrumētorum, alius vtrorūq; cōmunis. Simpliciū partium morbus alius calidus, alius frigidus, alius humidus, alius ſiccus, alius ex his miſtus, nēpe calidus & humidus, calidus & ſiccus, frigidus & humidus, frigidus & ſiccus. Ad eundē modum inſtrumētorū morbus alius in magnitudine, alius in numero, alius in poſitione,

alius

alius in forma eſt. Rurſus vitioſa magnitudo alia maior eſt, alia minor quàm deceat: quẽadmodum numerus abũdat, aut deficit. Eadem eſt reliquorum diuidendi ratio, E vt ex libris Galeni de differentiis morborũ & ſymptomatum videre eſt. Quoniam igitur eiuſmodi affectus amplius diuiſionẽ nõ recipiunt, ſuum quiſque curationis ſcopũ habebit ſibi cõtrarium, vt calidus frigidum, frigidus calidum, & reliqui pari modo, ſiquidem contrariorum contraria perpetuò ſunt remedia. Quoniam rurſus præter naturam ſunt omnes eiuſmodi affectus, tolli omnino debẽt: quemadmodum ſeruari qui ſunt ſecundum naturam. Secundum naturam dicitur eſſe quicquid rectè probeq; cõſtitutum eſt, quod ſymmetron ac mediũ dicitur, omnis exceſſus vitioſi expers, & cui, vt tradit F Galenus, nihil adiici, nihilq; ab eo demi poſſit. Contra naturam verò, quod à recto deflectit, cui adiici demiq; aliquid poteſt. Igitur ſi ad rectum ſtatũ reuocare velis: quod ſuperuacuum eſt, demere: quod verò deficit, adiicere oportet: vt ſi quid plus iuſto incaluit, ad mediocritatẽ, ad idque quod ſecundum naturam eſt, reducetur adiiciendo quod deeſt, & detrahẽdo quod ſuperuacuũ eſt. Deeſt autẽ frigus, & ſuperuacuus calor eſt, refrigerãdo igitur, quod deeſt frigus re-

ſti-

G ſtitues: & qui ſuperuacuus eſt, calorem immodicum depelles. Contrarium autem calori frigus eſt. Eadem eſt reliquorum curandorum affectuum ratio, quæ ſcilicet per cõtraria fit. Quæ autem vt contraria adhibeantur, talia reuera eſſe oportet, qualia dicuntur, non autem qualia apparent, hoc eſt quæ hac illáve qualitate à natura ſint donata, non autem adſcititia, & quæ ſoli ſenſui talia appareant. Res enim natura calida, apparere frigida ſenſui poteſt, ſcilicet ab externo aliquo refrigerata: ea tamen affectum calidum tãtum abeſt vt curare queat,
H vt etiam magnopere lædat. Non enim euphorbium niue refrigeratum inflammationem vnquam curabit, ſed certè augebit. Porrò autem medicamentum quod reuera tale eſt quale dicitur, hoc eſt calidum, frigidum, humidum aut ſiccum, aut primariò, per ſeq; corpus immutat, aut certè ex accidente quodam. Primariò quidem, cũ ab initio ad finẽ vſq; magis magisque vim ſuã prodit, vt calidũ calfaciẽdo, frigidũ refrigerãdo, & reliqua pari modo. Ex accidẽte verò, quũ ex eorum proprio natiuoq; affectu alius affectus naſcitur curãdo morbo contrarius. Calidũ, verbi gratia, primariò corpus calfacit, calfaciendo meatus aperit, materiamq; digerit ac diſſipat, atque ita corpus refrigerat.

Ad

Ad eundem modum frigus primariò refri- A
gerat, ex accidente verò calfacit, cutē denſando, expirantemq́; materiam calidā cohibendo. Quod igitur calfacit, affectui frigido protinus & quatenus tale eſt, aduerſatur: calido verò ex accidente, & non quatenus calidum, ſed quatenus materiam calidā vacuat: qua ratione primò humoris multitudini eſt oppoſitum. Vacuatio enim & repletio contraria ſunt.

Ad inueniendas autem ſalubres cauſas, has quidem quæ morbū iam ortum curant, ea uia ac ratione utendū eſt, qua id quod rei ſpeciem præ ſe fert, ab eo B
quod facultate eiuſmodi ſit, diſtinguitur: ad has uerò quæ adhuc naſcēti medētur, nō ſolùm hac, ſed & ea qua morborum cauſæ inueniuntur. Age igitur accendatur, exempli gratia, ex humoribus putribus febris, hi immutationē atq; uacuationem indicant, immutatio quidē putredinem tollit, manente materia quā uacuatio totam è corpore educit, eiuſmodi autem immutationis ſpecies eſt concoctio, cuius perficiendæ rationem na-

ctus,

ctus, cauſarum quæ hoc modo ſanita-
C *tem efficiunt, peritiam habebis.*

Scopum vnum eſſe curãdorum morborum primum ac generaliſsimũ, nempe contrarium, alios quoq; huic ſubiectos totidẽ eſſe numero, quot ſunt morborum formæ, antè declaratũ eſt. Contrariũ quoq; non id eſſe, quod ſolùm rei ſpeciẽ præ ſe ferat, ſed quod natura poteſtateq; eiuſmodi ſit. Nũc autem diſtinctionẽ hanc ad cauſas quæ præſentes ac iam natos morbos tollunt, inueniẽdas neceſſariam eſſe oſtendit, quæq; naſcentibus adhuc occurrunt: quibus non ſolùm
D hæc, ſed & alia, qua ſcilicet morborum cauſæ inueniũtur, eſt neceſſaria. Nam qui iam facti ſunt, nec fiunt amplius, cauſam non habent nec efficiẽtem, nec fouẽtem. Itaq; vnicam habẽt indicationẽ, nempe ſui ſublationem, quæ per cõtrarium, vt dictũ eſt, fit: vt diaria febris, quæ quidem ab euidẽtibus cauſis oritur. Quoniam autẽ hæc amplius efficiẽtem cauſam non habet, ſui ſolùm ſublationem efflagitat, quæ per cõtrarium frigus fit. Quum verò morbus qui adhuc fit, præſentes habeat ortus ſui cauſas, non ſolũ antè dicta ratione curatur, ſed & ea qua eius cauſæ inueniũtur. Itaq; duplicẽ habet is indicationẽ, nempe tollendi quod iam factũ eſt,

& cohibendi quod nondum eſt genitũ. E
Quare omnino neceſſaria ad hãc curationẽ eſt cauſarũ quæ morbũ gignunt, cognitio. Ad maiorem autem eius rei intelligentiam Galenus nobis febrem ex humorum putredine curandam proponit: cuius cauſæ ſunt, prima quidem ac proxima, putredo: ſecũda verò, meatuum obſtructio, quæ putredinem parit. In hoc affectu quod iam genitum eſt, tolli poſtulat: quod autem ſupereſt generandum, prohiberi per antè dictas rationes. Itaque febrem refrigerare oportet, putres humores vacuare, putreſcentes verò nõdum autem putres immutare, hoc eſt concoquere, & in melius tranſmutare. Immutãtur au- F
tem tum propriè, tum ex accidente. Propriè quidem immiſsis cõtrariis qualitatibus, nimirum humiditate, & frigiditate. Per accidens verò, ſublatis calfacientibus cauſis, hoc eſt putredine: & putredinis cauſa obſtructione: quibus peractis natura humores immutat, aliâs alios. Nam qui longè à putredine abſunt, incommodam corpori alendo ſubſtantiam mutat. Putres verò, aut putredini iam propinquos, quoniam in benignum ſanguinem mutari non poſſunt, concoquit, ac velut in pus conuertit, deinde excernit. Immittitur autem in corpus frigida & humida G
qualitas tum intrò ſumendo, tum foris ad-

mo

imbuendo. Intrò quidem ſumitur cibus, aër inſpiratus. Foris verò admouentur balnea aquarum dulcium, & vnguenta frigida ac humectantia. Cauſa putredinis ſummouetur meatibus ab obſtructionibus liberatis. Liberantur autem hi ab obſtructione, humores hanc efficientes craſſos quidem extenuando, glutinoſos incidendo & detergendo.

Vacuatio autem fit per uenæ ſectionem, clyſteres, urinas, & cutis perſpirationem. Præterea *& per auerſionem in contrarium, quam* Græci ἀντίσπασιν *uocant, & deriuationē in alterā partē.* In H *hoc genere cōtinentur menſiū prouocatio, & uenarū quæ quia ſanguinem fundunt, hæmorrhoides græcis uocātur, recluſio: & quæ per nares ac palatum fit purgatio. Quum igitur hic etiā inuentæ fuerint materiæ quibus in qualitate, quātitate, temporis occaſione, & utēdi modo miniſtratis, uacuatio fit, in hac artis parte ſalubria inueniemus: quorum omnium in opere de curandi ratione tradita eſt inuentio.*

Vacuationes quædã ſimpliciter materiã educunt, vt ſecta cubiti vena in putri febre, hæc enim è corpore ſanguinem fundit citra retractionẽ ac deriuationẽ. Quædã fluentẽ A humorẽ retrahunt, vt in mẽſium profuſione venæ ſectio. Quædã in latus deriuãt, vt cũ altero crure laborãte alterum ſcarificatur. Quædã verò non ſolùm vacuant, ſed & in cõtrarium humorũ curſum reuocãt, aut in latus deriuãt: quod in pleuritide accidit, ſi vena interna cubiti eiuſdem lateris aperiatur. Materiæ igitur quibus hæc peragũtur, ſunt, venæ ſectio, cucurbitulæ, hirudines, ligaturæ, medicamẽta digerẽtia corpori admota, & purgationes, quibus aliâs in aliis affectib⁹ vtimur, vt fusè in commẽtariis noſtris in libros Galeni de curãdi ratiõe ad Glauconẽ B docuimus: vacuatiõis itẽ qualitatẽ, quãtitatem, tẽporis occaſionẽ, & vtendi modum.

Eadem ratione in alijs tribus temperaturis ſalubres cauſas inueniemus, unũ commune præceptum ſeruantes: nempe tollẽdam prius cauſam omnium harum effectricem, deinde ad morbum ab eadem genitum ueniendum eſſe.

Quæ in intẽperie calida ſeruata eſt curãdi ratio, eadem in reliquis tribus, frigida, humi

mida, & ſicca, ſeruari debet. Si enim cauſæ
C quæ has pepererũt, ſublatæ ſunt, vnica reſtabit indicatio, nempe morbi ipſius ſublatio, quam per contrarium fieri diximus. Quòd ſi adhuc affectus fiat, præſenteſq; cauſas habeat, duplex erit indicatio: vna modò declarata, quæ quod ex affectu iam genitum eſt, tollendum eſſe inſinuat: altera, quæ cauſas abigendas eſſe indicat. Quum igitur hæc duo ſe auferenda eſſe oſtẽdant, ab his prius ineunda eſt curatio, ſine quibus alterum curari non poteſt. Quum igitur affectus tolli niſi ſublatis quæ hunc efficiunt cauſis, non poſsit, ab his prius auſpicari curationẽ opor-
D tet. Secus autem accidit in natis morbis, & in quibus iam cauſæ deſierunt, vt in febribus diariis, quarum vt plurimũ vnica eſt indicatio, nempe calidæ intemperantiæ ſublatio, vt modò dicebamus.

In cõpoſitis uerò intemperaturis cõiunctæ ſimplices cauſæ ſalubria præcepta cõmonſtrabunt. Atq; *etiã idoneum remedium, ſi quod intemperaturæ magnitudini proportione reſpõdet, cognoſcamus, inueniri poterit: uelut, exempli gratia, ſi decem numeris corpus quàm naturæ conueniat, calidius ſit, ſeptẽ ue-*

rò ſiccius: in hiſce affectibus cauſa ſalubris decem numeris frigidior, ſeptē uerò humidior eſſe debebit. Itaque ſi affectæ parti eiuſmodi medicamentum adhibeatur, id tam frigidū ac humidū ſit, quàm indicatio iubet. Quòd ſi in alto corpore pars affecta ſit poſita, excogitandum ſalubre remedium eſt, quod in trāſitu uim ſuā nō amittat. Si igitur id iuſto calidius eſſe oporteat, non ſolùm quantum affectus ipſe exigit, calidum ſit, ſed ultra modum adijciatur, quod ob ſitum neceſſariò addendum eſt. E

Quemadmodum ſimplex intemperatura ad compoſitam, ita ſimplices ſalubres cauſæ ad compoſitas ſe habent. Itaq; ſi duplex eſt curationis ſcopus in ſimplici intemperie, ita in compoſitis duplex erit, nimirum cauſæ quæ hāc efficit, ſublatio, & eius quod ex ea iam factum eſt, curatio per contrariū: vt antè declaratum eſt. Cæterùm medicamēti quod affectæ parti admouetur, vis tāta eſſe debet, quanta eſt ipſa exuperantia. Vtriuſq; enim pugna par eſſe debet, alioqui exuperātia præter naturam nunquam ad mediocrita F

ta

tatem reducetur. Nam aut oppoſitum exceſſum inuehet medicamentum, ſi vehementius ſit: aut ad naturalem ſtatum non perducet, ſi imbecillius: vt abundè in commentariis noſtris in librum priorem Galeni de curandi ratione ad Glauconē docuimus. Quoniam autem curandus affectus aut in corporis ſumma cute eſt, aut intus deliteſcit, priori tam vehementia admouenda ſunt remedia, quàm ipſe deſiderat. Poſterior verò ea efflagitat, quæ quum ad locum affectum peruenerint, profutura ſint. Quum enim ea tranſeundo ex ſua vi aliquid amittant (aſsiduè enim à calore natiuo immutantur) augenda eorum vis eſt, tantum quidem, quantum in ipſo tranſitu amiſſura ſunt: alioqui affectui remedium impar eſſet.

G

H *Sin frigidius admouendum ſit, non ſimpliciter augendum eius frigus eſt, ſed & materia prius conſideranda eſt: quæ ſi partium craßitie pollet, tantum abeſt ut in profundum feratur, ut contrarium omnino effectū præſtet cutim denſando. Si uerò ſubſtãtiæ tenuitate donata ſit, altius penetrare poterit. Ad eundē modū in humidis & ſiccis craßities*

& tenuitas cõſiderãda eſt. Itaq; *ab affe‐ctæ partis ſitu ſumpta indicatio, ſalu‐bres cauſas (ut modò diximus) ſuggerit.*

Tenuitate partium prædita eſſe dicũtur, quæ (vt Galenus ſcribit) facilè in tenues ac minutas partes reſoluuntur: craſsitie verò, quæ contrà. Penetrare per exiguos meatus A non poſſunt medicamẽta, niſi in tenuiſsima ſint redacta. Quare quæ partium craſsitie pollent, quoniam à natura non facilè comminuuntur, externæ cutis ſuperficiem nõ penetrant. Quæ verò in ſubtiliſsimas partes reſoluta ſunt, intrò promptè feruntur. Illa igitur meatus claudunt, & cutem contrahunt, denſant ac ſtypant: proinde vim ſuam intrò ferri non ſinunt. Quare ſi internus affectus refrigerari, humectari, aut exiccari debeat, non ſunt adhibenda remedia *his facultati‐bus* prædita, quæ quidem craſsitie partium donata ſint, ſed quæ tenuitate polleãt, vt po B te quæ intrò, vt modò dicebamus, promptè ferantur. Sed dubitari poteſt an quemadmodum frigida craſsitie pollentia, in calidis: ita calida in frigidis internis affectibus inutilia ſint. Sola enim frigida partium craſsitie donata, vitanda eſſe iubet Galenus. Conſtat tamen ex eodem autore libro primo de ſimplicium medicamentorum facultatibus,

omne medicamentum craſſarum partium, tam frigidum quàm calidum, tardè ac ægrè in corpus penetrare, proindeque omnibus internis affectibus inutile eſſe. Vt autem C melius id intelligamus, reuocandum in memoriam eſt quod modò dicebamus, nempe frigida vim claudendi meatus, ſtypandæ, denſandæ, ac contrahendæ cutis habere: calida contrà laxandæ, rarefaciendæ, ac aperiendæ. Itaque calidum ſola craſsitie, frigidum non hac ſola, ſed quoniam viam præcludit, inutile eſt. Quare neceſſariò cum frigore tenuitas coniungenda eſt, cum calore verò non neceſſariò, ſed plerunque ſufficit craſſamenti mediocritas.

A formatione uerò & ſitu, cum emiſſaria ſenſibus conſpicua in aduerſam partem perforata habent, aut his omnino D *carent. Quæ enim in principes partes fluunt: auertimus: irritamus uerò quæ in ignobiles feruntur. Certum autem eſt cauſas quæ intemperiem efficiũt, uacuatione curãdas eſſe: ipſam uerò intemperiem immutatione.*

Materia quæ intemperiem gignit, *ſui* vacuationẽ indicat: quemadmodũ ipſa intem-

periES immutationem. Quo autem modo materia tolli debeat, partis formatio ac ſitus oſtendunt. Si quidem patentes viæ ſunt per quas educi debeat, hæque in nobiles partes vergant, fluxionem auertere, hoc eſt in contrarium reuocare, vel ad latus deriuare oportebit. Sin in par- E tes ignobiles, ac recipiendis excrementis deſtinatas ſpectent, eò ducere humores oportebit. Sit in iecore, exempli gratia, materia quæ partem immutet: ea per portæ venas auocanda eſt in inteſtina, aut aliquem alium ignobilem locum, quò ſcilicet ea ferri videtur. Si verò ex cerebro in oculos fluat, in contrarium reuocanda eſt: vt abundè in commentariis noſtris in Galeni libros de curandi ratione ad Glauconem docuimus, ἐκροαί emiſſaria, vt antè vertimus, & meatus viasque ſignificant, non autem vt verbum ſonare videtur, effluxiones, non enim rectè συντετρημένας ἐκροὰς, hoc eſt perforatas fluxio- F nes dixeris, ſed meatus aut emiſſaria. Quòd ſi meatus patentes per quos educi materia poſsit, affectus locus non habeat, digerenda ea per halitum eſt, aut certè efficiendum emiſſarium eſt per quod vacuari poſsit.

In

In ſoluta autem unitate præcipua cu rationis intentio eſt, ut ad unitatem reducatur, quod in inſtrumentis quidem fieri non poteſt, nec in omnibus ſimplicibus partibus, ſed quibuſdam: uelut in carnoſis, quæ adglutinatione curantur. (nihil autem refert an coalitum dixeris.) Hanc, *cum uulnus maius eſt, præcedit diductarum partium commiſsio, quæ in formationis genere continetur.* Vt *autem hæc firma ſtabiliſq; fiat, deligatura quæ ſeparatas partes coniungat, & fibulæ & ſuturæ utiles ſunt.* Adglutinat *uerò diſsidentes partes, ac priſtinæ unitati reſtituit natura.* Noſtrum *uerò munus eſt, primum quidem, ut dixi, diductas partes in unum cogere: ſecundum, commiſſas ſeruare: tertium, prouidere ne quid inter uulneris labra incidat: quartum, partis ſubſtantiam tueri.* Quemadmodum *autem primum ac ſecundum quis efficere poſsit, antè diximus.*

G H

Ter

Tertium uerò perficiemus, ſi quæ diſiuncta ſunt, coniungendo, nihil in uulnus extrinſecus illabi ſinamus. Perſæpe enim pilus aut oleum aut alius humor in adglutinandarum partium medio poſitus, continuitatem impedit. Deinde procedente tempore tertium ſcopum ſeruabimus humoris effluxione: quæ aperto uulnere fit, aut aduerſa parte inciſo, aut aptè collocato. Subſtantiæ autem partis ſanitatem tuebimur mediocriter reſiccantibus. Hæc quidem eſt ſo- A
lutæ unitatis in carnoſa parte, ſi quidem ſola ſit, curandi ratio. Quòd ſi cum altero morbo coniuncta ſit, plures erunt indicationum ſcopi: de quibus deinceps diſſeremus, quum de compoſitis commiſtiſq; affectibus, aut quomodocunque lubet appellare, diſſeremus. Nunc uerò reliquas unitatis ſolutiones tractemus.

Solutio continuitatis, primarum ſimpliciumque partium & inſtrumentorum commun

munis eſt. Simplices partes ſunt caro, vaſa,
B oſſa, nerui, chordæ, muſculi, ligamenta, quæ
à ſua continuitate ſolui poſſunt. Oſſa enim
franguntur, & eroduntur: muſculi, nerui, vaſa,
ſecantur, contunduntur, rumpũtur, & ero
duntur. Caro ſecatur, eroditurq́;. Atq; eiuſ
modi ſolutiones continuitatis omnes prima
riò harum ſimplicium partium affectiones
ſunt, ex accidente verò & ſecũdo loco ipſo-
rum inſtrumentorum. Vincula autẽ quæ co-
pulant, ſi ab ipſis reſoluantur auellanturq́;,
ac nihilominus integra maneant, totius in-
ſtrumenti compagem vnitatemq́; ſoluunt,
propriusq́; eius affectus eſt, non autẽ ſimpli-
C cium partium. Quòd ſi totum inſtrumen-
tum, vt brachium, amputatum ſit, ſoluitur
vnitas tum inſtrumenti, tum ſimplicium par
tium omniũ, ex quibus ipſum compoſitum
eſt. Ad hunc igitur modum ſecti inſtrumen
ti ſeparatę partes amplius coire coaleſcereq́;
non poſſunt. Quum enim id ſolius naturæ
munus ſit, ea autem abſciſſam partem à reli
quo corpore ſeparatam non amplius mode
retur, fieri non poteſt vt ipſam alteri parti
adglutinet. Porrò autem ſimplices primæq́;
partes à ſua cõtinuitate ſolutæ, aliæ ſuæ vni
tati reſtitui poſſunt, aliæ non poſſunt. Atq;
D harum aliæ callo & veluti glutino quodam
colligari poſſunt, aliæ nõ poſſunt, cuiuſmo-
di

di ſunt nerui, venæ, & arteriæ: non quòd natura non ſuppeditet materiam vnde callus gignatur, ſed quòd totæ ſectæ in ſuam originem retrahuntur, nec committi omnino poſſunt. In vnitatem autem reducuntur partes carnoſæ, quòd abundè molles ſint. Dura enim omnino coire non poſſunt, niſi calli aut alterius materiæ interuentu: vt poſteà dicetur. Commiſſas igitur coniunctasq; eiuſmodi partes natura glutinat, medicus verò prius coniungit, poſteà coniunctas ſeruat, ac ne quid in vulnus extrinſecus labatur, præcauet, quod quidem abſcedentium partium coitionem impediat. Prætereà quæ E temporis proceſſu in vulnere colligitur ſaniem foras emittit, aut quo minus in eo colligatur impedit, vulnere ampliato: aut factà ex aduerſo ſectione, idem vulneratæ partis ſanitatem tuetur. Hæc igitur ſunt medici munia, quibus adglutinanti naturæ auxilietur. Niſi enim commiſſæ vulneris oræ ſint, glutinare eas natura non poterit. Neque enim naturæ ope, neque per ſe committuntur, ſed medici, qui & commiſſas deligaturis fibulis & ſuturis firmat, ne latè hiet vulnus, & ne quid in ipſum foris incidat, quod eius (vt modò dicebam) glutinationē impediat, cuiuſmodi oleum eſt, & pilus, & F id genus alia ſexcenta. Non in omnibus autem

tem vulneribus futuræ fibulæ & deligaturæ neceſſariæ ſunt, ſed in latè patentibus, & in quibus partes à ſe plurimum diſtant. Quòd ſi cum magnitudine vulnus diuturnũ quoque ſit, neceſſariò ſanies quædam colligetur, quæ glutinationem impediet. Itaque vacuationem deſiderat. Latius igitur aperiendum vulnus erit, vt ſanies effluere poſſit. Quòd ſi ſurſum vergit, aut aliam commodam figuram nactum ſit, alia inciſione opus non erit. Si verò deorſum tendit, alia
G ſectio neceſſaria erit, quæ ex aduerſo vulneri reſpondeat. Cęterùm quoniam (vt modò dicebamus) naturæ opus eſt glutinare: niſi ea valida ſit, improbè id munus obibit. Quare medicus curarę debet vt integra ſeruetur. Naturam hic intelligo virtutes corpus noſtrum moderantes. Seruabitur autem, vt Galenus docet, mediocriter reſiccantium vſu. Quæ enim vehementer ſiccãt, nõ ſolùm partem vulneratam immutant, ſed renaſcentem carnem tenellam ac mollem abſumunt. Quæ vero inualidè ſiccant, humidum vulnus relinquunt.

H *Fractura igitur, ſolutio continuitatis eſt in oſſe: quæ quatenus ad primum ſcopum attinet, non ſaneſcit: quatenus uerò ad ſecundum, quodammodo curari*

pot

poteſt. Primus autem ſcopus eſt agglutinatio, quæ fieri ob ſiccitatem non poteſt. Secundus autem connexio, quæ callo fracturam circumligante perficitur. Origo uerò calli quatenus ex materia & à natura fit, alijs eſt communis: quatenus uerò formam habet oßi ſimilem, ex eius nutrimento gignitur. At molle puerileq́; os coaleſcere poteſt. Cæterùm eiuſmodi affectus ſine alterius ſocietate rarò contingere ſolet. Fractis enim oßibus, muſculi unà cum alijs uicinis partibus ut plurimum afficiuntur. Quocirca duplex erit curationis ratio: una quidem ipſorum oßium, altera circunſtantium partium: de qua diſſeremus quum de carnoſarum partium commiſtis affectibus agemus. De fracturis autem nunc diſputandum eſt. Quoniam quidem hæ callo curantur (cui generando, proprio oßis nutrimento opus eſt) ad calli generationem naturæ committendum recrementum eſt, id autem & qualitate & A B

quã

quantitate temperatum eſſe debet. Ideò *uictus ratio requiritur ex qua tantus talisq́; ſanguis qui ad oſſa fertur, comparetur, quantus qualiſque generando callo eſt neceſſarius.* Quoniam *rurſus is per oßis fracti cauernas trãſmittitur, conſiderare eius multitudinem ac qualitatem, atque ita uictũ ſicciorem aut humidiorem inſtituere oportet.* Hæc *omnia in opere de curandi ratione fuſius tradita ſunt.*

Duplex eſt ſolutæ vnitatis curatio: vna
C quæ σύμφυσις, hoc eſt coalitus glutinatióve dicitur, atq; hæc vera eſt. Altera partium oſſis fracti coniunctio ac colligatio: quæ calli interuentu fit, veraq́; non eſt. Prior in oſſe fieri non poteſt, in carne verò poteſt. Miſcentur enim mollia cũ mollibus, non autẽ dura cum duris. Itaque humor inſitus vtriuſque partis ſolutæ carnis miſcetur, non aliter atque cera mollis cum altera molli: deinde miſtus glutinatur ac concreſcit in ſpeciẽ carnis, quod nihil aliud eſt quàm συμφύεσθαι, hoc eſt coaleſcere, cõcreſcereq́;, atque id naturæ opus eſt. Poſterior in oſſe fit. Co
D pulãtur enim oſsis fracti partes calli ac velut

glutini cuiuſdã interuentu. Nulla enim alia ratione cõiungi poſſunt. Miſceri enim dura cũ duris nõ poſſunt, vt teſtis ſenſus eſt. Neque enim lapis per ſe cũ lapide coniungi poteſt, ſed per glutinũ poteſt. Itaq; oſſa callo copulari, & velut ferruminari poſſunt. Sed nec ſi materia vtriuſq; partis oſsis fracti ex qua callus gignitur, tam mollis eſſet, vt miſceri poſſet, os ſecundum priorẽ curandi rationem coaleſceret. Nam facultatis aſsimilatricis imbecillitas nunquam hanc in oſsis ſpeciem cõuertet, niſi os adhuc molle ac tenerum ſit. Porrò autem callus hoc habet cũ aliis partibus commune, quòd ex materia fiat, & à natura generetur. Non enim aliter ex nutrimento natura, quàm alias partes gignit: ſed illi peculiare eſt, quòd oſsi ſimilis ſit, os tamen nõ ſit: alioqui coaleſcere diceretur. Quoniam igitur nõ niſi callo, vt modò dicebamus, ſaneſcere oſsis fractura poteſt, nutrimentũ requirit quo os ipſum alatur: idque naturæ committendum eſt, vt in callum mutet. Quid autem naturam vocemus, poſteà oſtendemus quum de carnis generatiõne differemus. Itaque tantus taliſque cibus ſumendus eſt, quantus qualiſq; generando callo eſt neceſſarius. Non enim quãtuſlibet nec qualiſcũq; requiritur, ſed qui tã in quãtitate, quàm qualitate medio-

E

F

diocritatem ſeruet. Cibus igitur eſto, qui ſuccum bonum gignat, atque tenacē, medio criterq́; craſſum. Ex humidiore enim concreſcere callus non poteſt: ex craſsiore verò ac tenaci quidem poteſt, ſed qui tēpore ſiccescat, ac friabilis euadat, & fracturæ obnoxius ſit. Ad eundem modum nec parcior, nec liberalior cibus offeratur, ex illo enim callus minor quàm oſsibus coniungendis conueniat gignitur: ex hoc maior, & qui circunſtantibus muſculis dolorem inuehat.

G *Nerui uerò & tendonis punctura, ob ſentiendi præſtantiam, ob idq́; quòd cum principio pars hæc continuitatem habet, promptè accerſit conuulſionem: maximeq́; ſi nihil foras exhalet, quòd ſcilicet cæcum ſit cutis uulnus.* Id igitur *aperiendum eſt, exiccandumq́; materia tenui, quæ in altum & ad uulneratum uſque neruum penetrare poſſit.* De *his autem in libris de curandi ratione accuratè diſputatum eſt.* Hæc *igitur eſt ſalubrium cauſarum in ſimplicibus eiuſmodi affectibus forma.*

Nerui & tendones magno ſenſu præditi H
ſunt:ideò ſi pungantur,dolor neceſſariò accedit,quem comitatur humorum defluxio, & hanc inflammatio(vt Galenus docet)nõ ſolius quidem puncti nerui, ſed & totius inſtrumenti. Quòd ſi ob vulneris paruitatem nihil exhalare poſsit, conuulſio ſequitur. Igitur in his affectibus dolorem in primis qui hæc inuehit incõmoda, mitigare oportet,ne oriatur inflammatio. Itaque anodyna parti admouẽda ſunt: &,quod tutius eſt, cutis vulnus aperiendum, apertumque ſeruandum vt qui in eum locum humor influxit, ac influxurus eſt, vacuari poſsit. Nam ſic & inflammationis cauſam tollemus, & dolorem mitigabimus:quo peracto adhibẽ A
da remedia ſunt valenter exiccantia, citra tamẽ dolorẽ:mediocriter verò calida, vel modicè ad calorem declinantia, tenuandique facultate prædita, hæc enim in profundum penetrãt vſq; ad vulneratum neruum: in halitum digerunt quod in neruo relictũ erat,atq; ſic exiccãt, locumq; à ſuperuacuis humoribus liberant, doloremq; ac inflammationem prohibẽt. Contrà frigida & adſtringentia non tutò admouentur. Siquidẽ frigus præter id quòd ſuapte natura neruis, vt Hippocrates ſcribit, inimicum eſt, etiam tenues meatus claudit, quemadmodum & B

adſtr

adſtringẽtia medicamẽta. Itaq; neq; crudũ oleum, neque aliud quodcunque ſimili facultate præditum, neruorum puncturis tutò adhiberi poteſt. Vehementer verò calida inutilia ſunt, vtpote quæ defluxionem acerſant, & dolorem excitent. Quare ea ſola admouenda ſunt, quæ modicè calfaciant, valenter exiccent, citra tamen cutis contractionem ac morſum: quæque tenuandi facultate prædita ſunt: vt modò dicebamus. Itaq; oleum tenue vtiliter adhibetur, terebinthina, propolis, & id genus alia quæ Ga
C lenus libro de curandi ratione ſexto, & de medicamentorum compoſitione κατὰ γενὴ tertio fuſiſsimè tractauit.

In compoſitis uerò affectibus, cũ ulceribus primùm quidem iungitur cauitas, quam non aliam affectionem, ſed ulceris differentiam eſſe arbitrantur. Verùm id differentia non eſt, ſed alterum quoddam uniuerſi morbi genus, in quo perdita ſubſtantia eſt. Itaq; *ad duplicis morbi curationem ſcopo duplici opus eſt.* Nã *unitatis ſolutio continuitatẽ de-*
D *ſiderat: ſubſtãtiæ uerò amiſsio, nutritionem: cuius paulò antè ſcopi declarati*

ſunt. Quòd uerò affectionem hanc primùm curare oporteat, deinde continuitatem reſarcire, ipſa rei natura docet. Si igitur quod cõcauum eſt impleatur, & ad æquabilitatem ulcus reducatur, fiet ut alter ſcopus tollatur: quãdoquidem recens nata inter ulceris labra carne, diſiunctæ partes coire non poſſunt: quare inuenienda alia curationis ratio eſt. Inuenietur *autem ex re naturali, quam parti parare oportet.* Huic *autem naturale eſt cute obduci.* Id *igitur præſtandum eſt: aut ſi ſcopum aſſequi nequeas, ſimile quidpiam cuti, nempe carnem ipſi ſubſtantiæ proximam generare oportebit.* Eiuſmodi *autem & ſicca & calloſa eſt. Siccantibus igitur ac adſtringentibus citra morſum medicamentis ad inducendam cicatricem eſt opus.* E

Cum ſolutæ vnitatis multæ ſint ſpecies, nempe vulnus, vlcus, fractura, caries, ſpaſma, contuſio, punctura, ruptura, & apoſpaſma, vt antè diximus: tãtùm de his meminit Galen

ſenus quæ in carne, oſſe, neruis & tendonibus fiunt. Nec de his quidem omnibus, ſed
F vlcere, vulnere, fractura, & nerui ac tendonis punctura. Rurſus cum harum ſingulæ cum reliquis ferè omnibus differentiis coniungi poſsint, ſolùm eas recenſet, quæ cum vlcere cõiunguntur: nec omnes quidem, ſed ſolùm cauitatem, inflammationem, contuſionem, ſcirrhum, œdema, humorum influxum, ſordem, & intemperiem. Nam in hoc opere tantùm rerum capita tractat, quæ in aliis operibus fuſiſsimè diſputata ſunt. Sed non fuerit alienum hoc loco omnes has mixtiones enumerare, nam ſic & tota de hac re diſputatio clara euadet, & lectori labor aberit. Repetenda igitur reuocandaque in memoriam ſunt quæ antè de morbi diuiſio-
G ne diximus. Triplicem enim omnem morbum eſſe docuimus. Vnum primarum ſimpliciumque partium, ſimplex appellatur. Alterum inſtrumentorum, quem vocant, organicum. Tertium vtrarumque partium communem: ideoque communis dicitur. Primus in intemperie conſiſtit, nempe calore, frigore, humiditate, & ſiccitate. Secundus in inſtrumentorum fabrica, hoc eſt magnitudine, numero, ſitu, & forma. Tertius in vnitatis ſolutione: cuius differentiæ paulò antè traditæ ſunt.

Componuntur igitur eiuſmodi morbi, ſim plices cũ ſimplicibus,organici cum organi- cis,& communes cum cõmunibus,cũ cõmu- H ni & ſimplici, cõmuni & organico, ſimplici & organico, communi ſimplici & organi- co. Simplices autẽ morbi cũ ſimplicibus cõ- poſiti ſunt,calidus & humidus,calidus& ſic- cus, frigidus & humidus, frigidus & ſiccus. Organici cum ſui generis morbis compoſi ti ſunt forma & numerus, vt obſtructio prę- ter naturã, ſiue ab humoribus, ſiue ab inna- ta caruncula,ſiue calculo, ſiue alia quacunq; materia,vt in vrinæ ſuppreſsione, in qua cal culus redundat, & veſicæ meatus figurã vi- tiat. Forma & magnitudo, vt in tumore præter naturam citra vllam intemperiẽ, in quo pars iuſto maior eſt, & eius figura de- prauata. Forma & poſitus præter naturam, A vt cũ pars inflexa eſt, atq; ſimul luxata. In- flexio, figuræ: luxatio, poſitionis vitiũ eſt. Numerus & magnitudo, vt in parte cui ad- nata ſubſtãtia ſit. Maior enim eſt, quàm na turæ cõueniat:& in ea abundat quod deeſſe oportuit. Numerus & ſitus, vt ſi quid articu lis adnaſcatur, quod à loco oſſa dimoueat. In hoc enim affectu abũdat partium nume- rus, nempe quod in articulo concreuit. Situs quoq; vitiatus eſt, quũ oſſa à ſuo loco natu rali dimota ſint. Magnitudo & ſitus, vt in

ext

extenſione partis ob relaxatũ ligamẽtum.
Pars enim ſeipſa lõgior efficitur,nec partes
B cohærẽt quæ natura iũgi debẽt. Forma nu-
merus & magnitudo, vt tumor præter natu
ram,in quo pus aut quidpiã aliud cõtinetur.
In eo enim affectu partis figura & magnitu
do vitiata eſt, & numerus abundat. Forma
numerus & poſitio, vt partis curuitas cũ lu-
xatione ob interpoſitũ humorem. Curui-
tas vitium figuræ eſt, luxatio poſitionis, &
interpoſita materia numeri. Forma magni-
tudo & poſitio, vt pars emaciata & recurua
ob vinculi cõuulſionẽ. Macies, magnitudi-
nis vitiũ eſt, curuitas figurę. Cõuulſum autẽ
vinculũ altera parte oſſa diſiũgit, atq; ita
C ſitũ vitiat. Numerus magnitudo & poſitio,
vt luxatio ob humorẽ in articulũ decumbẽ
tem,& cibi diſtributionẽ impedientẽ. Re-
dundãs humor,numeri vitiũ eſt:luxatio,ſi-
tus:& macies,ſeu ſi mauis,atrophia,magnitu
dinis. Forma numerus magnitudo & poſi-
tio, vt ſi cum partis curuitate & articulorũ
luxatione ob interpoſitũ humorẽ, atrophia
pars laboret:quod in coxẽdicum doloribus
inueteratis accidere ſolet,in quibus increſcẽ
te affectu fit luxatio,ac cõuulſis neruis curui
tas. Cõſtat igitur,commiſtos hic eſſe qua-
tuor affectus, nempe figuræ curuitatẽ, arti-
D culorum luxationẽ,hoc eſt ſitũ incõmodũ,

numeri partiũ abundãtiam, ſcilicet humorem inter articulos poſitũ, & magnitudinẽ vitiatam, nempe maciem. His igitur modis inſtrumẽtorum morbi cõmiſcentur. Cõmunes autẽ non omnes inter ſe miſcẽtur, quandò non omnes partes omnẽ ſolutæ vnitatis differentiam recipere poſſunt. Vulnerari enim os aut vlcerari non dicitur, ſed frangi ac putreſcere, quemadmodũ nec caro frãgi aut carioſa eſſe, ſed vulnerari & vlcerari: nerui verò ac tendones & pungi & contundi & conuelli. Cõmunium igitur affectuum miſtiones hæ ſunt: Conuulſio & contuſio. Idem enim neruus contuſus ſimul & tenſus eſſe poteſt: quemadmodũ & venæ & vincula, & mẽbranæ & muſculi, & vt ſemel dicã, omnes fibroſæ partes. Cõuulſio & vlcus, vt in antè dictis partibus, quæ tendi, vt diximus, poſſunt, & vlcerari ab humorũ acrimonia. Conuulſio & punctura in neruis & tendonibus inueniũtur: quemadmodum cõuulſio & vulnus in muſculis. Conuulſio & ruptura in venis & arteriis, membranis, neruis, & fibroſis partibus: quarũ ſi tẽdantur ac conuellantur fibræ, rumpuntur. Contuſio & vlcus. Caro enim & muſculi contundi & vlcerari ſimul poſſunt. Contundi quoq; & pungi nerui & tendones: quemadmodum muſculi contundi ac vulnerari. Eædem etiam E F

par

partes cõtunduntur & rumpuntur. Similiter autẽ vlcerari & pungi poſſunt nerui & tendones: ſicut vlcerari & vulnerari caro & muſculi. Imò ferè fit vt omne vulnus, maximè ſi magnum ſit, tranſeat in vlcus, quod enim ſimpliciter ſectum vulneratumq; eſt, ab humorum influxu in vulnere putreſcẽtium eroditur. Eodem modo venæ humorũ acrium multitudine non ſolùm tendũtur, ſed & rũpuntur ac eroduntur. Sic & neruus pungi ac ſecari ſeu vulnerari (nihil enim hic refert
G vtrũ dixeris) idem quoq; pungi ac rũpi poteſt, quẽadmodum rumpi ac vulnerari. Ex his conſtat eaſdem partes tres affectus ſimul excipere poſſe, conuulſionem, cõtuſionem, & vulnus. Aliâs contuſionem, conuulſionẽ, & puncturam. Aliâs contuſionẽ, conuulſionem, & vulnus. Quaſdam contundi, conuelli, & rumpi: & contundi, conuelli, & pungi. Nonnullas contundi, vlcerari, & vulnerari. Quaſdam contundi, vlcerari, & rumpi. Alias item vlcerari, pungi, & vulnerari: & alias vlcerari, pungi, rumpi. Alias quoque pungi, vulnerari, rumpi. Ad eundem
H modum quatuor nonnunquam in eadem parte coniungi poſſunt, nempe conuulſio, contuſio, vlcus, & punctura. Tenſio, conuulſio, vlcus, & vulnus. Conuulſio, contuſio, vlcus, & ruptura. Nonnunquam

quin

quinq; ſolutæ vnitatis differentiæ in eadem parte ſimul eſſe poſſunt, vt cõuulſio, contuſio, vlcus, & punctura, & vulnus ſeu ſectio. Conuulſio, contuſio, vlcus, punctura, & ruptura. Aliquando verò ſex ſimul inueniuntur, nempe tenſio, contuſio, vlcus, punctura, vulnus, & ruptura. Porrò autem ſimplices morbi nonnunquam cum humorum influxu coniuncti ſunt, aliquando cum inſtrumẽtorum morbis, interdum cum ambobus. Calor igitur cum defluxione ſanguinis quidẽ A
boni & mediocriter craſsi, inflammationem parit, quæ ſi magna ſit, in gangrænam primùm, deinde ſphacelon trãſire ſolet. Cum calidi & craſsi ac comburẽtis cruſtamq; inducentis influxu (ſi quidem ſine ſanioſa humiditate ſit) primam: ſin admiſta ea ſit, ſecundam carbunculi formam efficit. Calidi verò, & ſubſtantia tenuis, eryſipelas. Si verò bilis craſsior ſit, exedentem, tenuior mitiorem herpetem gignit. Frigida intemperies cum tenuis ac vaporoſæ pituitę defluxu parit œdema, cum craſſa & cõcreta ſcirrhũ, cum aquoſa tumorem aquoſum, cum flatu flatulentum. Cum atra bile craſsiore parti B
iam fixa ſcirrhum, cum retorrida autem ac venas adhuc occupãte cancrum ſine vulnere, extra venas verò, ac cuti ſubiectæq; carni hærente vlceroſum efficit, aut phagedænam.

nam. Calor cum miſtis humoribus, ſangui-ne quidem & flaua bile dilutioribus, ſummaq́; occupantibus, eryſipelas gignit: craſſioribus verò & in carnem penetrantibus, ſi æqualiter excedant, miſtum ex inflammatione & eryſipelate affectum. Si ſanguis bilem excedat, inflammationem eryſipelatis participem: ſi bilis ſanguinē, eryſipelas in-
C flammationis conſortem. Ad eundem modum ſi cum ſanguine pituita æqualiter miſceatur, fit inflammatio & œdema. Si alter humor excedat, nomē præponetur quod ſuperantem humorem explicet. Conſtat autem eiuſmodi affectus miſtos eſſe ex intemperie, figura vitiata, & magnitudine. Præterea ſimplicium partium & inſtrumentorũ & vtrorumq; cōmunes morbi copulari ſimul poſſunt: vt in vlcere cũ tumore pus continente, & intemperie. Vlcus enim ſolutio vnitatis eſt, & tumor magnitudinē & figuram vitiat, & pus abundat. Quod fieri con-
D tingit ex ſanguine, vtraq; bile, & pituita: ex materia fauo ſimili, vel pulti vel adipi: vnde meliceris, atheroma & ſteatoma eiuſmodi affectus dicuntur. Nonnunquam aliena quædam materia cōtinetur ſimilis pilo vel lapillo, vel alteri eiuſdem generis: ſed eiuſmodi affectibus indita propria nomina non ſunt. Similiter autem vlcus cōcauum & in-

tem

temperatura cum ſanguinis vel alterius hu-
moris influxu miſceri poſſunt, atq; ita ſimul
coniungi ſoluta vnitas cum ſubſtãtiæ amiſ-
ſione, & intemperatura, magnitudo & figu-
ra vitiata. Vt autem rem verbo vno abſol-
uam, miſceri poſſunt aliæ ſolutę vnitatis dif
ferentiæ cum omnibus intẽperaturis, omni-
busq; inſtrumẽtorum morbis, vt ex antè di- E
ctis conſpicuum eſt. Sed ad Galeni dictionẽ
explicandam redeamus. Cum vlceribus, in-
quit, iungitur primùm quidem concauum,
quod non aliam affectionẽ, ſed vlceris diffe
rentiam eſſe arbitrãtur, verùm id differen-
tia non eſt, ſed totius morbi genus. Conca-
uum enim, vt quod amiſſæ partis ſubſtantia
ſit, genus eſt morbi, ſeu, ſi mauis, ſpecies eſt,
quæ proxima tamen morbo iuncta non eſt.
Siquidẽ morbus primùm diuiditur in ſim-
plicem ac primũ, in organicum & in commu
nẽ. Rurſus ſimplex in calidũ, frigidũ, humi-
dum & ſiccum, ex hisq; miſtum calidũ & hu
midũ, calidum & ſiccũ, frigidũ & humidũ, F
frigidum & ſiccum. Organicus verò in for-
mam, numerũ, ſitum & magnitudinẽ præ-
ter naturã. Sub magnitudine concauũ conti
netur. Eſt enim id, vt modò dicebamus,
ſubſtãtiæ partis amiſsio. Sed cuipiã fortè vi
debitur cõcauum vitiatæ formæ differẽtia
eſſe: quod & Galenus lib. de morborũ diffe

ren-

rentiis primo ſentire videtur. Formã enim vitiatam in figurã cõcauam, aſperitatem & læuitatẽ præter naturam diuidit. Reſpondemus concauum homonymum eſſe, ſignificareq́; aliquãdo inanitates ac capacitates vniuerſi corporis à natura inſtitutas, cuiuſmo-
G di ſunt meatus ac ſpiracula cutis, ſubiectæq́; carnis, & ventriculi, quales cerebri, cordis, & reliqui corporis exiſtũt, atq; omnia hæc cũ aut ampliora aut anguſtiora ſunt quàm naturæ conueniat, aut obſtructa, in genere vitiatæ formæ continentur. Aliquando verò carnis amiſsionem: quæ pro diuerſarum partium ratione diuerſas habent nomenclaturas: vt antè declaratum eſt, atque eiuſmodi concauum in genere eſt vitiatæ magnitudinis, non autem formæ, pars enim ad hunc modum concaua minor redditur. Quum igitur vlcus & concauum diſtincti ac differentes morbi ſint, videndum an ſimul am-
H bo curari poſsint, an ſecus. Et ſi curari ſimul non poſsint, vter prius curari debeat. Sæpe enim contingit, vt alter ſine altero curari non poſsit: vt in propoſitis affectibus: quorum vlcus quoniam continuitatis ſolutio eſt, continuari poſtulat: concauum autem, vt quod ſit ſubſtantiæ amiſsio, impleri. Et quoniam vlceris labra cõmodè iungi nõ poſſunt, niſi ei quę periit ſimili ſubſtãtia

concauum impleatur,à carnis nutritione ac generatione auſpicari curationem oportet. Generatur autẽ ex materia,& à natura. Materia quidem ſanguis eſt,qui nec quantitate nec qualitate delinquat. Qualitate quidẽ, malus probam carnem generare non poteſt: parcior concauum implere non ſufficit:vberior verò ſuperuacuam carnẽ procreat, poſt ea magno negotio demendam. Natura autem eſt partium in calido frigido humido & ſicco temperamentum. In carnis generatione neceſſariò duplex excrementum prouenit,humidum,& craſſum:vt autor eſt Galenus libro tertio methodi curandi. Humidũ exiccari deſiderat,& craſſum detergi. Itaq; duplici remedio opus eſt, altero quod ſuperuacuum humorem abſumat, non etiam vtilem materiam. Id autem, vt idem autor ſcribit,primi ordinis exiccãtium eſſe debet. Altero verò quod ſordẽ detergat ſine morſu. Cæterùm vbi nutrita ac genita caro eſt, glutinatione eſt opus, quam medicamentis validius quàm priora ſiccantibus & adſtringentibus,quæq; ſubſtantiam in idem cogere poſsint,perficimus. Impleto igitur carne vlcere, ac glutinato, ad æquabilitatemque perducto,alter ſcopus tollitur: quandoquidem diſtantia vlceris labra, quæ prius coitionem deſiderabant,amplius coniungi non poſſ

poſſunt,propter renatam inter ipſa labra car nem. Supereſt igitur vt vlcus aliquo natu- rali tegumẽto operiamus. Quare cutim ge nerare,aut ſummã carnem calloſam redde- re,hoc eſt ad cicatricẽ ducere oportet. Verũ
C illa gigni non poteſt:reliquum igitur eſt vt ad inducendã cicatricẽ cõſilium dirigamus. Inducitur autẽ cicatrix carnẽ exiccãdo atq; adſtringẽdo, ſed quàm glutinãdo validius, citra tamẽ morſum, nam defluxionẽ excita remus. Nõ enim ſolũ quod influit, ſed & na tiua quoq; humiditas abſumenda eſt, vehe- menterq́; ſumma caro adſtringenda.

Ad eundem modum ſi adnata ſordes ſit,ad deterſionem dirigendum conſiliũ eſt.Salubre igitur medicamẽtum eſt, cui detergendi uis inſit. Horum autem ma-
D *teria in libris de medicamentorum fa- cultatibus tradita eſt.*

Dubitari poteſt cur Galenus nõ de humi do excremẽto(quod nõ minus carnis nutri- tionem quàm ſordes impedit) mentionem quoque faciat. Vtrunq; enim neceſſariò in vlcere(vt modò declaratum eſt)colligitur. Reſpondendum eſt Galenum non omnia quæ cum vlcere coniunguntur, tractare, vt antè diximus: quanquam hoc loco non de

illa tantùm ſorde quæ neceſſariò vlceri adnaſcitur, ſed & ea quæ ob nimiam copiam putreſcit, agit: quod ſæpe cõtingit vel ob immodicum partis nutrimentum, vel ob malam victus ratione͂, vel ob id quòd ægrotus medico non paruerit, vel ob ipſius medici errorem, qui medicamentum vel minus quàm res expoſcit detergens adhibuerit, (tunc enim magna excrementorum copia colligitur) vel quod vehementius admouerit, quod non ſolùm detergat, ſed & vlceret, ac defluxionem concitet, quæ putreſcere in vlcere ſolet. Quod cum accidit, vehementius detergentibus ac deſiccantibus medicamentis quàm in priore affectu eſt opus. Detergentia autem medicamenta ſunt, quæ tantùm ſuperficiem expurgant, vt ſummam cutem, & vlcera, non autem meatus. Nam hæc tenuiora ſunt: ideò altius penetrant, vocanturque à medicis ἐκφρακτικὰ, hoc eſt expurgantia. Illa verò craſsioris ſunt ſubſtantiæ, minusque penetrant: appellantur autem ῥυπτικὰ, hoc eſt detergentia. E F

Atque etiam ſi cum ulcere iuncta inflammatio aliqua uel contuſio, uel ſcirrhus, uel œdema ſit, ea prius, uia ac ratione antedicta curãda ſunt. Eodem modo

do ſi quid in ulcus influat, influxionis curatio adhibenda eſt. Similiter autem ſi intemperie aliqua ulcerata pars laborat, ad remedia quibus abigi ipſa
G *poßit, prius ueniendum eſt. De his quidem ſatis.*

Si duo ſimul affectus copulati ſint, ille prior curandus eſt, ſine quo alter curari non poſsit. Itaque ſi cum vlcere iuncta inflãmatio ſit, vel cõtuſio, vel ſcirrhus, vel œdema, vel intemperies, vel humorum influxio, aut aliud id genus malum: antequam vlceris curationem moliaris, ea tollenda ſunt, vt ſine quibus ſublatis vlcus ſaneſcere non poſsit. Omnium autem horum curandorum rationem Galenus in poſteriore libro de curandi ratione ad Glauconẽ, & in libris methodi medendi tradit.

H *Ad conformationis uerò genus, quod in plures differentias diſtribuitur, iam tranſeundũ eſt, ſumpto ab euidentißimo diſputationis initio, quod in figuræ permutatione fit. In his igitur qui adhuc creſcunt, plurimæ partes emẽdari poſſunt. In his uerò qui ad incrementũ peruene-*

runt, nõ poſſunt. Quæ autem curationẽ admittunt, in contrariã deprauatæ formam reducenda ſunt. Quòd ſi ob fracturam malè concinnatam uitiata membri figura ſit, recenteq́; callo occupata, frangere oportet, ac probè reconcinnare: poſteà uerò callum inducere.

Conformationis vitia, in permutata figura, cauitate, meatibus, aſperitate & læuitate cõſiſtunt: quorum omnium manifeſtiſsima figura eſt, vtpote quæ ſenſui protinus obiicitur. Siue enim hæc obliqua ſit ſiue recta, ſiue alio quouis modo permutata, non ſolùm viſus, ſed & tactus deprehendit. Vtriuſque enim ſenſus cõmunis eſt. Meatus verò & cauitas nõ ſtatim ſenſibus patẽt. Nullo enim ſenſu cutis ſubiectæq́; carnis meatus per ſe deprehendi poſſunt, ſed per aliud, nempe ſudores: quos ſi è cute erumpere conſpexeris ſine aliqua euidente cauſa, id ob meatuum amplitudinẽ accidere rectè cõiicere poteris. Aſperitatẽ autem & læuitatem tametſi tactus deprehendit, non tamen tam manifeſtè quàm figuram viſus. Ab huius igitur permutatione auſpicari oportet. Permutata autem figura eſt, quum mẽbra quæ natura recta eſſe debent, curua ſunt: aut curua, A B

rec

recta:& quæ rotunda, plana: & quæ plana, rotunda. Cuiq; enim inſtrumento figura à natura tributa eſt, qua melius munus ſuum obeat: quã ſi amittit, neceſſariò eius actio vitiatur. Omnis igitur præter naturam mutata figura, in ſuam natiuam reducenda eſt, ſi
C quidem fieri poſsit. Non enim id perpetuò fieri poteſt. In adultis enim, in quibus iam planè oſſa indurata ſunt, mutari figura non poteſt. In pueris verò ac tenellis poteſt, vt in quibus adhuc ſequax oſsiũ matèria ſit. Ex his perſpicuũ eſt Galenũ de his ſolùm verba facere, in quibus permutata oſſa vitiatam habent figuram. Nã repãdas curuataſq; partes ob tẽdonum ſcirrhos ſe perſanaſſe, libro ſecundo de curandi ratione ad Glauconem ſcribit. Vitiata quoq; membri alicuius figura ob malè concinnatam fracturam, reparari poteſt, ſi quidem callus adhuc recens ſit, nec
D obduruerit. Frangi enim poteſt, rurſuſque oſſa rectè coaptari, ac callo adglutinari.

Ex eodem autem morborum genere eſt obſtructio, quam humorum lentor ac craßities parit: atque hæc ſcopum unum habet affectui contrarium, nempe expurgationem. Curatur autem deter gentibus ac diſſecantibus medicamẽtis.

Eiuſdem ſubſtantiæ ſunt,ſed tantùm ma
ioris minoriſq́; ratione differunt ἐμπλαστι-
κὰ καὶ ῥύπον ἐπιτρίφοντα. Illa πόρους hoc eſt
meatus inferciunt obſtruuntq́;,ac pertinaci-
ter hærent:hæc verò ſordem in cute tãtùm
ac vlceribus gignunt. Contraria autem his
ſunt, emplaſticis quidẽ ἐκφρακτικὰ καὶ ἐκκα-
θαρτικὰ τῶν πορῶν,hoc eſt quæ expurgant E
ac farctu liberant meatus. Sordem verò ge-
nerantibus ῥυπτικὰ, hoc eſt detergentia.
Itaque ἐμφράξει contraria ἔκφραξις eſt, hoc
eſt obſtructio expurgationi. Quum igitur
meatus craſsis viſcoſisq́; humoribus referti
ſunt,eos expurgare oportet medicamentis
primùm diſſecãtibus ac extenuãtibus,lento
rẽ craſsitiemq́; humorũ poſteà detergenti-
bus,quæ græcis ῥυπτικὰ dicuntur.Sunt autẽ
hæc genere cũ ἐκφρακτικοῖς eadẽ,tãtùm ma
ioris & minoris ratione diſcrepãtia. Solam
enim cutẽ & vlcera detergẽt:ἐκφρακτικὰ ve-
rò meatus expurgãt,ab obſtructioneq́; libe F
rãt. Ex his cõſtat emplaſtica duplicia eſſe,al
tera craſſa terreaq́;,alia viſcoſa,quibus con-
traria ſunt craſsis quidẽ extenuãtia, viſcoſis
autem diſſecantia ac incidentia. Quæ autẽ
ἐκφρακτικὰ,id eſt expurgantia,quæ detergẽ-
tia,quæque diſſecantia & extenuantia ſint,
ex libro quinto de ſimplicium medicaminũ
facultatibus petendum eſt.

Si

Si uerò ſtercore duro farctum inteſtinum ſit, primùm quidem emendanda duritia eſt humidis & pinguibus clyſteribus, deinde acribus ſtercus uacuãdum.

G Quẽadmodũ materiã craſſam extenuare, & viſcoſam incidere, ita durã emollire antequã vacues oportet. Indurata enim ęgrè expellitur, quòd deſcendere apta nõ ſit, nec par ſit facultas huic expellẽdæ. Itaque prius diluenda eſt humidis ac pinguibus clyſteribus, deinde acribus excitãda ad expulſionẽ facultas eſt. Pinguia aũt præter id quòd materiã emolliunt ſoluũtq́;, inteſtinũ quoq; lubricũ reddũt, ita vt etiã ſtercus nondũ reſolutũ aut emollitũ, facilè deſcendere poſsit.

H *At ſi calculus ueſicã obſtruit, in præſentia quidem tranſferendus eſt. Quòd ſi omnino ſanare uelis, ueſicæ ſectione eximendus eſt.*

Quoniã veſicæ obſtructio vrinã ſupprimit, ſuppreſsio verò vitæ periculũ minatur, ſumma cura quod veſicã obſtruit ſummoueri oportet. Obſtruit aũt veſicæ meatũ, ac vrinã ſupprimit, ſanguinis grum⁹, pus, craſſus lẽtusq́; humor minori quidẽ periculo, & calculus maiori. Illa eñi fotu calido liquari ſolui q́; poſſunt: hic verò trãſponi, vel omnino

eximi debet:quod non ſine magno dolore fieri poteſt. Tranſponitur enim,atq; à meatu in veſicam pellitur,vel corporis ſuccuſsione,vel demiſſa in veſicam fiſtula. Aeger autem ſupinus collocatur reductis eius cruribus ita,vt reliquo corpore ſublimiora ſint, poſteà variè vehementerq; ſuccutitur,quòd ſi nihil profeceris,demittitur fiſtula in veſicam.Sed quoniam fallax hæc curandi ratio eſt(redire enim in vrinæ iter calculus ſolet) extrahere lapidem oportet:quod plerũque cum vitæ periculo fit. Extrahitur autem ſecta veſicæ ceruicæ:quæ quoniã carnoſa eſt, facilè coaleſcit,facto autem vulnere lapis vnco extrahitur. Ante ſectionẽ autem demiſsis ſiniſtræ manus digitis, indice & medio, dextre verò ſuper imum abdomem blandè impoſitis lapidem ſcrutamur, ac in ceruicem tranſmittimus, qua parte ſecari debet. Sunt verò qui demiſſa argentea in veſicam fiſtula primùm calculum ſcrutantur,deinde inuẽto eo locum incidunt, & per plagam forcipem in veſicam demittunt, calculumque eximunt. A B

Qui autem præter naturam humor continetur,integra uacuatione curatur, ut in ſuppuratis.

Niſi enim repurgentur,ſuffocationis pe-
ric

riculum imminet ob craſſorũ lentorũq; hu
morũ aſperæ arteriæ inhærentiũ multitudi
C nẽ, quæ reſpirationẽ impedit. Vocat autem
ſuppuratos Galenus in libro de cauſis pul-
ſuũ, & de tumoribus præter naturã, eos qui
in ſpatio inter thoracẽ & pulmones colle-
ctã habent puris multitudinem, Græci ἐμ-
πύους καὶ ἐμπυικοὺς appellant, quẽadmodum
& reliquos omnes quibus viſceris alicuius
inflãmatio ad ſuppurationẽ mutata eſt. Sup-
puratos igitur reddit inflãmationis coſtarũ
in pus mutatæ magnitudo, itẽ & pulmonũ.
Propter igitur imminens periculũ vacuare
eiuſmodi humores oportet, primùm quidẽ
incidentibus ac tenuãtibus, deinde verò de-
tergentibus: quorum omnium vires & ma-
D teriam Galenus in libris de ſimplicium me-
dicamentorum facultatibus docet.

Immoderata uerò repletio, cuiuſmo-
di eſt ſanguinis in uenis, immodica ua-
cuatione curatur.

Quum duplex ſit plenitudo, nẽpe & quæ
ad vaſa, & quæ ad vires refertur: de priore,
vt quæ obſtructionẽ pariat, nũc agit. Poſte
rior enim etiam ſi immodica ſit, immodicã
vacuationẽ nõ efflagitat, ſcilicet viribus ob
imbecillitatẽ hãc ferre nequeũtibus. Cæte-
rùm quũ paucus interdũ in venis humor cõ

tineatur, ſed qui ſua qualitate vires vehementer degrauet, magna ſine laborantis pe E
riculo vacuatio fieri nõ poteſt. Igitur de ea humorum redundantia quæ vaſa replet, nũc verba facit: quæ vt immodica eſt, ita immodicam exigit vacuationem. Quum rurſus duplex ſit vacuatio, vna quæ purgatione, altera quæ venæ ſectione fit: plenitudo quæ ad vaſa refertur, venæ ſectionem: quæ verò ad vires, purgationem deſiderat: quanquam & hæc ſanguinis miſsionem aliquando admittit, maximeq́; ſi vitioſus humor vberior ſit: ſed tamen quàm altera leuiorem. In qua cum vires valeant, magnam ſuſtinet. Repletionem autem immodicam dico, quæ F
mediocritatem ſuperat. Certam enim humoris quantitatem vaſa ferre ſine vlla moleſtia ac incommodo poſſunt, exuperantem ſine periculo non poſſunt, eo quidem maiore, quo exuperantia maior fuerit. Quum igitur ſanguis abundat, tantus vacuandus eſt, quantus mediocritatem excedit. Itaq; ſi immodicè exuperat, immodicus detrahendus eſt, non tamẽ tantus vt vires lædat, ſed quãtus, vt dixi, mediocritatem exuperat, adhibito modo. Non enim ſubitas mutationes natura ſuſtinet, quandoquidem plurimum ac repente vacuare, vt docet Hippocrates, periculoſum eſt. G

Qu

Quemadmodum & his quibus in uentre aut inteſtinis, aut arteria, aut pulmone pus uel ſanguis continetur, integra uacuatio eſt neceſſaria.

Hæc enim in uẽtre & inteſtinis cibos corrumpunt: in aſpera uerò arteria & pulmone reſpirationem impediunt. In has autem partes confluit ſanguis rupta vel eroſa, vel quouis modo aperta vena: pus verò rupto abſceſſu.

H *Cæterùm cibus & potus plenior recensq́; ſumptus uacuatione corrigitur.*

Vberior cibus & potus quàm venter ferre coquereq́; poſsit, ac recens ſumptus, vomitione reiici debet, alioqui cruditatis periculũ affert. Facilius enim vomitur recens adhuc, nondum enim tunc ad ventris imũ peruenit, nec ventris os clauſum contractumq́; eſt. Vbi verò lõgo iam ſpatio deorſum deſcendit, & os ventris iam clauſum eſt, nõ facilè reuomitur. Iuuanda igitur tunc eius concoctio eſt, quam ſi nõ ſperaueris, timuerisq́; eius corruptionem, per inferiora deturbare
A oportet medicamento ἐκκοπρωτικῷ, hoc eſt quod ſtercus deiicit (quale caſsiæ atramentum eſt) aut clyſtere euocare.

Quæ uerò in pulmone & thorace cõtin

tinentur, cum tuſsi reijciuntur, ſed medicamentis extenuata.

Continentur in pulmone & thorace ſanguis aliiq; humores, & pus: quæ ſi craſſa viſcoſaq; ſunt, prius extenuari & incidi debẽt, vt facilius expuantur. Craſſa enim ac viſcoſa tam pertinaciter interdum hærent, vt nõ niſi extenuata diſſectaq; auelli ab his quibus hærent partibus queant. Quoniam autem humores non ſolùm in brachiis, ſed & B in venis atque arteriis pulmonis etiam continentur, diſquirere oportet an ex omnibus hiſce partibus cum tuſsi reiiciantur. Perſpicuum autem eſt quæ in aſpera arteria eiuſq; ramis continentur, cum tuſsi expelli. Nullã enim aliam habent viam per quã educi poſſint. Quæ verò in venis & arteriis ſunt, potius in maiores venas refunduntur, quàm cũ tuſsi excreentur. Oſtendit enim Galenus libro quarto de locis affectis, notas quibus cognoſcas an humor in cartilaginibus, an venis ſiue arteriis pulmonis ſit. Nam ſi cum ſpirandi difficultate cõiunctus ſit ſtertor, certũ C eſt humorẽ in cartilaginibus cõtineri. Si ſine ſtertore ſit, in his nõ eſſe, ſed venis, arteriis, ac ſubſtãtia pulmonis. Qui igitur in cartilaginibus eſt, cũ tuſsi per aſperã arteriam repurgari poteſt. Qui verò in aliis pulmonis

nis partibus nõ poteſt, niſi fortè exulcerato pulmone cartilagines cũ diſtenduntur, pus attrahant ac excipiant, non aliter quàm ab inflãmatione mẽbranæ coſtas ſuccingentis: quæ etiã in maiores venas refundi, atq; profluuio ſanguinis finiri poteſt. At qui in ſpatio quod inter thoracẽ & pulmonẽ eſt contine-
D tur, ſolùm cũ tuſsi reiicitur, hũc enim pulmones inſpirando cũ dilatantur, exhauriũt, atq; tuſsiendo per aſperam arteriam expuunt.

At quæ in iecore ſunt, aut uenis, aut arterijs, aut renibus, ea per urinas uel uentrem expelluntur, ſed quæ per urinas reijciuntur, uehementer extenuari debent, quæ uerò per uentrem, attrahentibus & aperientibus egent.

Iecoris caua per aluum repurgantur, nonnunquam & per vomitum. Quoniam autẽ aptior, vt Galenus docet, prior vacuatio eſt, rarò poſteriore vtimur. Gibba verò per vrinas vacuantur. Commodior enim via eſt à
E cauis ad ventriculum & inteſtina, quàm ad vrinæ vias. Et cõtrà à gibbis ad iter vrinæ, quàm ad inteſtina. Cauis enim iecoris partibus ſubiicitur vẽtriculus, ieiunũ & reliqua inteſtina. A gibbis verò ad renes breuior & facilior via eſt, quẽadmodũ à renibus ad veſicã,

ſicam ,quàm ad ventriculum & inteſtina. A magna verò vena ad renes & veſicam facilior eſt aditus. Eadem eſt arteriarum ratio. Cæterùm quæ per ventrem repurgātur, aperientibus & attrahentibus egent. Vias enim per quas attrahi debent, ab obſtructione liberare oportet: & qui attrahuntur humores, extenuare ac incidere, ſi quidem craſsi & viſcoſi ſunt. Alioqui difficiles fierēt purgationes, vt Galenus in Aphoriſmum Hippocratis nonū libri ſecundi docet. Quæ verò per vrinas deducuntur, vehementer extenuanda ſunt medicamentis, quæ quia vrinas mouent, diuretica appellantur. Sunt enim hæc calida & acria: cuiuſmodi eſt ſemen apii, petroſelini, fœniculi, dauci, & id genus alia, quæ Galenus libro quinto de medicamentorum facultatibus docet, hęc enim, vt idem tradit, fundunt humores, ſecernuntq́; quod tenue eſt, à craſſo, non aliter atq; lac coagulum, ſcilicet ſeroſa ſubſtantia ſecreta & craſſa in ſe coēunte, ſic enim ſeparatū ſeroſum ſanguinis humorem facilius ad ſe renes attrahunt, quàm cum ſanguine miſtum. F G

Quæ autem in ſuperiore uentre continentur, uomitionibus: quæ uerò in inferiore, alui ſubductione deijciuntur.

Cōmune omni corporis parti eſt, vt per

com

commodiora loca repurgetur. Commodiora ſunt viciniora, quæq; ſocietatem cum vacuanda parte habent, & quà excrementa foras ferri poſſunt. Vomitionibus igitur, quæ H in ſuperiore ventre continentur, repurganda ſunt: quæ verò in inferiore, alui deiectionibus. Venter enim ſuperior cum ventris ore coniunctus eſt, inferior verò cum inteſtinis, per quæ excrementa reiiciuntur.

Sub cute autem collecta, uel ſectionem, uel candens ferrum, uel adurens medicamentum efflagitant. Ad eundem modum & quæ in loco natura cauo ut thorace continẽtur. In ſumma autem, quicquid præter naturã in aliqua parte eſt, tollendum eſt: aut ſi id aſſequi non poſſis, tranſponendum.

Non de his loquitur excremẽtis, quæ ſub A cute ſæpe retinẽtur, quæq; meatus obſtruũt. Multa enim ſectionem vel candens ferrum, vel adurens medicamentum nõ efflagitant, ſed deterſionẽ tãtùm, aut expurgationem. Fruſtra enim his tam vehementia remedia adhibentur, quũ lauatione aut frictione tolli poſsint, Igitur de inflãmationibus vel abſceſsibus quæ digeri ob magnitudinem, ac materiæ craſsitiẽ vel lẽtorẽ, aut loci altitudinem,

nem,cutiſve denſitatem nequeunt,verba facit.Itaq; vel ſectione,vel adurente medicaměto vel ferro candente emiſſariũ faciendũ eſt quo pus vacuari poſsit,ne diutius retẽtũ cutem ſubiectasq; ei partes erodat. Eadem eſt ratio ſi in loco natura cauo humor aliquis contineatur. Retenta igitur puris copia vel ſanguinis vel alterius humoris in eo ſpatio quod inter thoracẽ & pulmones cõtinetur,facienda via eſt per quam educi poſsit. B

Quæ autem toto genere præter naturam non ſunt,ſed quantitate delinquũt, euacuatione curanda ſunt: cuius ratio cum ex ipſo affectu,tum maximè ex affectis partibus inuenitur.

Quæ vacua opplent,ea aut ſola qualitate delinquunt,aut ſola quantitate,aut vtroque. Sola qualitate delinquit ſanguis & ſpiritus feruidus & frigidus & in venis & in arteriis: qui ſi nondum vitium aliquod contraxit,contraria qualitate emendari debet. Sola verò quantitate delinquit redundantia ſanguinis probi in venis & arteriis: vrinæ in veſica & renibus: cibi in ventre: ſtercoris in inteſtinis: & ſputi in pectore. Eius autem multitudinis tollendæ ratio cum ex affectu tum maximè ex affecta parte petenda eſt. C

Affe

Affectus enim redundãtia eſt, ex qua quod ſuperuacuũ eſt detrahi debet, ſed ea ratione, quam affectæ partis natura oſtendit. Nã plenitudo alia aliud vacuandi genus requi-
D rit, nec omnia eadem pars admittit. Ex affectus enim natura, & affectæ partis conſtitutione, inſtituenda vacuatio eſt Aliâs enim ſpiritus, aliâs humor vacuatur. Prętereà aliã vacuandi rationem oculus, aliam venæ efflagitant. Spiritus enim digerentibus, ſanguis verò venæ ſectione vacuatur: & feroſa humiditas medicamenta quæ quia vrinas cient, diuretica dicuntur, deſiderat. Atque hæ quidem ſunt vacuationis quæ ab affectu petuntur differentiæ. Affectæ quoque partis conditio, vacuandi genus immutat. Conditionem dico temperaturam, conformationem, poſitum, & facultatem. Nemo enim neſcit aliud adhibendum eſſe oculo, aliud
E ventriculo, vtroque plenitudine laborante: vt in commentariis noſtris in poſteriorem Galeni librum fusè docuimus.

Exaſperatas præter naturam partes, ad naturalem læuitatem æqualitatemq́; reducimus, oſſa quidem radendo, arteriam autem & linguam humore lento morſu carente deliniẽdo. Læuigatæ ue-

rò præter naturam, medicamentis quæ abundè detergeant, & leuiter adſtringant, ad natiuam aſperitatem reuocantur.

Natura partes alias aſperas, alias læues cõdidit vtilitatis alicuius gratia. Ventriculum F enim, vterum & inteſtina aſperiora fecit, vt quod concipiunt, melius retineant. Cibus enim concoqui probè nõ poteſt, niſi in ventre & inteſtinis certam quandam moram fecerit. Nec fœtus in vtero formari, niſi certo tẽpore. Læuigata verò lingua eſt, vt expeditius loquatur: quemadmodum oculi, vt ſine moleſtia moueantur: & arteria, vt vocem leniorem iucundioremque edat: vt ex libris Galeni de vſu partium ſatis liquere poteſt. Si igitur partes quæ natura læues eſſe debent, exaſperatæ: aut quæ aſperæ, læuigatæ ſint: ad naturalem habitum reuocare oportet, exaſperatas quidem læuigando, G & læuigatas exaſperando. Quoniam autem non omnes partes eiuſdem ſunt temperamenti, aliis alia remedia adhibenda ſunt. Oſſa enim & cartilagines præter naturam exaſperata, quia dura ſunt admodũ, niſi atterãtur & radãtur, æquabilia fieri non poſſunt. Aſpera verò arteria, & lingua, & oculi, ob mollitudinem lẽtore humorum morſu

car

carentium læuigantur. Quæ enim mordẽt, exaſperant: eliquant enim ac abſumunt humores: proinde exiccant, & inæqualitatem aſperitatemq́; humidioribus mollioribuſque partibus relinquunt: duriores verò partes non exterunt, viſcoſa verò ſuo lentore diu manent, & vacua loca replent, partemq́; humectant, & æquabilẽ ac læuem reddunt. Quæ verò natura læues partes præter naturam exaſperantur, ad priſtinum ſtatum reducuntur valenter detergentibus, & leuiter adſtringentibus. Quæ detergent remedia, ſordem, ac craſſam pituitam inanibus locis hærentem eluunt ac expurgant. Adſtringentia verò cõtrahunt, ac rugas inducunt, exprimuntque humorem: proinde inæquabilem locum vtraque reddunt.

H

Obſtructiones uerò uel anguſtiæ quæ morbis alijs ſuccedunt, poſterius curari debent. In opere autem de morborum differentijs oſtendimus ſupradictos affectus plerunque naſci ex inflammationibus, ſcirrhis, œdematis, & nonnunquam ex immodicis ſiccitatibus, prauiſque continentium partium figuris: quemadmodum & ex quibuſ-

A

dam circunſtantibus tumoribus.

Obſtruuntur & adſtringũtur meatus nõ ab his ſolùm quę antè declarata ſunt, ſed & ab inflammatione,abſceſſu.ſcirrho,œdemate,aliiſque tumoribus præter naturam, ſi in ipſis meatibus, ſiue iuxta eos naſcantur : à ſiccitate quoq;, & vitiata cõtinentiũ partiũ B figura. Tumor enim omnis obſtruit ac ſtipat meatus , ita vt ſuo fungi munere nequeat. Siquidẽ in gula,ſtomacho,eiusq́;vicinis partibus genitus, cibi & potus deſcẽſum impedit. In veſicæ collo, vrinæ exitum. In aſpera arteria,faucibus, gutture, aliiſq; propinquis partibus,reſpirationem. Eadem eſt reliquorum meatuum tumore aliquo obſeſſorum ratio. Impediri quoque earum viarum officia adnata caruncula poſſunt. Eãdem enim ad id vim quam tumores, hæc obtinet. Siccitas verò non obſtruit aut ſtipat, ſed arctat, anguſtamq́ue viam reddit, C quemadmodum & vitiata figura quæ ex cõtuſionibus vlceribus,vulneribus & fracturis malè curatis naſcitur. Contuſo enim naſo, ac malè curato,nares plerunque anguſtiores redduntur. Omnes igitur id genus tumores, & reliqui commemorati affectus, vias ac meatus opplentes, arctantes, & ſtringentes, prius curari debent, quàm ab ipſis natæ ob-

ſtru

ſtructiones & anguſtiæ viarum admittere curationem poſsint.

Quòd ſi ex ſupradictis quædam in-
D *ter ſe copulentur, uarias habebunt indicationes.* De *uno autem uelut exemplo uerba facere ſatis fuerit, quandò fuſius de omnibus in libris de curandi ratione diſputatum eſt.* Ponamus *igitur in partem aliquam ſanguinis multitudinem fluere, ita ut in ea non ſolùm maiores, ſed & minores uenæ diſtendantur, quæ prius uiſum effugiebant, nunc uerò ob plenitudinem conſpicuæ ſint, (quod aliquando in oculis ob tunicæ candorem manifeſtè cernitur) ueriſimile eſt alia quoque uaſa ſenſum effugientia plenitudine diſtenta eſſe, non tamen ob exigui-*
E *tatem apparere.* Periculum *itaque eſt ne quod ex uaſis exudat, ad inania ſpatia intermedia effundatur: aut nonnihil iam ſit effuſum.* Hic *ſanè affectus uacuatione curatur, aut ut clarius ex-*

plicem, euacuatione. Quoniam quidem affectus immoderata partis repletio erat, neceſſariò quod ſuperuacuum eſt, aut intrò remeando, aut per ipſam affectam partem uacuabitur. Intrò re*meabit quidem, ſi repellatur uel retrahatur, uel in propinquam partem mittatur, uel horum aliquo modo, uel omnibus. Quod autem per affectam partem uacuatur, aliquando quidem euidens eſt, ſenſuiq́; peruium: aliquando uerò in uapores reſoluitur. Si igitur uniuerſum corpus plenius fuerit, per affectam partem uacuandum non eſt. Nam ſi manifeſtè ſcarificationibus & ſectionibus uacuemus, dolorem excitabimus, proindeq́; fluxionem maiorem aduocabimus. Quòd ſi calidis medicamentis digerere tentemus, plus in affectum locum ob calorem attrahemus, quàm per halitum diſsipari poſſit. At ſi retorquere quod influxit uelimus, corpus plenum non excipiet.*

F

G

Dua

Duabus igitur his de cauſis totum corpus uacuare oportet, deinde in contrariū omnino quod influit retrahere. Quo peracto, è parte prius repellere, quàm per halitum digerere tentabimus. Nam eo facilior erit uacuatio, quo per maiores & patentiores uias fiet. Ex affecto autem loco adſtringentibus & refrigerantibus medicamentis repellemus. Quin & inanitæ partes ad ſe quod repellitur attrahunt: ut in libro de facultatibus naturalibus demonſtratum
H *eſt. Idem uenæ adſtringentibus remedijs confirmatæ retrudunt. Si igitur ad hunc modum totum intrò recurrat, proſperè res cedet. Quòd ſi quid relictum in particula ſit, conijciendum eſt id lentum aut craſſum eſſe, proindeq; ita impactū, ut non facilè elui poſſit. Quanquam fieri poteſt, ſi tale non exiſtat, ut in ſpatia intermedia refuſum ſit, quod cum accidit, iam tempus ſuadet per affectam partem ua-*

cuandum eſſe medicamentis quæ repellendæ fluxionis facultatem habent, ſuprà impoſitis. Vacuabimus autem, ſi quid in ſpatijs intermedijs retentum eſſe ſuſpicio ſit, ſcarificationibus ſimul & medicamentis digerēdi ui præditis. Sed quum hæc omnia facultate calida ſint, mordendi ui prædita ſi modum exceſſerint: uitanda ſunt uehementer calida: præſertim ſi in ſuperficie ſit morbus: dolor enim non exiguus excitabitur ſi unà cum affectu mordeatur, & dolor omnis fluxionem proritet. Quod igitur ex his modicè calfacit, dolorem non excitat: præſertim ſi cum eo coniuncta ſit humiditas: idq́; digerere quod in ſuperficie eſt, abundè poteſt: etiam ſi uehemens digerendi facultas eiuſmodi medicamento non inſit. At ſi in ſuperficie pars affecta omnino non ſit, ſed in profundo, eaq́; uacuari deſideret, intendendus ac augendus eſt digere

A (margin, beside line 4) · B (margin, beside line 18)

gerentis medicamenti calor. Periculum *enim eſt ne antequam ad profundum perueniat, reſoluatur: neque tamen partes in ſuperficie ſitæ contactæ moleſtiam aliquam ſentiunt, utpote quæ affectæ non ſint. Quocirca nunc quoque ad calidiorum ſimul & acriorum* C *medicamentorum uſum hæc duo contingunt, nempe ut partes quæ in ſuperficie ſunt, tolerent, & profundæ egeant. Hæc igitur ex affectæ partis poſitu iudicatio ſumitur.*

Dicebamus modò obſtructiones quæ alios affectus ſequũtur, nõ antè curari poſſe, quàm ſublatis ipſis ex quibus ſcilicet ipſæ naſcuntur cauſis. Quoniam autẽ multi ſæpe affectus copulantur, plures erunt eorũ curandorum indicationes, interdum quidem D inter ſe contrariæ, interdum verò in idẽ concurrentes, quales ſunt ſimplicium morborũ, vt calidi & ſicci, calidi & humidi, frigidi & ſicci, frigidi & humidi. Quum verò inter ſe contrariæ ſunt, hi aut ſimul omnes, aut alter prius curari debet. Qui ſimul curari poſſunt, aut ex æquo omnibus, aut vni præcipuè intendendum eſt. Quum ſimul curari

non poſſunt, ab eo auſpicari curationẽ opor tet, ſine quo reliqui curari non poſsint. Semi tertiana, verbi gratia, ex cõtrariis humoribus, nempe bili & pituita conſtat. Illa frigida, hæc calida remedia deſiderat: quæ aut alternis adhibenda ſunt, aut miſta ex æquo quidem, ſi par ſit portio eiuſmodi humorũ, aut altero vberiore, ſi alter humor excedat. Quum verò contrarii ſunt, ab eo curationem auſpicamur, ſine quo alter curari nõ poteſt. Ponamus, verbi gratia, ſanguinem in partem aliquam influere, tantum quidem, vt non ſolùm maiores ſed & minores venas atque inania ſpatia impleat. Quoniam igitur ſanguis calidus & humidus eſt, incaleſcitque magis ac magis præter naturam, tandemque putreſcit, venas & arterias, atque adeò totam quam occupat partem neceſſariò calidiorem reddit: ex quo liquet affectum hunc compoſitum eſſe ex tumore præter naturam, & intemperie calida & humida, & venarum meatuumque obſtructione, atque, ſi affectus ingens eſt, vnitatis ſolutione. Humor enim qui iam partem occupat, ita multitudine diſtendit, vt continuitatem diſiungat, atque abſceſſum ſæpe efficiat. Diſquirendum igitur eſt quiſnam ex his affectibus primo, quis ſecundò, & quis tertio loco curari debeat, ad E F

hunc

hunc modum. Quoniam intemperies ab hu moris fit calore, obſtructio multitudine, quæ diſtendendo partes à ſe diſiungit ac ſeparat: niſi igitur eiuſmodi plenitudo tollatur, neque ad naturalem temperiem affectā partem reducemus, neque obſtructionem
G deleb imus, neque diſiunctas partes in vnum coniungemus. Quum enim ſanguis partem quam præter naturā occupat, calfaciat, vias ac meatus obturet ſtipetque, & ſua multitudine diſtendat ac rumpat, niſi ſublatus ſit, tolli omnino antè dicti affectus nō poſſunt. Igitur vacuari is debet, atq; ſic tolletur obſtructio: deinde ad temperiem reducetur: tandem verò ſoluta vnitas coniungetur. Coaleſcere coniungiq; quæ à ſua continuitate ſolutæ ſunt partes nō poſſunt, niſi qualitatum temperamentum adſit. Nec temperari qualitates poſſunt, nec obſtructio tolli,
H niſi ſanguinis multitudine, quam diximus & partem calfacere, & vias obſtruere, ſublata. Humor autem euacuatur, hoc eſt græcè, vt vult Galenus, ἀποκενοῦται, vel in corpus remeando, vel foras per affectam partē exeundo. Intrò remeat vel repulſus, vel in contrarium, vel in latus propinquum tranſlatus ac deriuatus, (Sic enim vocē παραπεμφθεὶς interpretamur) quum non aliis modis intrò, quod in partē influxit, recurrere poſsit.

Sunt

Sunt tamen qui putant humores παραπέμπεσθαι,hoc eſt (vt ipſi interpretantur) tranſmitti; intelligendum eſſe de vaſis quæ reſumpto ab adſtringentibus refrigerãtibusq; remediis robore, quod influxit in corpus, retrudunt. Intrò repellunt quod influxit, A medicamenta frigida & adſtringentia,& ab his roboratæ venæ. Retrahitur autẽ in contrarium quidem ab inanitis partibus quod familiare eſt ad ſe reuocantibus,& adhibitis retrahentibus remediis,veluti venæ ſectione,cucurbitulis,vinculis,& id genus aliis,de quibus in poſteriore libro ad Glauconẽ latè diſputatum eſt. Iiſdem autem remediis in propinquum deriuamus. Foras educitur vel ſcarificata vel ſecta parte, vel ſanguine in vapores reſoluto ac diſsipato. His modis vel vno, vel pluribus, vel omnibus ſanguis euacuari poteſt. Cæterùm ſola refrigerantia & adſtringentia intrò humorem repellunt,aliquando etiam cum his vena ſecatur, B aut cucurbitula aut vincula adhibẽtur, quæ nonnunquam ſola retrahunt ſimul & deriuant. Nam in humorum defluxu in genu,ſecta in cubito eiuſdem partis vena ſolùm retrahit: in pleuritide verò eadem aperta & retrahit & deriuat,vt fuſiſsimè in commentariis noſtris in libros Galeni ad Glauconẽ docuimus. Quòd ſi cum antè memoratis

affe

affectibus vniuerſum corpus ſanguine redun
det,per affectam partem foras cōmodè edu
C ci, ac intrò repelli non poteſt. Neque enim
ſcarificationē aut inciſionem, neque digerē
tia remedia affectus admittit, quādo ſcarifi
catio & inciſio dolorem inferunt, dolor ve
rò fluxionē cōcitat & auget,digerentia ve-
rò remedia,vtpote calida admota, plus hu-
moris in affectum locum attrahūt, quàm in
vaporem digerant.Siue igitur hoc ſiue illo
modo vacuationem tentes,plus lædes quàm
iuuabis,quod in arte tractanda ſummopere
vitandum eſt. Nam aut iuuare, aut ſaltem
non lædere debet remedium:vt docet Hip
D pocrates.Sed nec ſolùm pars affecta his re-
mediis laceſsita attrahit,ſed & corpus redū
dantia degrauatum,humores in locum affe
ctum tranſmittit: nec intrò repelli ſanguis
poteſt, quādo nihil vacui eſt in quod ſe re-
cipiat.In primis igitur totum corpus eſt va-
cuandū,deinde influens adhuc humor auer-
tendus,poſteà verò reliqua ſunt peragenda:
vt antè declaratum eſt.Sed ex qua parte,du
bitari poteſt.Sunt qui primùm ex oppoſito
latere vacuandum, deinde ex altero retra-
hendum eſſe putant: rati Galenum in hoc
loco id ſenſiſſe,quum dicat primùm vniuer
ſum corpus vacuandum eſſe, deinde quod
in affectum locum influit, omnino eſſe re-
tra

trahendum. Sed hi non ſatis intelligunt ex eodem latere commodius totum corpus vacuari poſſe, quàm ex oppoſito: quod Galenus teſtatur libro poſteriore ad Glauconē. Ponit enim adoleſcētem aut iuuenem viribus valentem, ſanguineq; redundantem, laborare humorum defluxione in genu, idq; vere, & intēperata regione: huic mittēdum eſſe ſanguinem docet ex cubiti vena eiuſdē lateris, vt quæ affecto loco è directo reſpondeat, quod in omni vacuatione fieri debere, cum in aliis operibus, tum maximè in antedicto libro de curādi ratione ad Glauconem ſcribit: quod & oſtēdimus ad hunc modum: In dictis affectibus vacuandū corpus, & retrahēdus humor eſt qui in affectum influit locū, ſtatim quidem, ſi omnino fieri poteſt. Nam lōgiore mora fluxio augetur, ſanguis ſpatiis intermediis infercitur, affigiturq; ac putreſcit, & in malam qualitatem corrumpitur, locusq; affectus incaleſcit, & imbecillior redditur. Incommodior igitur eſt vacuatio & retractio quæ ſerius fit. Contrà verò commodior ea eſt quæ antequam aucta fluxio & inflammatio fit, & humores infercti, & locus imbecillior redditus, fit: tunc enim & facilè & citò & tutò recurſus fit humorum in corpus. Nam antequam vehementer aucta fluxio fit, vniuerſum corpus

G pus vacuatur: ſanguis nondũ inferctus prom-
ptè retrahitur: & quum partis robur non-
dum ſit ſolutum, hunc validè impellit. In-
trò autem reductus, nullam habet malam
qualitatem: quare nec febrem parit, nec no-
uam defluxionem. quòd ſi diutius cuncte-
mur, augebitur defluxio, infercietur humor,
atque corrumpetur, tractuiq; & pulſui mi-
nus parebit, parsque affecta imbecilla red-
detur. Quare ab affecta parte ægrè humor
retrahetur, nec imbecillitas validè impel-
let, & quod in corpus remeat, putreſcit, aut
iam computruit: vnde febris naſcitur, aut ſi
in aliquam partem à natura propellatur, no-
H ua fit & in aliam partem fluxio: aut eò re-
dibit humor, vnde effluxit. Rurſus ſi ex
oppoſito latere prius vacuemus, relinque-
mus partem affectui reſpondentem adhuc
plenam, & in quam non poſsit humor
quem intrò repellere ſtudemus, ſeſe recipe-
re. Quare interim ſeſe in affectæ partis
intermediis ſpatiis affiget ac inferciet, pu-
treſcetq; & affectum augebit, & alia quæ
nunc retuli incommoda adferet. Adde
quòd neceſſariò iteranda erit ſanguinis miſ
ſio ex latere affectæ parti reſpondente, non
minor quidem quàm prior: quod non ſine
incommodo fiet. Si verò eiuſdem lateris
venam ſecemus, vacuabimus vt dictum eſt,
non

non aliter atque ex oppoſito latere vniuerſum corpus, ſimulque ex affecto loco humorem retrahemus. Et partes hac vacua- A tione inanitæ à vicinis, atque hæ ab aliis attrahent: atque ſic vnica venæ ſectione corpus vacuabimus, & humoris curſum in contrarium reuocabimus: nec iterare ſanguinis miſsioné cogemur, ſi quidem integrã vi res ferre poſsint. Sin minus, hãc in duo partiri oportebit. Ex his perſpicuum eſt retractionem tum celerius, & ante quàm impacta venulis ac inanibus ſpatiis ſit fluxio, fieri: quare ex eodẽ latere cõmodius quàm oppoſito ſit vacuatio. His peractis è parte prius repellere, quàm per halitũ digerere tentabimus. Nam repulſo intrò humore, minus in B affecta parte materiæ relinquitur: vnde meatus & vaſa in quibus hic continebatur, expeditiora & laxiora redduntur, proinde quod reliquum eſt, per ea facilius & citius quàm ſi obſtructa adhuc eſſent, digeretur. Repellemus autem è loco affecto adhibitis frigidis & adſtringẽtibus medicamẽtis, quæ partis ſubſtantiam contrahendo, humorem exprimunt, quẽ inanitæ corporis partes non ſolùm excipiunt, ſed ob indigentiam attrahunt: vt modò dicebamus. Omnibus autem his etiã probè adminiſtratis, nonnũquam in venis minoribus craſſa ac lenta materia re- C
lin

linquitur, quæ ab admotis medicamẽtis ob craſsitiem lentoremq; intrò repelli non potuit. Nonnunquam verò in ſpatia intermedia effunditur tenuis humor, qui ob vaſorũ exiguitatem intrò recurrere non poteſt. Curari igitur hæc debent aut digerẽtibus medicamentis, aut ſcarificationibus, aut inciſuris, prioribus quidem, ſi pauca ſit quæ retenta eſt materia, ac non vehementer craſſa ac viſcoſa: poſterioribus verò, ſi multa, aut craſſa, aut viſcoſa. Sed quoniam, vt antè diximus, digerentia medicamenta omnia ob calorem plus attrahunt in locum affectum,
D quàm in vapores reſoluãt: & ſcarificatio dolorem concitat, dolor verò defluxionẽ: imponenda ſunt partibus ſuprà ſitis frigida & adſtringentia, vt fluxioni ſcarificatione & admotis calidis medicamẽtis concitatæ via præcludatur. Vitanda autem ſunt vehementer calida, vt quæ mordeant, ac dolorem vehementem inferant, proindeq; humores attrahant, maximè ſi affectus in ſuperficie ſit. Adhibenda igitur mediocriter calida, vt quæ nec dolorem nec defluxionẽ excitent: præſertim ſi cum his coniuncta ſit humiditas. Calor enim ſiccus acrior eſt, humidus
E verò mitior ac blandior, minusq; mordax. Mediocriter igitur calida & humida remedia, qui in ſuperficie ſunt affectus, diſcutere

citra dolorē poſſunt, qui verò in alto corpore demerſi ſunt, calidiora & acriora efflagitant, quòd in tranſitu vim ſuam amittant.

Deinceps uerò conſideremus an ad curationem aliquid deſit. Deeſſe enim non pauca uidentur. Ex affectis ſedibus quæ ſuperuacuam fluxionem recipiunt, aliæ raræ, fungoſæ, ac molles natura ſunt: aliæ uerò denſæ, compactæ ac duræ. Priores facilè uacuantur: poſteriores uerò acriora remedia efflagitant, F *quæq́; partium tenuitate prædita ſint, eo quidem maiore, quo altius deliteſcūt. Hæc rurſus altera ſit indicatio, quæ ab affectæ partis ſubſtantia ſumitur.*

Indicationes ad defluxiones diſsipandas ab affectæ partis conditione ſumptas tradit Galenus: vnam quidem à poſitu, alteram autem ab affectæ partis ſubſtantia & concremento, tertiam verò à conformatione ſimul & poſitu, & quartam à facultate partis. Quintam autem adiicit ad partis intemperiem profligandam ab humorum qualitate contractam. De ea autem quæ à poſitu pe- G

titur,

titur, iam tradidimus: de reliquis verò dicendum eſt: atque in primis de ea quæ à partium ſubſtantia & craſſamento ſumitur, partes enim aliæ raræ, fungoſę aut molles ſunt: quales mammæ exiſtunt, alæ, inguina, & id genus aliæ partes glanduloſæ, quæ blanda medicamenta & leuiter digerentia expoſcunt. Aliæ verò compactæ, denſæ ac duræ, quales ſunt neruoſæ & membranoſæ, quæ non ſolùm acria, ſed & quæ tenuitate par-
H tium donata ſint medicamenta deſiderant, eò quidem maiore, quo ſunt duriores, cõpactiores & denſiores, quoq; altius ſitæ ſunt. Facilè enim per molles fungoſas & raras medicamentum tranſit, & ex iiſdem facilè tenuatus à digerẽtibus humor exhalat. Cõtrà verò ægrè in duras denſas & compactas ingreditur vis medicaminis, ægreq; ex ipſis quod reſolutum eſt exit.

Alia uerò à conformatione ſimul & poſitu ducitur. Ponatur, exẽpli gratia, iecur antè dicto affectu laborare, & in extremis uenarum anguſtijs impa-
A *ctos eſſe humores lentos aut craſſos, aut multos: an non cibo & potu extenuante primùm quidem craßitiem ac lentorem promptum eſt extenuare?*

poſteà uerò quod infeſtat, non per cæcas & anguſtas uias ſolùm ſed & latas euacuare? In iecore enim ſunt uenæ & patentiores & plurimæ, deſinunt autem quæ in gibbis ſunt, in cauam uenam: quæ uerò in ſimis, in portam. Quocirca iam promptiſsimum tibi eſt, humores in utris libet ſint farcti, uacuare: ad uentrem quidem trahendo, ſi in ſimarum uenis impacti ſint, medicamen B *tis attrahendi ui præditis, per cauam autem uenam, ſi in ei proximis uenis, ad urinas deducendo.*

Tertia indicatio à partis formatione & ſitu, ſocietateq́; quam cum aliis partibus habet, ſumitur. Quod vt clarius intelligatur, ponamus iecur eo laborare affectu, de quo modò diſputabamus, propter enim ſitum & formationem eius alia à ſuperiore adhibenda eſt curatio. Quum igitur non to C ta defluxio humorum retrahi, deriuari aut repelli intrò potuerit, ſed in exiguis extremisq́; viſceris huius venis pars humoris relicta ſit, quæ ob lentorem craſsitiem aut multitudinem vehemẽter impactam antedictis

reme-

remediis non ceſſerit,quærenda eſt alia cu-
rãdi ratio, quam ex eius formatione & ſitu
inuenire licet. In eo enim ſunt tum exiguæ,
tum magnæ plurimæq́; venæ: quarum aliæ
cum caua vena,aliæ cum porta ſocietatẽ ha-
bent. Nam quæ in gibbis ſunt, cũ caua:quæ
verò in ſimis,cum porta iũctæ ſunt. Quum
D igitur quod relictum eſt,intrò ferri, vt mo-
dò dicebam,nec pulſu nec tractu poſsit, nec
ſcarificatione foras educi, tentanda alia via
qua liberari ab his iecur poſsit. Cumq́; ob
lentorem ac craſsitiem ita hæreant, vt nec
trahi nec pelli poſsint, extenuare ac incide-
re oportebit: poſteà verò euacuare vel per
aluum, vel cum vrinis. Nam in eo viſcere
ſunt latæ venæ, per quas hi humores ferri
poſſunt,ad ventrem quidẽ qui in ſimæ par-
tis exiguis venis impacti ſunt: (ad portam
enim hæ perueniunt,& hæc ad inteſtina) ad
vrinæ verò meatus ferũtur humores qui gib
bis hærent. Nam & in his venæ ſunt quæ ad
E cauam perueniunt,ab hac verò per emulgen
tes ad renes,& ab his ad veſicam. Porrò au-
tem extenuantur ac inciduntur eiuſmodi
humores cibo & potu, non autem medica-
mentis. Horum enim vſus magis, illorum
verò minus lædit. Inter extenuantes cibos
alii craſſarum ſunt partium,cuiuſmodi ra-
pa eſt & cepa,& id genus alia:quæ ſi coctu-

ra acrimoniam ſuam exuant, craſſum ſanguinem gignunt, ad creandas obſtructiones aptiſsimum. Hæc igitur vtraque vi pollent, nempe craſsi humoris extenuandi, ſi cruda: & generandi, ſi cocta edantur: atque horum vſus tollendis obſtructionibus minus idoneus eſt. Alii verò ſubſtantia tenues ſunt, & tenuandi vi præditi. Atque F horum rurſus alii cibo, alii medicamento ſunt propiores. Cibo enim proximi ſunt hordei cremor, ficus aridæ, amygdala, piſtacia, mel, & id genus alia quæ ex Galeni libris de alimentorum facultatibus, de euchymia & cacochymia, deque extenuante victu ſunt petenda. Atque hæc exiguam delendæ obſtructionis vim obtinent: ideóque in exiguis tantùm affectibus, & in partibus quæ intemperie non laborant, vtendum eſt. Medicamentoſi autem cibi alii coniunctum habent acorem, frigidíque ſunt, vt oxalidis & vuæ, aliorumq; fructuum immaturorum ſuccus: qui- G bus præcipuè vtendum eſt cum obſtructæ partes intemperie calida laborant: quemadmodum his quæ cum tenuitate coniunctam habent acrimoniam, in intemperie frigida, quale eſt ſinapi, cappares, allium, naſturtium, porrum, apium, anethum, cyminum, vinum vetus ſubtile calidum. Non-

num

nunquam hæ duæ qualitates, nempe acor & acrimonia, cum tenuitate iunguntur, vt in aceto, quod & acidum & acre eſt: quo ſolo in tollendis viſcerum obſtructionibus ob eius vehementiam nõ vtimur, ſed cum aliis
H miſto, oxymelitis enim in febribus ex bile natis celeberrimus vſus eſt. Cæterùm in genere tenuantium ac incidentium ſunt quæ cum partium tenuitate ſalſedinem habent, cuiuſmodi muria & ſalſamenta ſunt, quibus in quartanis ſaluberrimus eſt vſus, vt docet Galenus libro priore de curandi ratione ad Glauconem. Perſpicuum itaque eſt quæ ex his in quibus affectibus adhibenda ſunt.

Præter has uerò altera ab ipſo iecore tanquam uenarum principio ſumitur indicatio. Quoniam enim iecur natura non ſe ſolum (quales ſunt plurimæ animantis partes) moderatur, ſed & in
A *uenas uim ſuam tranſfundit, periculum eſt, ſi laxantibus tum perfuſionibus tum cataplaſmatis robur eius reſoluamus, ne ipſum in primis, deinde omnes eius uenas inefficaces ad obeundas ſuas actiones reddamus. Quocirca in eius curatione nonnihil adſtringentium medicamē-*

torum miſcendũ eſt. Sed quoniam in alto admodum corpore eſt ſitum, periculum eſt ne adſtringentis medicamenti facultas reſoluatur, niſi ab aliqua materia tenuitate partium donata: qualis eſt odoramentorum, deducatur. Præſtat autem B *adſtringens medicamentum ſtatim ab ortu uim odoram habere, quod enim duas habet congenitas qualitates ac facultates, efficacius eſt.*

Quarta indicatio à iecoris facultate ducitur, hoc enim viſcus ex eo partium genere eſt, quæ & ſe & totum corpus diſpenſant. Id enim non ſolùm materiam ſuggerit vnde corpus alitur, ſed & vim inſerit qua familiare ſibi alimentũ attrahit, cõtinet, & concoquit, & inutile reiicit. Sanguinem enim per venas diſtribuit tantum talemq́;, quantum qualemq́; vnaquęq; pars deſiderat: quẽ adepta apponit, agglutinat, & ſimilem ſibi reddit. C Magna igitur cura ſeruãda hæc pars eſt. Itaq; ſi per halitũ digerere quod in eius exiguis venis farctũ eſt velimus, ſummopere cauendum eſt ne robur reſoluamus, & ab eo prodeuntes omnes venas inefficaces ad ſuas functiones obeundas reddamus, adhibitis

perſ

perfuſionibus,fomentis, cataplaſmatis, emplaſtris,& id genus aliis laxandi vi præditis. Laxant autem aliâs quidẽ humectãdo,aliâs calfaciendo,aliâs emolliendo,aliâs euacuan
D do. Iecur autem etiã ſi præter naturã durũ nõ ſit,aut coactũ,aut ſcirrho obſeſſum, aut tenſum,laxari tamẽ poteſt, ſi immodicè humectetur,aut calefiat. Humiditas enim natiuam eius firmitatem remittit, calor ſubſtantiam diſſoluit ac diſpergit. Cum calidis igitur & digerentibus medicamentis miſcenda ſunt adſtringentia,quæ alioqui diſſoluendã diſpergẽdamq; viſceris ſubſtãtiã ſeruent. Sed quoniam in alto corpore iecur ſitum eſt,adſtringentiaq; medicamenta motu pigra ſunt,periculum eſt ne antè quàm ad affectum locum eorum vis perueniat,in ipſo itinere reſoluantur. Igitur cum his miſcenda ſunt quæ partium tenuitate polleant, vt
E intrò celerius ferantur: cuiuſmodi ſunt odoramenta,ferè enim partium tenuitate hæc donata ſunt,cuiuſmodi cinnamomũ eſt,caſia,myrrha,nardus,iuncus rotundus odoratus,& id genus alia. Præſtat verò ea adhibere quæ natura adſtringant ſimul & odorata ſint. Commodiora enim ſunt, vtpote quæ melius permiſta ſint quàm quæ arte parantur, melius enim accuratiusque natura miſcet quàm ars, elementa enim tota per

tota, & ſubſtantias totas per totas accuratè miſcet. Quod autem ſic mixtum eſt, nulla in parte nõ habet vtranque vim nempe adſtringendi & odorandi, proindeq́; & tenuãdi. Quæ autem arte miſcentur, in aliis parti bus plus adſtringentium, in aliis plus tenuantium ſæpe habent præſertim ſi negligenter parentur: atque ita non ſemper hæc æqualiter adſtringunt & tenuant. F

Itaque uacuetur quod præter naturam in partem iam fluxit, natiua uerò humorum ſymmetria conuenientiáque ſuperſit. Conſiderãdum & hic, an à fluxionis qualitate, eius partis temperatura mutata ſit (ſi quidem pituitoſa erat, refrigeratum: ſin glorioſa, calfactum iecur eſt) ut abſolutè curata intemperie, ſanitas reſtituatur. G *Reſtituemus autem, contrariam qualitatem obijcientes, ut in intemperaturarum curatione diximus, tantum unamquanque partem refrigerantes, quantum eius calor exceſſerit. Quocirca rurſus hic neceſſariò eius natiua temperies cognoſcenda eſt. Nam quo modo ſcire poterimus par-*

tis

tis natura frigidioris aut calidioris exuperantiam, aut quando à refrigerando ceſſandum ſit, ſi caloris natiui modum ignoremus? Eadem ratione ſi frigidiorem calfacientes, ignoremus naturalis eius frigoris modum. Itaque neque quod commodè calfaciat, neque quando à calfaciendo ceſſandum ſit, inuenire poterimus.

H

Dicebamus modò in propoſito affectu plures eſſe eius differentias, nempe plenitudinem totius corporis, influxum humorum in partem aliquam, & intemperiem ab eorum qualitate contractam. Dicebamus rurſus intẽperiẽ hanc nõ poſſe niſi ſublata obſtructiõe curari: nec hãc niſi vacuato corpore vniuerſo. Itaq; intẽperies quã eiuſmodi

A defluxio peperit, omniũ vltima curationem recipit: quæ quoniã ſublata eius cauſa eſt, nẽpe humores, vnicã habet indicationẽ, nempe cõtrarietatẽ. Talis autẽ relicta intemperies eſt, qualis erat humor qui hanc inuexit. Nã ſi frigidus erat, frigidam: ſi calidus, calidam intemperiem intulit. Calida igitur frigidis, frigida calidis curari debet, eodem adhibitis exceſſu, quo pars intemperata à naturali ſtat

ſtatu receſsit: vt in commentariis noſtris in Galeni libros ad Glauconem demonſtrauimus.

Quoniam de his abundè diſputauimus, ad ea quæ numero præter naturam inſunt, iam tranſeundum eſt. Quorum quum duplex ſit differentia, quibus pars aliqua deeſt, hanc ſarcire ſtudemus, eo quem paulò antè diximus modo naturæ famulantes. Quibus uerò abundat, recidere uel ſcalpro, uel igni, uel adurente medicamento. Hæc *igitur omnia ferè ſaneſcunt, ſed non omnia generantur: ut in libro de ſemine proditum eſt. Quædam autem non gignuntur, ſed in eorum locum aliquid ſubſtituitur: ut ſi os omnino exemptum ſit, altera materia quæ ab oſſe & carne differat, in ea ipſa parte regigni poteſt, quæ ueluti caro quædam calloſa eſt, aut callus carnoſus, qui temporis proceſſu in naturam magis calloſam tranſit, initio ſtatim potius carnem referens. In quacunque autem parte amiſſa materia eſt, quæ nec eadem* B C

ſpe

ſpecie nec ſimilis reſtitui poteſt, ornatum quendam tertius ſcopus inuenit, ut in mutilatis.

Numerus partiũ præter naturã aut abundat, aut deficit, vt antè declaratũ eſt, vtrũq; vitium vel ex genere eſt naturali, vel gene-
D re præter naturam. Sextus enim digitus aut tertius teſtis eſt ex genere naturali, quemadmodum vnus teſtis, aut tres tantùm digiti. Quod præter naturam abundat, id aut corpori adnaſcitur, vt acrochordõ, myrmecia, fauus, atheroma, callus, & alia id genus. Aut in ſpatiis continetur, vt pus in abſceſſu, lumbrici in ventre & inteſtinis, lapis in renibus & veſica, in oculis pterygion & ſuffuſio. Quæ autẽ deficiũt partes, non omnes ſaneſcunt. Ex his tamẽ quædã ſpecie eædẽ omnino regignuntur, vt caro: quædam non eædẽ, ſed ſimiles, vt ſubſtãtia inter carnẽ & callũ media, quæ proceſſu temporis callo ſimilior redditur. Quædam verò nec eædem nec ſi-
E miles regignũtur, quales ſunt mutilatæ, atq; in harũ locũ aliquid arte reponimus nõ tam ad vſum, quàm ad ornatũ & pulchritudinẽ. Nam ſæpe detruncato naſo aliũ inſerimus eiuſdẽ coloris & figuræ. Turpiſsima enim eſt facies quæ naſo caret. Quomodo autẽ eandẽ cũ priore ac ſimilem generare oporteat,

teat, abundè declaratum eſt quum de vnitatis ſolutione tractaremus.

Perſpicuum autem eſt genus hoc cũ eo communitatem habere, quod ad magnitudinem pertinet. Quod enim ex eo ſecundum naturam eſt, magnitudini uicinum eſt. Solum autẽ diſsidet cum præter naturam eſt. F

Quemadmodũ numerus, ita magnitudo pręter naturã duplex eſt: vna quidẽ quæ exuperat, altera cui aliquid deeſt. Quod exuperat, vel ex genere naturali eſt, vel ex genere præter naturã. Quod igitur numero excedit, quodq́; magnitudine minutum eſt: ſi quidẽ ex genere naturali ſit, idẽ magnitudine vel excedit vel deficit, & non contrà. Sextus enim digitus & numerum auget, & magnitudinẽ: quẽadmodũ ſi quintus deſit, numerus deficit, & magnitudo minuta eſt. G Sed nõ ſi magnitudo præter modũ excreuit aut decreuit, protinus redundat aut deficit numerus. Excreſcere enim aut minui caro poteſt manente eodem partium numero ſecundũ naturam. Si verò excedẽs numerus ex genere præter naturã eſt, nihil habet cũ magnitudine commune, ſed omnino diſsimile eſt, lapis enim in renibus vel veſica numer

merum auget, ſed non magnitudinem.

In quo genere primùm quod abũdat, tollendũ: aut ſi aſſequi id nequeas, tranſponendum eſt: ut in ſuffuſionibus.

H Quæ in hoc genere præter naturam continentur, aut tolli aut tranſponi debent, vt ſuffuſio in oculo, & lapis in veſica, de quo antè verba fecimus, quũ de obſtructiõe cõmentaremur. Multa enim eiuſmodi non ſolùm numeri, ſed & obſtructionis rationẽ habent. Lapis enim quatenus veſicæ meatum obturat, ad obſtructionis morbũ: quatenus verò in veſica eſt, & vrinæ viã nõ præcludit, ad numerũ refertur. Tolli igitur quod pręter naturã redundat, & actionẽ impedit, debet, quod ſi fieri non poſsit, transferendũ in alium locũ eſt: quemadmodũ in ſuffuſione, quam græci ὑπόχυμα vocant, vulgus cataractã, eſt enim humorũ lentorum effuſio
A inter ceratoidem & cryſtalloidem tunicã. Per initia enim quũ humor adhuc liquidus eſt, digerentibus tollatur, quum verò iam temporis proceſſu concreuit, aut aurea vel argentea acu aut ex alia leui materia tranſponatur: vt in alio opere fuſius differemus.

Quibus autem non integræ quidem partes, ſed ex his portiones imminutæ ſunt.

ſunt uel auctæ præter modum, alere quidem ac generare quæ deficiunt: quæ uèrò redundant, demere ac minuere, reprimereq; oportet.

Integræ partes ademptæ, vt brachium & pes, reſarciri non poſſunt: vt antè declaratũ eſt: ſed ex his portiones, vt caro quæ eadem omnino ſpecie regignitur, vt in vlcere cauo, & totius corporis macie. Oſſa verò, nerui, & aliæ ſolidæ partes nõ eædẽ generãtur, ſed in earũ locũ ſimile quidpiã ſubſtitui poteſt, vt callus: quẽadmodũ antè declaratum eſt. Quę verò excreuerũt, demere ac minuere reprimereq; oportet, hoc eſt ἀφαιρεῖσθαι, καὶ καθαιρεῖν, demi enim ac minui quod iam excreuit, et reprimi quod adhuc excreſcit, debet. Demũtur quę excreuerũt, medicamẽtis quæ græci σηπτικὰ vocãt, quæ auctã ſubſtãtiã τήκουσι καὶ συντήκουσι, hoc eſt abſumũt & colliquãt, cuiuſmodi eſt auripigmẽtũ, ſandaracha, & id genꝰ alia. Καθαιρετικὰ aũt reprimũt, & leuiter abſumũt, nẽpe extimã carnẽ. Proxima enim facultate ſunt quæ valenter detergent, & cicatricẽ inducunt. Igitur vbi plurimũ caro exuberat, ſepticis vtendũ eſt. B C

Vnde neq; alius in ipſis finis eſt, neq; genere diuerſa remediorum forma.

Qu

Quemadmodum enim numeri & magni
D tudinis vitia quæ in genere naturali conti-
nentur, coëunt, eademq; ſunt, ita eundẽ ha-
bent curationis ſcopũ, eandemq; remedio-
rum formã. Vtraq; ſi deficiunt, reſarciri de-
ſiderant alendo ac nutriendo. Si excedunt,
demi ac minui, ſi nõ integræ partes ſint, ſed
ex his portiones. Quòd ſi parte integra in-
auctum membrũ ſit, vt digito aut teſticu-
lo, excidere oportet vel ſcalpro, vel igni,
vel adurente medicamento.

*Sed ad reliquum ſalubrium cauſarũ
genus ueniendum eſt, quod ea emendat
quæ ſuo loco exciderunt, ueluti oſſa ſe-
dibus ſuis emota, & inteſtina in ſcro-
tum prolapſa. Illa quidem uiolenta ten-
E ſione uel impulſione, hæc dilatatione
uel ruptura continentis membranæ fiũt.
Itaque curantur priora quidem aduer-
ſæ partis tenſione, & in aduerſam par-
tem repulſione: poſteriora uerò ſi con-
tinens membrana cogatur ac firme-
tur, quæ quemadmodum fieri debeant,
in libris de curandi ratione explica-
tum eſt.*

Oſſa ſuis ſedibus mouētur violenta vel extenſione, vel impulſione. Extenſio fit ab humoris influxu in articulū, aut aliqua alia materia quæ cōiuncta oſſa diducit: ſine tumore, ſi exigua fluxio ſit, velut in coxendicum doloribus, cū tumore verò, ſi magna. F
Nam tunc non ſolùm oſſa dehiſcunt, ſed & ſuo loco expelluntur in hanc vel illam partem, quò ſcilicet humor magis propulerit. Vtrunq; affectum luxata latini, priorē græci παραρθρήματα, poſteriorem ἐξαρθρήματα vocant. Nonnunquam autem à forinſecus incidentibus vehemētius expelluntur, vt in lucta, caſu, ſaltu, & id genus aliis, in quibus ſæpe etiam nerui & vincula rumpuntur, atque interdum oſsium ſupercilia franguntur: vnde ſuo loco oſſa omnino excidūt. Nonnūquā articulos humiditas reddit lubricos. Nonnūquam verò acetabula, hoc eſt coty- G
læ, parùm profundæ ſunt: vnde ſine magna vi excidere poſſunt. Curantur igitur oſſa quidem ob humorum influxum diducta vacuatione. Vacuatur autem, ſi exiguum ſit quod incidit, digerentibus medicamentis. Si verò ingens ſit fluxio, primùm ſanguinis miſsione, vel purgatione, vel vtroque: deinde humoris qui in parte relinquitur, digeſtione ac diſcuſsione. Quum verò ſuis ſedibus exciderunt oſſa, extendi ad-

uer

uerſa vincula ac nerui debent, poſteà verò
reponi, in oppoſitam qua exciderũt partem
repellendo. In ſcrotum deſcendunt quan-
H doque inteſtina, quandoque verò omen-
tũ. Prior affectus enterocele, poſterior epi-
plocele dicitur. Deſcendunt autem vel ob
dilatationem vel rupturam meatus qui à pe
ritoneo ad teſticulos procedit: dilatantur
autem nimia laxitate, quam humiditas pa-
rit: rumpuntur verò ſubito ac vehemẽti mo
tu. Curantur autem eiuſmodi affectus antè
dicti meatus ac tunicæ ſubſtantiam cogen-
do ac firmando: quod per adſtringentia fit,
vt alibi docebimus.

Deinceps autem de his diſſerendum
eſt quæ in priore ſermone diſtulimus.
Hæc autẽ προφυλακτικὰ *græci, nos præ-*
cauentia dicimus. Quorum triplex eſt
in genere differentia, una quidem homi-
A *nis inculpata ualetudine fruentis: altera*
de qua conqueri liceat: tertia uerò ægro
tantis eſt. Primum autem genus, quod ut
antè diximus, duplex eſt, ad ſalubrium:
ſecundum autem ad præcauentium: ter-
tium uerò ad curantium diſputationem
pertinet.

Galenus dum ſalubres cauſas prius tractâ ret,eas quæ in humoribus conſiſtunt,in hũc vſque locum,diſtulit: in quibus has maximè verſari ſcribit,quas omnes generaliter προφυλακτικὰς vocat,quanquam hæ propriè προφυλακτικαὶ dicuntur, quæ venturis morbis proſpiciunt. Salubres autem cauſæ,aliæ B præſentẽ morbum profligant,aliæ verò à futuro præcauẽt,quæ peculiari nomine,vt modò dicebam,προφυλακτικὰ appellãtur. Præſentem autem ſanitatem intelligo hominis non tantùm abſolutè ſani, optimeq; conſtituti,ſed & cuiuſcunque natiuam ſanitatem habentis, qualem ſcilicet ab initio accepit, ſiue ea perfecta abſolutaque ſit,ſiue ab optima declinet,modò talem in præſentia ſeruet,qualis ab initio erat,atq; hoc loco Galenus eã inculpatã vocat, & de qua cõqueri non liceat. Eam verò de qua queri liceat, intelligit quæ nõnihil à ſua natiua deflexit citra actionum offenſionem,ſed tamẽ quæ C niſi ei prouideatur,breui lapſura in morbũ ſit.Primum itaque ſalubrium cauſarum genus duplex eſt, quemadmodum & ſalubre corpus duplex: vnum quod optimam, alterum quod non optimam ſed tamen natiuam ſanitatem tuetur, illam paulatim corrigendo, hanc in meliorem ſtatum mutando, aut eam ſeruando. Corrigenda enim,

ſi

ſi per otium & facultates liceat, eſt, ſin minus, ſeruanda. Hoc igitur cauſarum genus ad conſeruantium, ad præcauentium verò ſecundum, tertium ad curantium tractationem pertinet.

D *Vniuerſum autem hoc genus in humoribus maximè conſiſtit: quos nec lentos, nec craſſos, nec multos, nec admodũ calidos aut frigidos, nec mordaces nec putres, nec peſtilentes eſſe oportet. Aucti enim morbos gignunt. Augentur autem interdum quidem ab eadem cauſa quæ ab initio eos procreauit, aliquando uerò à cibis corporis humores in ſuam naturam immutantibus.*

Humores in quibus ſalubres cauſæ verſantur, nec lẽtos nec craſſos, nec multos, nec admodum calidos aut frigidos, nec mordaces, nec putres, nec venenatos eſſe oportet, aucti enim morbos gignũt, humorum enim E lẽtore craſsitie & multitudine corporis ſpiracula obſtruũtur: vnde putredo in corpore naſcitur, quæ febres accendit, tales quidem, quales humores ſunt qui putreſcunt. Multitudo itẽ natiuũ calorẽ ſuffocat, vaſa rũpit, & fluxionem parit, quæ pro loco in quẽ in-

fluit, varios morbos gignit: phthiſin quidẽ, ſi in pulmones: arthritidẽ, ſi in articulos: laſſitudinẽ, ſi in muſculos. Pituita autẽ febres quotidianas, œdemata, morbos comitiales, & hydropes. Flaua bilis febres tertianas, cauſos, eryſipelata, & herpetes. Atra verò bilis febres quartanas, cãcros, carbũculos, elephãtiaſes. Mordax humor ac ſalſus pruritũ, ſcabiẽ, & ſimiles affectus. Putris materia in inteſtinis & ventre lũbricos, venenati humores ſyncopas, & animi deliquia, ac tandem mortem. Augentur autem eiuſmodi humores aliquando quidem ab ea cauſa quæ primùm eos genuit, aliquando verò victus ratione. Cauſa igitur quæ hos humores procreat, duplex eſt, altera materia, altera efficiens. Materia, ex qua quidẽ & fiunt & augẽtur, cibi ſunt & potus. Craſsi enim craſſum, viſcoſi viſcoſum, acres acrem humorem generant. Cauſa efficiens facultas eſt ſanguinis procreatrix, quæ in iecore primùm, deinde venis ſita eſt, ea ex elemẽtorũ miſtione conſtat, quare ſi probè miſta ſint, validã: ſi improbè, inualidam hãc eſſe oportet. Iecur igitur temperatum, ſanguinem: frigidum, pituitam: calidum, bilem gignit. Quũ ergo aut antecedens victus ratio, aut iecoris intemperies, aut vtrunque, humorem vitioſum in corpore genuerunt, ſi vitioſus

cib

cibus,& qui ſimilem priori ſanguinẽ gignit, adhibeatur,maneatq; eadem iecoris intemperies,neceſſariò augetur humoris vitiũ nõ ſolùm quantitate, ſed & qualitate. Quum
H verò corporis humores probi ſunt, ſed victus ratio eſt improba, hoc eſt ex qua ſuccus craſſus viſcoſus calidus frigidus acris aut venenatus generatur,humorum malignitas increſcit.Non enim ſolùm ſua præſentia victus eiuſmodi humoris molem auget,ſed & præcedentem corrumpit.Nã animal quantumcunque probum ſanguinẽ habeat,ſi prauis cibis veſci aſſueſcat, malignis humoribus corpus implebit.

Horum autem curandorum duplex eſt ſcopus,nempe immutatio,& euacuatio.Immutantur uel ab ipſo corpore eos concoquente, uel à quibuſdam medica-
A *mentis,in quibus tũ ea continentur quæ animaliũ uenenis medentur,græci ἰοβολα uocant:tũ quæ exitialia pharmaca permutant.*

Humores in quibus cõmemoratũ cauſarũ genus verſari modò dicebamus,alii ſola quantitate, alii ſola qualitate delinquunt, vt craſsi, viſcoſi, calidi & frigidi. Alii tota ſubſtantia naturaque cõtrarii ſunt,vt acres,

putres, & venenati. Primi ſola vacuatione egent, ſecundos in ſubſtantiam noſtram natura interdum ſola, interdum verò adhibita cõtraria qualitate mutat. Frigidos enim calida, & frigida calidos: craſſos tenuantia, & lentos incidentia ad naturalem ſtatũ no- B biſq́ue familiarẽ perducunt, atque hi vacuatione non egent, niſi qualitate redundent: acres verò ac putres venenatiq́ue in meliorem quidem ſtatum mutari poſſunt, ſed in ſubſtantiam noſtram nõ poſſunt, vt cui tota ſubſtantia contrarii ſint. Mutãtur autem putres quidem & acres à natiuo calore in pus, aut aliud quidpiam puri ſimile: poſteà verò aut ab excretrice facultate expelluntur, aut à medicamentis expurgantur. Venenati autem quodammodo immutantur, nõ autem vel in pus; vel in ſubſtantiam noſtrã conuertuntur, exui tamen eorũ malitia po- C teſt, aut foras protrudi medicamentis quæ græci alexiteria vocant, cuiuſmodi eſt antidotus theriacæ. Quoniam igitur venena aut ſua frigiditate, aut calore, aut tota ſubſtantia lædunt, adhibenda ea ſunt quæ calfaciant, ſi frigidum: vel refrigerent, ſi calidum: vel exiccent, ſi humidum: vel humectent, ſi ſiccum id ſit: vel ſi tota ſubſtantia contrarium ſit, quæ immutent, ac innocentius reddãt. Hæc autẽ media eſſe oportet

tet inter corpus & venena. Nã quæ propinquiora veneno ſunt, vt venenũ lædunt: quæ verò à veneno plurimũ diſtãt, corpori nihil
D proſunt. Similiter autẽ largius ſumpta, grauem noxam corpori inferunt: parcius verò, à natura vincuntur: proindeque nihil aut parum proſunt, quare ea mediocri mole ſunt exhibenda, vt Galenus libro quinto de ſimplicium medicamẽtorũ facultatibus docet.

Euacuantur autem à medicamentis potenter calfacientibus, & purgationibus, clyſteribus, & ſudoribus, & uomitionibus, atque hæ ſunt communes eorum uacuationes. Propriæ *uerò ex locis in quibus aceruantur, ſumuntur: quẽadmodum in libris de ſanitate tuenda, præſertim tertio & quarto docuimus,*
E *ubi de laßitudinibus aliјſque laßitudini proximis affectibus diſputauimus.* Prõptius *enim primarum uenarum excrementa per uentrẽ, iecoris uerò per urinas expellũtur, & per ſudores, qui in toto corporis habitu continẽtur: quẽadmodum per palatũ aut nares aut utrunque, quæ caput occupãt: & quæ in latis*

thoracis ſpatijs ſunt, per guttur unà cũ tuſsi reijciuntur. Quæ uerò in renibus uel ueſica reſident, per urinas.

Humores, vt modò dicebam, alii immutari à natura in ſubſtantiã noſtram poſſunt: F atq; hi vacuatione non egent. Alii verò nõ poſſunt, ideoq; vacuatione egent. Vacuantur auté ſectione venæ, calfacientibus medicamẽtis, purgationibus, clyſteribus, aut ſudoribus. Multitudo enim humoris in venis, vacuationem quæ venæ ſectione fit, poſtulat: quæ autem qualitate delinquunt, alias vacuationis differentias deſiderant, quæ à locis in quibus reſident, deſumuntur. Quum igitur vacuatio per affectũ locum, aut affecto loco quam maximè fieri poteſt commodè vicinum facienda ſit: quæ in ſimis iecoris partibus primiſq; eius venis, ſunt per ventrem: quæ verò in gibbis, per vrinas vacuantur: G priora purgãtibus, poſteriora diureticis medicamentis. Per ſudores verò, quæ in toto corporis habitu reſidẽt, adhibitis frictionibus, vnctionibus, exercitationibus, aliiſq; ſimilibus, quæ Galenus θερμὰ ἱκανῶς eſſe iubet, hoc eſt quãtũ res ipſa efflagitat, calida. De quibus idem autor libro tertio & quarto de ſanitate tuẽda abundè tractauit. In tertio quidem de apotherapia & laſsitudinibus

ex exercitatione partis, quarto verò de ſpõ tè natis laſsitudinibus. Quæ verò in capite ſunt per palatum quidem extrahuntur dia-
H maſſematis & gargariſmis: per nares verò errhinis. At quæ in thorace continentur, cũ tuſsi per aſperam arteriam reiiciuntur: per vrinas verò, quæ in veſica & renibus ſunt. Commodè enim per has vias ex antè dictis locis excrementa vacuantur.

Retrahendi autem ad lõginquiſsima, communis eſt omniũ partiũ indicatio, quẽadmodum deriuandi ad propinqua.

Ἀντίσπασις eſt fluentis humoris retractio in partem aduerſam: quam ad longinqua faciendã eſſe nũc docet Galenus. Quod perpetuò verũ nõ eſt. Neceſſariò enim ad propinqua fit, quũ excretrix facultas vehemẽ-
A ter eſt cõcitata, morbus magnus eſt, celereq; remediũ efflagitat, & humor cũ graui periculo in affectã partẽ influit: vt in commẽtariis noſtris in poſteriorem Galeni librũ ad Glaucoñe docuimus. Quòd ſi affectus exiguus ſit, nec celerẽ curationẽ expoſcat, nulliũq; periculũ ex fluxione timeatur, ad lõginquũ retrahere oportet: vt in humorum fluxione quæ ad genu fit. Hæc enim pars ſine periculo fluxionem excipit, nec præceps remedium requirit. Itaque in longinqua

flux

fluxionem reuocare oportet, humor verò quum iam locũ obſedit, non retrahi in longinquã partem, ſed in vicinam deriuari debet. De his autem nunc fuſius diſputare ſuperuacuum foret, quum in antè dictis commentariis abundè ſint pertractata. B

Quæcũque uerò eiuſmodi affectiones curant, ſalubres cauſæ dicuntur: quemadmodum morboſæ, quæ has adaugent: & neutræ, quæ neque lædunt, neque iuuant. Poſſet *autem quiſpiam ne quidem cauſas omnino appellare, quales multi ſophiſtæ ſunt, qui rerum differentias cõtemnunt, plurimum uerò temporis in nominibus conterunt: aduerſus quos in aliis operibus plurima ſcripſimus.* Hæc *igitur eſt artis pars quæ prophylactice dicitur.* C

Quæ antedictas affectiones, inquit, ſummouent, cauſæ ſalubres dicuntur: quæ verò adaugẽt, morboſæ: quæ nec augent nec tollunt, neutræ appellantur. Quemadmodum enim corporis affectus omnes inter ſalubrẽ & morboſum tam ſimpliciter, quàm in præſentia conſtituti, neutri dicuntur, ita & cauſæ omnes inter ſalubres & morboſas tam

ſim

D ſimpliciter quàm in præſentia, neutræ vocã tur. Salubres dico, quæ ſanitatem tuentur, corrigũt aut efficiunt. Morboſas verò, quæ morbum adferunt vel augent vel fouent. Neutras verò, quæ nec hoc, nec illud efficiunt: hoc eſt quæ nec morbum gignunt vel augent vel fouent, nec ſanitatem tuẽtur, vel corrigunt, vel efficiunt: ſed medium inter vtrunque extremum ſtatum quem neutrum appellamus, ſeruant. Quoniam igitur propoſiti affectus neutri ſunt cauſæ quæ hos ſeruant, quæ ſcilicet nec obſunt nec iuuãt, neutræ erunt. Quemadmodum enim quæ optimam ſanitatem tuentur cauſæ, quæq́ue mediam inter optimam & neutram vel tuentur E vel corrigunt ſalubres: & quæ morboſum ſtatum vel adferunt vel augent, morboſæ: ita quæ neutrum ſtatum ſeruant fouentq́;, neutræ appellantur.

*Conualeſcentibus autẽ ex morbo, ac ſenibus ea debetur uictus ratio, quæ græcis analeptice & anathreptice dicitur, hoc eſt inſtauratrix & altrix. Qualis uerò ſit eorum affectio, & quibus potiſsimùm cauſis ad naturalẽ ſtatum reuocentur, in libris de curandi ratione la*F *tè ac diffuſè diſputatum eſt: in hoc au-*

tem

tem opere ſummatim docebimus.

Analeptice, victus ratio eſt, quæ conualeſcentium ex morbo vires reparat: Gerocomice, quæ ſanitati ſenum proſpicit, vtriſque communis eſt anathreptice. Nam tam conualeſcentes quàm ſenes eodem ferè modo aluntur atq; reficiũtur. Quoniã autẽ ex leui occaſione ſenilis ſtatus in morbum decidit, ſimili victus ratione his qui ex morbo conualeſcunt, curari debent. Hæc autẽ media eſt inter eam quæ ſanorum propria eſt, & eam quæ ægrotantiũ: vt mox docebitur. G

Eiuſmodi igitur eſt hæc affectio. Probus quidem ſanguis eſt, ſed paucus, cum quo & ſpiritus uitalis, ut uocant, & animalis. Solidæ quoque partes ſicciores, unde & earum uires imbecilliores, ob quas uniuerſum corpus frigidius exiſtit.

Videtur hoc loco Galenus de his ſolùm qui ex morbo calido & ſicco conualeſcunt, verba facere. Maximè enim eiuſmodi morbus humiditatem diſsipat, & partes ſolidas vniuerſumq; corporis habitũ deſiccat. Sed H ſi rem penitus intueamur, nullum omnino corporis totius morbum inueniemus, qui ſi diutius perſeueret, hæc mala non inuehat,

ſiue

ſiue is calidus ſiue frigidus ſit, ſiue ſiccus ſiue humidus, ſiue ex his miſtus, ſemper enim imbecillitatem gignit, imbecillitas verò atrophiam, vt quæ aut parũ aut nihil concoquat, vnde ſequitur ſanguinis & ſpirituum penuria, totiusque corporis refrigeratio, ac caloris natiui inopia: vnde ſolidæ partes infirmæ redduntur. Negare enim nolim eiuſmodi incõmoda ex calidis ſiccisque morbis quàm frigidis & humidis maiora naſci. Quòd verò id ſanguinis quod in conualeſcentibus
A relinquitur, probum ſit, vel ex eo conſtat, quòd corpus tum ab humoribus vitioſis purum ſit: alioqui conualeſcentium ſtatus omnino morboſus eſſet. Siue igitur morbus qui præceſsit, ex humorũ vitio natus ſit, ſiue ex ſola intemperie, cõualeſcentiũ corpus vitioſorum humorũ expers eſſe debet. Nam non alio modo cõualeſcere corpus dicitur. Senum verò ſanguis non ſimpliciter, ſed pro ætatis ratione probus eſt.

Salubres autem cauſæ commemoratam affectionem emendant, quæ, ut ſummatim dicam, celeriter ac tutò corpus
B *alunt: particulatim uerò, moderatus motus, cibus, potus, & ſomnus. Motuũ uerò materia, geſtationes ſunt, ambulatio-*

nes, frictiones, & balneæ. Quòd ſi ex his multò melius habeant, quotidiana opera paulatim tractent. Cibos autẽ interdum quidẽ humidos coctuq; faciles & minimè frigidos ſumant, tẽporis uerò progreſſu & eos qui uberius alant. Commodè uerò in potu uinum datur, ætate quidem medium, forma uerò purum ac pellucidum, ſiue id album ſit, ſiue ſubflauum: odore iucũdum, quod guſtu nec aquam omnino, nec uehemẽtem aliquam qualitatem referat. Itaque nec dulce ſit, nec acre, nec amarum. De his autem, ut modò dicebam, in libris de curandi ratione fuſiſsime eſt diſputatum. C

Dubitari poteſt an quemadmodum conualeſcentium, ita ſenilis ſtatus inſtaurari dicatur, an potius conſeruari. Cõualeſcentes enim in priſtinum ſtatum redeunt, at ſenes reuera non redeunt, ſed tantùm in ſuo naturali ſtatu conſeruantur, aut certè impediuntur ne præproperè ad extremum ſeniũ perueniant. Ipſis tamen quemadmodum cõualeſcentibus ex morbo analepticem tribuit Galenus. Vt id autem melius intelligamus, D

reuocãda in memoriã ſunt quæ modò dicebamus: nimirum ſimilem rationem conualeſcentes ex morbo, ac ſenes deſiderare, ob id quòd ſimili ferè affectu ambo laborent. Ideò analepticem quam conualeſcentium propriam eſſe diximus, congruere ſenibus idem autor ſcribit. Quæ igitur horum amborum affectiones emendant cauſæ, vt loquitur Galenus, ex eorum genere ſunt, quæ celeriter ac tutò corpus alũt. Celeriter quidem, ne ſi tardius quod exhibetur alat, vires deficiant. Tutò verò, quoniã non omnẽ cibum ac potum caloris imbecillitas confi-
E cere poteſt. Cæterùm celeriter alunt, cibus humidus, quique facilè concoquitur, vt ptiſſanæ ſorbitiones, lac, & alia id genus: vinum ætate medium, purum, defecatumque ac lucidum, odore iucundum, guſtu neque aquam neque aliam vehemẽtem alienamq; qualitatem referente, ſiue id album, ſiue flauum ſit, humidus enim cibus facilè à ventre conficitur, & deducitur in emaciatum morbo corpus, ipſumq; alit ac inſtaurat. Vinum verò quale modò declaratum eſt, ſtatim in corpus transfertur, caloriſque natiui potiſſimùm ſubſtantiam reparat. Contrà cibus
F viſcoſus craſſus durus frigidus, atque vt ſemel dicam, concoctioni contumax, omnino fugiendus eſt, vt qui nec celeriter alat

(tardè enim vt diximus conficitur) nec tutò: vires enim lædit ac obruit. Eadem ratione vinum rubrum & craſſum tardè recipit concoctionem, moramq́ue in ventre trahit. Aquoſum verò ſubſtantiam quæ periit, non reparat. Acre & amarum contractam ex morbo & ætate ſiccitatem auget. Hæc notiora ſunt quàm vt fuſius explicari debeant, præſertim cum de his Galenus libro ſeptimo de curandi ratione, & quinto de ſanitate tuenda abundè tractarit.

Nunc enim ſingula percurrere non G *ſtatuimus, ſed tantùm eorum quæ in alijs operibus fuſè diſputata ſunt, capita commemorare: quorum ubi numerum & qualitatem recenſuero, huic libro finem imponam. Antè autem diximus alterum eſſe librum in quo de conſtitutione artis medicæ diſſeruimus: quē duo priores de artium conſtitutione præcedunt, uerùm hi quidem unà cum hoc quem nunc abſoluimus, in eorum ordine quos fuſè lateq; tractauimus, numerandi non ſunt. Illi uerò hunc habent* H *ordinem: De elementis iuxta* Hippocra*tis*

tis ſententiam, liber unus: quem tres de temperamentis ſequuntur: quorum duo priores de animantium, tertius uerò de medicamentorum temperamentis tractat. Eam ob rem opus de ſimplicium medicamentorum facultatibus, probè intelligi non poteſt, niſi tertio de temperamentis accuratè cognito. Alius autem liber exiguus, cui titulus eſt de inæquali intemperie, duos priores de elementis ſequitur. Cui ſimiliter alij duo parui ſuccedunt: quorum alter de optima corpo-
A *ris conſtitutione, alter de bono habitu inſcribitur. Sequitur aliud opus quod tres libros cõplectitur, de naturalibus facultatibus: quod, ſi lubet, aut poſt duos de tẽperamentis, aut poſt librũ de elemẽtis legere poteris. Poſt hũc uerò in pluribus libris de functionibus animæ diſſeruimus. Quoniã autẽ ad eas demonſtrandas non parum conferũt ea quæ ex corporum diſſectionibus nobis apparent, prius in illis te exercere oportet: quorũ*

maximè utilis eſt liber qui de anatomicis adminiſtrationibus inſcribitur. Præter hos autem plures alij ſunt, quorum duo de diſſectionis diſſenſione, unus uerò de mortuorum diſſectione: quos ordine ſequuntur duo de uiuentium diſſectione. In alijs uerò quibuſdam ſpeciatim ad initiatos de oſsibus conſcripſimus: in quo genere muſculorum, neruorum, arteriarum & uenarum diſſectio, & alia id genus habentur. Et liber cui titulus eſt, an ſanguis natura in arterijs continetur. Eorum uerò qui partium actiones produnt, duo quidem ſunt de muſculorum, tres uerò de thoracis & pulmonis motu: quibus deinceps ſuccedit liber de reſpirationis cauſis, poſt hunc liber de uoce. De animæ principatu, ac alijs omnibus quæ naturæ & animæ actiones inquirunt ac ſcrutantur, in opere de Hippocratis & Platonis placitis (quod ex multis libris conſtat) tractauimus. In eodem cõtemplationis genere ſunt B C

ſunt libri de ſemine, quos ſeorſum ſcri=
pſimus. Item de corporum diſſectione
Hippocratis: quibus omnibus ſuccedit
D opus de uſu partium. Ad morborũ autẽ
cognitionem liber de locis affectis con=
fert, & de pulſibus: in quo & de præno
tione docemus. Librũ uerò de pulſibus
alij duo præcedunt, unus quidem de re=
ſpirationis, alter de pulſuum uſu. Liber
autem de pulſibus in quatuor diſtribui=
tur: unum quidem de eorum differẽtijs,
alterum autem de cognitione, tertium de
eorum cauſis, & quartum de ea quæ ex
pulſibus ſumitur prænotione. In hoc ge
nere eſt liber ad initiatos, qui de pulſi=
bus inſcribitur. Alium uerò librum ue=
lut omnium horum compẽdium ſcribe=
E re in animo eſt, quem uel artem de pulſi
bus, uel cõpendium inſcribam. Ad hanc
autẽ cõtemplationem cõferunt quæ in li
brum Archigenis de pulſibus enarra=
mus ac interpretamur. Maximè uerò ad
prænotiones cõducit cõmentatio de iudi

cijs: quã liber de diebus iudiciarijs præcedit. Sed et de ſpirãdi difficultate opus, tum ad præſentis affectus cognitionem, tum ad prænoſcendum tam bonũ quàm malum morbi ſucceſſum eſt utile. Omnium igitur horum nõnullorumq; aliorum ſingularium librorũ cognitio utilis eſt: cuiuſmodi eſt de cauſis euidentibus, de medica experientia, de extenuãte uictu, & de uenarum ſectione ad Eraſiſtratum, & de tumoribus præter naturam, ſimiliter autem & de plenitudine, & id genus alij. Ad curandi autem rationem, omnium maximè neceſſarij ſunt de morborum & ſymptomatum differentijs libri tres, in quibus morborum cauſæ tractantur. Præter hos alij tres ſunt in quibus explicantur ſymptomatũ cauſæ. Sunt & de ſimpliciũ medicamentorum facultatibus libri, de quibus antè meminimus: & de medicamentorum cõpoſitione, quibus libri de curandi ratione ſuccedunt. Seorſum autem de ualetudine

dine tuenda opus ſcripſimus. Quod uerò ante hos omnes exerceri in opere de demonſtratione eum oporteat, qui artem cum ratione tractaturus ſit, in libro de optima ſecta declaratum eſt. Reliquos autem libros ac commentarios à nobis conſcriptos nunc percurrere neceſſarium non eſt, quum de hiſce

H *omnibus alibi ſimus tractaturi in uno atque fortè altero libro quem ita inſcribemus, Galeni de proprijs libris.*

Poſt tam fuſam luculentamq; Iacobi Syluii medici doctiſsimi explicationem ordinis legendorum librorum non folùm Galeni & Hippocratis, ſed & recentium quorundam medicorum, de ea diſputare non ſtatueram: ſed nõnulli ex amicis noſtris laborem hũc importunis ſuis efflagitationibus, ſubire me coëgerunt, mutilos enim fore aiebant commentarios hos, niſi vltimum hunc locum de ordine legendorum Galeni libro-

A rum exponerem. Quod cum honeſtè negare non poſſem, hunc quam potui diligentiſſimè conſcripſi.

Initio igitur huius operis triplicẽ eſſe omnẽ docendi rationem indicauimus: vnam

quæ ex finis notione per reſolutionem fit: atque hanc inueniendis conſtituendisq; artibus eſſe dicatam. Alteram huic contrariã, ex eorum compoſitione quæ reſoluẽdo inuenta fuerunt, natã: eamq; tradendis diſciplinis per finis reſolutionem inuentis, maximè eſſe neceſſariam. Tertiam verò quæ ex definitionis diſſolutione fit, ad artis memoriam habendam. Triplex igitur diſponendorum Galeni librorum erit ratio. Prima ab his auſpicatur, qui ſanitatem tueri, emendareq;, & morbum profligare docét, ad eos vſque, qui artis elementa tradunt, procedés, perpetuò ordinem ſeruans qui ex finis reſolutione inuentus fuit. Cum igitur propoſitus finis ſit corpus ſanum vel tueri vel emendare ſi ita videatur, & ægrotum à morbo vindicare: cumq; ſanitas morbũ natura præcedat: primum ab his ſumẽdum initium eſt, qui ſanitatem tueri & corrigere, deinde ab his qui morbum propellere docent. Seruandæ autem ſanitatis ratio, & morborum curatio, in aſſumendis, efficiendis, educendis, & foris incidẽtibus poſita eſt: vt antè declaratum eſt: quæ rite adminiſtrata ſanitatem ſeruant & morbũ propellũt. Vt igitur rectè adminiſtrentur, cognoſcenda ſunt corpora quibus ipſa adhibentur. Rurſus corpora non noſcuntur niſi cognitis eorum partibus, quæ B C

ex

ex ſua ſubſtantia,magnitudine,formatione, ſitu,& numero cognoſcuntur.Reſoluendũ igitur corpus eſt in omnes ſuas partes: quod nobis incidendi corpora ratio ſuggerit. Re ſolutas medicus contemplatur,cuius ſcilicet ſint ſubſtantiæ,mollíſne an duræ,cuius ma-
D gnitudinis & figuræ, quot numero ſint, & quo modo inter ſe collocatæ. Nihil enim temerè ſed boni gratia omnia natura facit. Ex ſimplicibus verò compoſitæ cognoſcũtur. At ſatis nõ eſt harum notitiam habere, ſed earum facultates,officia,actionesq́;,quorũ gratia ipſæ conditæ ſunt, veſtigare opor tet:quid muſculi, verbi gratia,agant, quid oſſa,quid reliquæ ſimplices corporis partes, deinde quid compoſitæ. Actiones per ſe nobis conſpicuæ ſunt,facultates verò per actio nes. Ex partium temperamentis naſcuntur facultates,ex his actiones. Temperamẽtum igitur natura facultate prius eſt,facultas ve-
E rò actione. Ad ſenſum verò actiones primæ ſunt,deinde facultates,poſteà autem tempe raturæ, poſtrema verò elementa ex quibus hæ conſtant. A fine igitur conſtituto,nempe ſanitate, ad elementa vſque deſcendimus. Itaque ſi ordine libros diſponas,in primo lo co opera quæ ſanitatẽ tueri,& morbos profligare docent,ſtatuenda ſunt, deinde reliqua eo ordine collocanda, quo facta fuit rẽ

ſolutio. Quòd ſi compoſitionis ordine ea diſponas, ab his quæ elementa tradunt, ad ea quæ ſanitatem tuentur, & morbum propellunt, procedendum eſt, eo collocando ordine, quo fit ad finem reditus: vt poſteà docebimus. Ad id igitur vnde digreſsi ſumus reuertamur. Scrutandæ itaque ſunt partium actiones ex opere de vſu partium, & aliis anatomicis libris. Nam in vnaquaque parte ingenita facultas eſt pro eius temperamenti ratione. Ex facultate verò actio naſcitur. Cũ igitur nulla pars in corpore ſit quæ officio aliquo vacet, quæq; vſum aliquem non præſtet, alia alium pro ſua ſubſtantia, magnitudine, forma & compoſitione: vnamquanque vt eſt ſeruare oportet: & ſi quomodo vitiata ſit, ad meliorem ſtatum reducere. Vitium autem magna ex parte deprehẽdimus cum ex aliis multis, tum ex eius actione læſa: vt antè declaratum eſt. Cæterùm cũ duplex ſit partium genus, vnum primarum ac ſimplicium, alterum quod ex his compoſitũ eſt, quod quia abſolutam perfectãq; actionem edit, inſtrumentum dicitur: duplex erit virtus & vitium, inſtrumentorum quidem in magnitudine, formatiõe, numero, & ſitu: ſimpliciũ autem partium, quoniam ex quatuor naturę elementis conſtãt, hoc eſt igni, aëre, aqua, terra: aut, ſi mauis, calido, frigido, hum

humido,& ſicco: virtus quidem in modera-
H tione, vitium verò in immoderatione poſi-
tum. Neceſſaria igitur & hic eſt librorum
de elementis, de temperamẽtis,& de ſimpli-
cium medicamentorum facultatibus cogni-
tio. Ex quatuor enim elementis inter ſe
temperatis corpus vnum ſimplex naſcitur,
quod pro miſtionis qualitate aliam atque
aliam habet naturã. Aliud enim os eſt, aliud
caro, aliud membrana, aliud vena, aliud ar-
teria, aliud aliam naturã ſortitum. Tot igi-
tur ſunt ſimplicium corporum ſimplices dif
ferentiæ, quot ſunt elementa, nempe calidũ,
frigidum, humidum,& ſiccum: & totidẽ cõ-
poſitæ, calidum & humidũ, calidũ & ſiccũ,
frigidũ & humidũ, frigidũ & ſiccũ: & vnum
A tẽperatiſsimũ: quorũ virtus in ſymmetria,
hoc eſt conueniẽtia, vitiũ verò in ametria,
id eſt diſcrepantia elementorũ poſitũ eſt: vt
modò dicebamus. Totidẽ igitur morbi ſim
plices ſunt, quot intemperaturarũ actionem
manifeſtè lædentium differentiæ. Ad eun-
dem modum inſtrumentorum virtus & vi-
tium in magnitudine, conformatione, nume
ro,& ſitu poſita ſunt. Virtus quidẽ, ſi ſecũdũ
naturã: vitium verò, ſi præter naturam ha-
beant. Illa igitur probas, hæc improbas a-
ctiones edunt: ex quibus ſanitatis & morbi
definitiones veſtigamus. Quoniam rurſus

pro

probæ actiones aliȩ aliis ſunt meliores,mul B
tæ erūt ſanitatis differentiæ,aliæ aliis perfe
ctiores. Vna igitur optima eſt,quæ optimas
edit actiones. Reliquæ ab ea declinantes,
ſed tamen ſalubres magis aut minus, prout
ab optima minus aut magis deflectunt:vt fu
ſè antè declaratum eſt. Cognito autem cor
pore,eiusq; partibus tam ſimplicibus quàm
compoſitis,earum quoque affectibus, ad re
mediorum naturam veniendum eſt, quæ in
quatuor conſiſtere antè docuimus,nempe
aſſumendis, vacuandis, efficiendis, & foris
incidentibus:quorum materia ex libris de
alimentorum facultatibus, de boni maliq; C
ſucci cibis,de extenuante victu,& aliis quā-
plurimis ad tuendam valetudinem ſpectanti
bus petenda eſt:quemadmodum ad morbū
depellendum ex libris de ſimplicium medi-
camentorum facultatibus,de compoſitione
medicamentorum, & aliis quos paulò pòſt
fuſius explicabimus. Horum itaq; neceſſa-
ria eſt cognitio:priorum quidem ad ſanita-
tem tuendam ac emendandam: poſteriorū
verò vſus ad propellendos morbos neceſſa-
rius eſt. Ex his palam eſt neceſſariam ad re-
ctā curationē eſſe cognitionē corporis,eius
partiū,& affectuum qui in ipſa incidunt,eo- D
rumq; magnitudinis. Affectæ quoq; partis
naturæ,eiusq; ſitus,cōformationis,& ſocie-
ta

tatis quam cũ aliis habet partibus. Ad eũdẽ modũ remediorũ natura cognoſcenda eſt: alioqui nec qualitas nec quãtitas eius rectè adhiberi poſſet. Hic igitur neceſſarii libri ſunt de vſu partium, de differentiis & cauſis morborum & ſymptomatum, de locis affectis, & alii quos in compoſitionis ordine recẽſebimus. Cæterùm cum morbus alius aliã requirat victus rationem (longus enim vberiorem, celer & acutus parciorem) eius exitus ac finis præcognoſci debet ad eã victus rationẽ inſtituendam. Morbi terminus inue-

E nitur ex eius magnitudine, & virtutis robore, & propriis actionibus. Itaque libri de pulſibus, de iudiciis, & iudiciariis diebus, & id genus alii hic collocandi ſunt. Ex his perſpicuum eſt, ſi à fine ad ea quæ ad finem referũtur, procedamus, quos libros primò, quos ſecũdò & tertiò, quos deinceps legere oporteat. Sed quoniam is ordo ad tradendas diſciplinas parum aptus eſt, aliam diſpoſitionis rationem ad docendas ediſcendasque artes commodiorem ſcribemus, priori contrariam, ſecundum eorum compoſitionem quæ per finis reſolutionem inuenta fue-

F runt. Quoniam igitur in priore ordine à libris qui tueri ac emendare ſanitatem docent, initium ſumebamus, deinde ab his qui morbos profligare, ad eos in quibus artis

ele

elementa traduntur, procedentes, in qua re
tractanda neceſſariam eſſe corporis eiusq;
partium cognitionem dicebamus, atq; ideò
ipſum vſque ad ſimpliciſsimas eius partes &
elementa ipſa reſoluimus: in compoſitio-
nis ordine ab his qui elementa docent, con-
trario proceſſu ad finem aſcendentes auſpi-
cabimur. Tractanda igitur primùm ſunt ele
menta, deinde natæ ex his ſimplices ac pri-
mæ corporis partes, poſteà reliquæ, grada- G
tim ad finem aſcendendo. Elementa qua-
tuor ſunt, ignis, aër, aqua, terra: aut ſi mauis,
vt Galenus, calidum, frigidum, humidum, &
ſiccum, ex quorum miſtione ac temperatio-
ne omnia quæ in hoc orbe condita ſunt, gi-
gnuntur, & in ea reſoluuntur. Miſtionis au-
tem rationem habebimus, ſi ſingulorum
ſeorſum naturam nouerimus. Cognoſce-
mus autem, ſi quæ in vnoquoque cernuntur,
accuratè expenderimus. Ignis igitur omniũ
calidiſsimus & tenuiſsimus eſt, cieturq́ue &
agitatur motu ſuo. Aër humidiſsimus, ac
remiſſe calidus: tenuitateq́ue partium pol- H
let, ſed minore quàm ignis. Aqua igni con-
traria eſt, quatenus attinet ad primas quali-
tates. Etenim elementorum omnium frigi-
diſsima eſt, ſed minus quàm aër humida,
ſubtilis, & tenuis, vt autor eſt Ariſtoteles.
Terra verò ſicciſsima, & minus quàm aqua
frig

frigida, quatenus ad alias qualitates attinet, cum aliis elementis enim maximè igni contraria eſt, craſſa enim & denſa eſt, Cæterùm ſummè contraria elementa, loco ſibi proxima non ſunt, ſed inter ea alia ſunt poſita, quæ vt vtroque participant, ita vtrique ſunt contraria, ſed non ſummè. Nam inter ignē
A & aquam, quæ maximè pugnant (calidus enim & ſiccus ignis eſt, aqua verò frigida & humida) poſitus aër eſt, qui ſuo calore cum igni, & humiditate cum aqua communicat. Ad eundem modum aër & terra pugnant. Ille enim humidus & calidus eſt, hæc verò ſicca & frigida. Igitur his interpoſita aqua eſt, quæ & vtriuſque particeps eſt, & vtrique contraria, communem enim humiditatem habet cum aëre, & frigiditatem cum terra. Quatenus verò humida eſt, terræ ſiccitati: & quatenus frigida, aëris calori repugnat. Quod ideò à natura factum eſt,
B vt melius ac facilius elementa miſceri poſſent. Nam ſummè contraria in ſe mutuò non facilè tranſeunt, neutrum enim alterum vincit: ſed tamen luctando vtrunque vim acrimoniamque ſuam remittit. Quæ verò qualitatem aliquam communem habent, in ſe promptè tranſeunt. Hinc fit vt elementa pura non ſint, niſi fortè (vt tradit Ariſtoteles) ignis, qui nec vbique pur

purus eſt,qua parte enim aëri iungitur, miſtam habet naturam,nempe ſuam & aëreã, iuxta verò orbis lunæ concauum, puriſsimum eſſe veriſimile eſt, cum aër ad eam partem peruenire non poſsit, quin prius ab igni immutationem acceperit, ob ſuæ mutationis facilitatem,ignis vehementiam,& diſtantiæ longitudinẽ. Sed ad id vnde digreſsi ſumus,redeamus. Ignis igitur in aërẽ, & aër in ignem facilè mutatur. Idem ſimiliter in aquam,& hæc in aërem: quemadmodum aqua in terram,& hæc in aquam. Ignis verò in aquam,& hæc in ignem non protinus tranſit,ſed aëris interuentu. Ad eundem modum aër & terra ſe habent. Facilè igitur ignis cum aëre miſcetur, & aër cum aqua, & aqua cum terra. Contrà ignis ægrè cũ aqua: quanquam tamẽ facilius cum reliquis omnibus quàm reliqua cũ reliquis. Efficaciſsimus enim eius calor eſt, qui cum tenuitate iunctus promptè ſe miſcet ac inſinuat cum omnibus reliquis elementis, quæ tota per tota motu ſuo agitando primùm commiſcet, deinde tempore ſequeſtrat, & ſequeſtrata cogit,feruat ac continet,quod in muſto cernitur,primùm enim feruor omnes vini partes confundit,deinde tempore ſeparat,craſſiores enim ad vaſis imum,ſubtiliores ad ſummum tranſmittit:vini autem ſubſtantiã

in

in medio collocat. Atque hanc ignis portio nem in vnaquaq; re genita natiuum calorẽ dicimus, elementa miſcentem, & mixta con ſeruantem. In homine igitur (nã de eo præcipuè noſtra eſt diſputatio) variæ partes vi-
E ſuntur ſimplices, inter ſe tota ſubſtantia diffe rẽtes, caloris huius beneficio ſeparatę, & in ſua natura cõſeruatæ. Quoniã ignis calor, vt modò dicebamus, efficaciſsimus ac vehe mentiſsimus eſt, obiecta eſt illi aquæ frigiditas, quæ eius vim ac impetum retunderet. alioqui enim non aliorũ ſolùm elemẽtorũ ſubſtãtias diſsipaturus erat ac demoliturus, ſed & ſuã. Itaq; ad concordiã elemẽta peruenĩũt, ſummã, ſi pares ſint eorũ facultates: non ſummã, ſi impares. Nõnunquã enim calidũ, nonnunquã frigidum, quẽadmodũ hu-
F midum aliquãdo. & nõnunquã ſiccũ, interdum ex his duo ſimul ſuperiora ſunt: atque horum omnium rurſus infinitæ propemodũ ſunt differentiæ, vnde infinitæ ſunt rerum ſpecies quæ in hoc orbe generantur. Cũ rurſus ignis ob ſuam tenuitatem, facilè diſsipari poſsit: cum terra, quæ compacta eſt, dura ac denſa, miſcetur, vt ipſe in ea diutius ſeruetur. Eodem modo ſiccitas humiditati obiecta eſt, vt tandem facultatis ſuæ impetum ac vim vtraque remitteret: quemadmodum calor cum frigiditate iunctus, vt modò

dicebamus. Facultate igitur in omnibus rebus genitis hæ quatuor qualitates ſunt interdũ pares, interdũ impares. Quædã enim cõ tẽperatæ ſunt, quædã calidiores, quædã frigidiores, quædã humidiores, & q̃dã ſicciores: quibus in opus redactis, qualis vnaquæq; res genita ſit, ſenſibus apparet. Cæterũ aẽr & aqua nõ ſolùm ad tẽperationẽ cõtrariorum elementorum, vt antè dictum eſt, miſcentur, ſed aẽr quidẽ vt ipſius ignis, & aqua aẽris ſubſtãtiã foueret, nõ enim ſe ſolũ, ſed reliqua quoq; elemẽta ignis cõſumit, maximeq; ſi in miſtione præpolleat. Præter id, aqua ad colligenda cõtinendaq; miſta elementa velut glutinũ quoddã præbet operã: terra verò reliquorũ elemẽtorũ velut ſubſtratũ eſt. Hæc omnia ex Ariſtotelis phyſiologia, maximeq; ex libris de ortu & interitu petenda ſunt, ex Galeni libro de elemẽtis iuxta Hippocratis ſentẽtiã. Hęc enim genitis rebus omnibus cõia ſunt. Ex elemẽtis, hominis tẽperaturæ naſcũtur, certis limitibus cõcluſæ, quos vltra citraq; prodire nõ poſſunt. Certa enim eſt humanæ vitæ latitudo, quã ſine morte egredi nõ licet. In hac igitur omnes hominis temperaturæ cõtinẽtur, eiusq; portionem aliquam ſingulæ capiunt. Temperata, verbi gratia, in eius medio conſtituta eſt, reliquæ à medio verſus

extrema deflectunt. Aliæ enim ad calidum, aliæ ad frigidum, aliæ ad ſiccum, aliæ ad humidum vergunt, aliæ ad calidum & humidū, & reliquæ pari modo ad latitudinis extrema tendunt, magis aut minus pro præpollentis elemēti portione: vt antè declaratum eſt. Ex his perſpicuum eſt infinitas eſſe temperaturas in maioris & minoris ratione differentes: quarum ſingulæ eius latitudinis portionem aſſumunt. Sed de his fuſius fortè quàm ad præſentem rem attineat diſputamus. Ad inſtitutū igitur redeamus. Quo-
B niam igitur ex elementis hominis temperamenta naſcuntur, libros de elementis ſequuntur tres de temperamentis: quorum duo priores, vt Galenus inquit, de animantium, tertius de medicamentorum temperatione tractant, hunc libri de ſimplicium medicamentorum facultatibus ſequuntur, vt ſine quo facilè intelligi nequeant. Poſt duos de temperamētis libros opuſculum de inæquali intemperie legi debet, vt ex quibus ſtatim pendeat. Quoniam autem ſine temperamentorum diſputatione intelligi an corpus optimè conſtitutum ſit, beneque
C habitum, an contrà, non poteſt: duo exigui libri, vnus de optima corporis conſtitutione, alter de bono habitu, ſequuntur: quanquam opus de facultatibus naturalibus hos

præcedere poteſt. Ex temperamento enim naſcitur facultas,& ex facultate actio. Huic igitur libri de functionibus animæ ſuccedũt: qui cũ ſine partiũ actiones edentiũ cognitione, hoc eſt cuius hæ ſint ſubſtãtiæ, cuius magnitudinis & formationis ſint, & quẽ ſitũ habeãt, intelligi nõ poſſunt, peritiã incidendi corpora requirunt: itaq; legendi hîc ſunt anatomici libri, ac in primis de adminiſtrationibus anatomicis, poſteà de diſſectionis cõtrouerſia,& de viuorum mortuorũq; inciſione, & liber cui titulus eſt an ſanguis natura in arteriis cõtinetur. Ex his autem qui actiones edũt, duo ſunt de muſculorum motu, & tres de thoracis & pulmonis motu: quibus ſuccedit liber de reſpirationis cauſis: poſt hunc liber de voce. De animæ autẽ principatu, de naturæ & animæ functionibus tractant libri de Hippocratis & Platonis placitis: liber itẽ de ſectione, Hippocratis: quos omnes ſequitur opus de vſu partiũ. Libros autẽ de ſemine, vt in quibus de fœtus partibus tractetur, in hoc ordine collocat Galenus. Sunt tamen qui poſt libros de humoribus legendos eſſe autumẽt. His conſtitutis, ad ea veniendum eſt quæ præter naturam in corpus incidunt, deinde ad eorum noſcendorum & curandorum rationem. Quãquam autem Galenus hoc loco libros de

de morborũ ſignis, libris de differentiis & cauſis præponat, videtur tamẽ, ſi propoſitũ ordinẽ ſequamur, hi quàm illi prius legẽdi. Non enim tã accuratè quàm in libris aliis huic rei dicatis ordinẽ ſcribit. Cum igitur morborũ ſigna tradi non poſsint, niſi quid morbus ſit, & quot eius differentiæ, & quæ eius cauſæ, cognitum ſit, præcedere libri de
F differẽtiis & cauſis morborũ & ſymptomatũ debẽt. Hos igitur libros ſequũtur hi qui morborũ affectorũq; locorũ notas tradũt, cuiuſmodi ſunt de locis affectis, & reliqui quos hic Galenus enumerat, quibus proximi ſunt qui morborũ ſucceſſus prænũtiãt, qualis eſt de iudiciis, & de iudiciariis diebus, & id genus alii. In actionibus verò & ſenſus ordine ſigna priora ſunt, vt initio huius operis proditũ eſt. Poſtremò legendi libri ſunt primi quidem, ſi ita tibi lubet, qui ſanitatem tuentur & emendant, deinde qui
G morbum profligant: aut hi primi, deinde illi. Sanitatis tuendæ ac corrigendæ ratio in aſſumendis, efficiendis, vacuãdis, & foris incidentibus conſtituta eſt: vt ſæpe antè dictum eſt: de quibus in libris de ſanitate tuẽda diſputatum eſt: quos ordine præcedunt libri de alimentorum facultatibus, de boni malique ſucci cibis, de tenui victus ratione, & alii id genus. Poſt hos ſequuntur libri de

curatione:in quibus ratio adminiſtrandorũ remediorũ docetur. Libri duo ad Glauconẽ,quos præcedit de tẽperamentis liber tertius. De facultatibus verò ſimpliciũ medicamẽtorũ libri tredecim ſequũtur, de medicamẽtorũ cõpoſitione,& curãdi ratione. Atq; hæc eſt legendorum librorum ratio ſecundum compoſitionis ordinem. Deinceps autem librorum antè dictorum ſeries ſecundum definitionis diſſolutionẽ diſpoſitorũ exponenda eſt:quod vt fiat,reuocãda eſt in memoriam medicinæ definitio:quæ, vt antè dictum eſt,habet ad hunc modũ:Medicinæ ſcientia eſt ſalubriũ,morboſorũ, & neutrorum. Eius igitur partes in quas ſoluitur, ſunt,ſalubria,morboſa,& neutra. Salubria, in corpora, ſigna, & cauſas diuiduntur. Ad eundem modum morboſa,& neutra. Rurſus ſalubria corpora diuiduntur in ea quæ ſimpliciter,& quæ in præſentia talia ſunt,& quæ vt plurimum. Semper ſalubria ſunt, quæ ſtatim ab ortu probam qualitatem, temperamentum,rectamq; partium conſtitutionem nacta ſunt. In præſentia verò ſalubria,quæ nunc ſanitate fruuntur,qualiacunque antea extiterunt. Ad horũ autẽ proportionem morboſa & neutra diuidi poſſunt. Ad quorum perfectam intelligentiam habendam,ac in primis quidem ſalubrium,de-

inde

inde morboſorũ ſeu neutrorũ, legẽdi libri ſunt quos phyſiologicos nonnulli appellãt. Quoniã autẽ ſine elementis tẽperaturis fa-
B cultatibus & actionibus partiũ, ſalubria mor boſa & neutra intelligi non poſſunt: primùm libri de elementis legẽdi ſunt, poſteà de tẽperaturis, de inæquali intẽperie, & optima corporis cõſtitutione, de bono habitu, de facultatibus tũ animæ, tũ naturæ, & anatomici, & alii pleriq;, eo ordine quem prius tradidimus cũ Galeni libros ſecũdũ cõpoſitionis ordinẽ tractaremus. Iidẽ quoq; libri ad corporũ morboſorũ cognitionẽ legendi ſunt, & præter hos de differentiis & cauſis morborũ & ſymptomatum, de differentiis febriũ, & id genus alii quos Galenus fu-
C ſius recenſuit in opuſculo quod de propriis libris inſcripſit. Quoniam verò corporis affectiones tam ſecundum naturam, quàm præter naturam, ad ſanitatis tutelã, & morbi curationem cognoſcere oportet, ſtatuendi libri ſunt qui has nobis prodant: in quorum catalogo ſunt libri de locis affectis, de pulſibus, & alii quos prius retulimus. Poſt diſputationẽ verò dẽ corporibus tam ſalubribus quàm morboſis ac neutris, horumq; notis, conſequẽs eſt vt de cauſis diſſeramus quibus hæc corpora ſeruentur, emendentur, ac curentur. Legendi itaque hi ſunt: hoc

opus quod interpretamur: libri de ſanitate D tuēda:& ante hos libri de elementis, boni maliq́; ſucci cibis,& alii prius declarati: deinde libri quatuordecim de curādi ratione, & duo de curādi ratione ad Glauconem:& ante hos libri de ſimpliciū medicamentorū facultatibus: poſteà de horū compoſitionibus: vt antè diximus. Hi igitur ſunt omnes legēdorū Galeni operū ordines: in quibus nō omnes quidē in ſua quoſq; claſſe locauimus, tū quòd ex Galeni opuſculo quod de ordine legēdorū librorū ſuorū inſcripſit, ſatis patere poſſunt: tū quòd Iacobus Syluius, vt antè memini, de his fuſiſsimè latiſsimeq́; conſcripſit. Antequā verò ad ſacratiſsimam hanc artē accedas, inſtructū te optimis artibus eſſe oportet, vt grammatica, dialectica, rhetorica, arithmetica, muſica, geometria, & aſtronomia, maximeq́; demóſtrādi ſciētia, ſine qua iudiciū nullū in aliis diſciplinis eſſe poteſt. His igitur inſtructus, in primis librū de ſectis, vt quę ſectādæ quæúe repudiādę ex his ſint, cognoſcas: aut ſi mālis, de optima ſecta legendus eſt liber: deinde verò in vnaquaq; librorū claſſe, hi qui ad initiatos inſcribunť, qualis eſt de pulſib⁹ ad initiatos, ante libros alios de pulſibus: & de oſsibus ad initiatos, ante libros alios anatomicos.

FINIS.

INDEX LOCVPLETISSIMVS OMNIA

complectens, quæ ſcitu digna in hoc opere videbantur.

*

ABſtinẽdum ab immodicis affectibus animi. pagi.520.G
Accidentia exulcerati pulmonis. 407.C
Accidentia principum facultatum. 352.G
Accidẽtia quomodo uocẽtur ſubſtãtiæ. 12.H
Accidentia ſenſus communis. 352.G
Acrochordon. 637.D
ἄχροια unde fiat. 333.B 365.B.369.C
Actio unde pendeat. 130.G
Actiões corporis unde. 104.D
Actiones ex accidente. 327.E
Actiones πρακτικαί. 133.E
Actiões primæ. 327.E
Actiones principis facultatis. 105.F
Actiones principes. 134.H
Adeps quomodo concreſcat. 277.E.287.D
Adnaſcentia corpori p̃ter naturã. 637.D
Adnata locis affectis quid oſtendãt. 420.E
Adſtringentia quid efficiant. 611.H
Aër. 670.G.& 672. *per totum.*
Ab aëre ambiente quo

modo corpus noſtrum immutetur. 496.D
Aër, motus, quies, & animi affectus quatenus corpus immutent. 523.E
Aetatū diuiſio. 185.D
Aetas unaquæque ſuos morbos habet. 341.A
Affectio à ſimili facilè fit. 294.A
Affectiones eiuſdē ſunt ſcientiæ. 65.D
Affecto ore uentriculi condoleſcunt cor & cerebrum. 385.E
Affectus duplex. 416.d
Affectus cordis & cerebri quæ conſequātur. 424.F
Affectus magnitudo remedium celere deſiderat. 45.H
Affectus præter naturam. 557.D
Affectus qui fit, & cauſas præſentes habet, duas indicationes habet. 565.C
Affectus plures complicati, plures habēt indicationes. 617.D
Affectibus in complicatis à quo incipienda curatio. ibidem.D
Affectibus in cōtrarijs à quo incipienda curatio, & huius rei exemplum. 618.E
ex Affectibus partium quarti generis per accidens præſagimus. 483.B
Agentis, ad id quod patitur, proportio eſt. 303.D
αἱμοῤῥοΐδες. 447.E *uide Hæmorrhoides.*
αἰτιολογική. 23.H. & *ibidem.A*
Alboris munus. 15.H
Alere celeriter quæ poſſint. 657.E
Alexiteria. 648.C

Alimentum multiplex. 300 F
Amentia unde fiat. 350.D
Allium. 630.G
Aluus fluida ſequitur læſam attractionem iecinoris. 370.E
Aluus liquida conſequitur atrophiam ex imbecillitate attractricis facultatis. 371.H
Alui ſedimenta quomodo ægritudinem futurã prænũtient. 431.C
Aluũ deijciẽtia. 432.E
Aluum tardam efficiẽtia. ibidem.G
ἄμεσαι. propoſitiones. 30.H
Analeptice 653.F
ἀνάλυσις. 11.F
Anaſarca. 373.C
Anathreptice. 653.F
Anatome neceſſaria ad ea cognoſcẽda quæ ſenſum fugiunt. 337.H
Anethum. 630.G
Animalis diſſipatio quomodo fiat. 304.F
Animus corporis affectionẽ ſeq̃tur. 177.C
Animi mores. 110.A
Animi motus unde. 206.H
Animoſa facultas ad rationem. 213.F
Anodyna in puncto neruo. 580.H
Anodynis quando utendum. 55.G
ἄνοια. 350.D. 353.A. recte exprimitur uocabulo fatuitatis. ibi. A
ἀνομάλως ὑγιαίνειν. 183.G
ἀντίσπασις. 651.H
ἀόργητος & ἀοργησία. 222.H
Apertæ uenæ in gula notæ. 384.C
Aphoriſmi Hippocratis nullo ordine nituntur. 8.H

Api

Apium 630.G
ἀποκενῶσθαι. 619.H
Apoplexia.474.G.H
Apoſpſama. 553.D
Apparere bifariam dicitur. 346.D
Apparentia duplicia. 33.F
Appetentia alienorũ. 388.C
Appetentia cibi & potus unde fiat.ibid.D & .517.A
Appetentia duplex. 303.E
Appetentia immodica. 388.B
Appetentia quomodo deijciatur & pereat. 287.H.429.H
Appetentia uentriculi aliquando concoctrice deterior.302.C.D
Appetẽtiæ imbecillitas unde fiat. 387.H.A
Appetitiua uis deficiẽtis, data animalibus & plantis. 492.D
Appetitus animalis quo modo fiat. 307.D
Aqua. 670.G.& 672.*per totum.*
Aquoſus humor oculi. 199.B
ἀραχνοειδής tunica. 466.F
Arachnoides tunica quare uenis & arterijs plena. 468.A
Ars quid ſit. 57.D
Ars & ſciẽtia quando eadem. *ibidem*.D
Ars, uniuerſorum eſt. 67.A
Artes omnes conſtituũtur à finis notitia.6.C
Artes quæ relinquunt aliquid poſt actionẽ, exercentur cõtrario ordine quo inuẽtæ fuerunt. 10.C
Arteriæ anguſtæ. 220.E
Arteria aſpera quare

in

in multas fibras diſtributa. 317.A
Aſpera arteria uocis materiam præparat. Ibidem. A
Aſpera arteria quō obſtruatur. 409.F
Aſpera arteria quō læuigetur. 610.G
Arthritis. 645.E
Artus multum exſiccati, inualidi ad motus. 491.B
Aſthma quid. 403.A 409.F
Atheroma. 637.D
ἀθυμία *quid.* 363.F
ἄθυμοι. 368.H
Atra bilis quale iecur eſſe indicet. 373.D
Atra bilis quid. 375.G
ἀτροφία *comes eſt imbecillitatis attractricis facultatis.* 371.H
ἀτροφία *unde ſit.* 451.F. & 551.G
Aucupatoria ex illis artibus eſt quæ aliquid acquirunt. 9.B
Aues multæ, ut falco & accipiter meatum habent bilem à iecore ad uentriculū deferentem. 337.H

B

Ilis quæ gignitur in uentriculo qualis ſit. 336.G
Bilis atra putreſcēs in uenis, aſsiduam febrē creat. 505.G
Bilis flaua transfuſa in corpus citra putredinem, morbum regium facit. 504.F
Bilis flauæ & atræ generatio. 241.A
Bilioſus uomitus non ſemper calidi corporis eſt nota. 336.F
Bilioſis morbis calidi & ſicci opportuni. 341.A
Βούλιμος. 388.B

Bronchia reiecta quid oſtendant. 343.E
CAcochymũ corpus quid efficiat. 281.G
Calculus quõ tranſponatur. 599. H. & 600.A. *quomodo extrahatur.* Ibidem.
Calida uehementer, nõ conueniunt neruis. 580.B
Calidũ maximè agit. 249.B
Calidũ homogenea congregat. 258.F
Calidi cerebri notæ. 156.H
Calida & ſicca tempeties. 287.C
Calida & ſicca temperatura declinãte ætate gracileſcit. 292.E
Calidum & frigidũ ſine relatione ad alias partes. 203.B
Calidum & humidum morboſum. 183.H
Calidi & humidi maximè ſomniant. 177.C
Calida & humida temporis conſtitutio quid efficiat. 496.E
Calidum & ſiccum facilè igneſcit. 231.D
Calidum & ſiccum humores torret, & pilos gignit. 227.D
Calidi & ſicci cordis pulſus. 225.H
Calidi & ſicci hepatis notæ. 243.G
Calidi munus dilatare. 15.G.158.D
Calor duplex in corpore. 108.D
Calor attrahit. 170.E
Calor diſſoluit ſubſtantiam hepatis. 633.D
Calor excedẽs capillũ denigrat. 289.G
Calor cõcoquit. 149.H
Calor facultatẽ ciet. 233.A

Calor in ſicco acrior. 228.F.280.D
Calor natiuus accenditur motu. 370.D
Calor natiuus conſopitur quiete. 369.C
Calor natiuus actionũ opifex. 247.F
Calor natiuus conſopitur, niſi excitetur motu. 498.A
Calor natiuus facilè diſsipatur. 252.A
Calor natiuus quando remittatur. 292.F
Caloris natiui refrigeratio. 204.D
Calor ſuauis. 168.H
Caloris actio. 146.A 158.D
Caloris munus. 15.G
Caloris mediocris effectus. 168.A
Callus & calli generatio. 576.A.578.E 637.D
Callus quid habeat commune cum alijs partibus. 577.D
Caluities unde fiat. 152.F
Cancer. 373.C
Cancri unde. 645.E
Candidus humor oculi quare tenuis. 467.H
Candidus humor ante pupillam. Ibidem.H
Caneſcẽtes citò. 187.H
à Cane rabido morſi, cur ab aqua abhorreant. 449.B
Cappares. 630.G
Capillus criſpus. 273.E
Capillus flauus ſanguinem temperatum teſtatur. 272.D
Capillorũ color. 150.B
Capillorũ notæ. 154.C
Caput magnum. 133.F paruum. 134.A
Capitis paruitas. 218.A
Capitis diatheſis. 133.F
Capitis proba figura,

135.F
Capitis propria figura. 137.F
Capitis temperati ſigna. Ibidem.
Carbunculi ſecũda ſpecies unde fit. 588.A
Carbũculi unde.645.E
Carcinoma.417.G.unde fiat.505.G
Cardialgia. 365.B
Caro mollis & multa. 284.E
Caro ſimplex. 268.C
Caros unde fiat.350.D quæ ei inſint. 351.E
Cartilago reiecta ſignum exulcerati pulmonis. 420.E
Caſia. 633.E
Cataphora. 350.D 351.F
Cataphoræ ſpecies.ibidem.F.G
Catagma 553.C
Cataracta. 639.H
Καθαιρεῖν. 640.B
καθαιρετικά.ibidem.C
Catoche unde fiat.350.D.351.E
Catochæ quæ inſint. 351.E
Cauitas in ulcere genus morbi. 590.F
Cauſarum diuiſio.35.A
Cauſa cur ſonitus:ſtrepitus ,ſibili, tinnitus & murmura,aliquando audiantur nulla re foris ſonum efficiente. 460.B
Cauſa efficiens quæ dicatur. 35.A
Cauſa curatrix. 555.H
Cauſæ efficientes duplices. 17.C
Cauſæ eiuſdem plures effectus. 98.H
Cauſa cur nullus ſonus audiatur ab ægris. 461.C
Cauſa partim curatrix,partim proſpectrix. 555.H

Cau

Cauſa mortis per ſe, quæ ſit. 36.E
Cauſæ conſeruatrices cur potius appellētur quàm immutatrices. 535.F. *& quæ ſint. ibidem.* G.H
Cauſæ conſeruatrices tot ſunt, quot modis corpus noſtrum corrũpitur. 488.D
Cauſæ conſeruatrices omnes ex genere corrigentium. 489.E
Cauſa prohibens quod futurum eſt. 556.A
Cauſæ intemperiem tollentes. 555.H
Cauſa intēperiei prius tollenda. 564.B
Cauſæ doloris cerebri externæ & internæ. 359.G
Cauſæ morboſæ. 652.C
Cauſæ ſalubres quomodo inſalubres fiant. 506.C
Cauſæ ſalubres. 652.C
Cauſæ ſalubres ab externis & internis cauſis interius petũtur. 494.A
Cauſæ ſalubres ad proportionem mutandæ ſi corpus ab optima cõſtitutione deflectat. 527.G
Cauſarum ſalubrium materia quis rectè uti poßit. 529.C
Cauſarum ſalubriũ duplex genus. 644.C
Cauſas non neceſſariò afficientes corpus noſtrum, educēdis, admouendis, faciendis, agendis Galenus complectitur. 508.E
Cauſus unde. 645.E
Celeritas & frequētia reſpirationis. 230.A
Cephalæam quæ oſtendant. 362.D
Κερατοειδὴς *tunica.*

466.F.H.quare lucida. 471.H
Cerebellum. 141.F
Cerebrii facultatis animalis principiū.133.E
Cerebrum habet ſenſum hebetem. 361.B
Cerebrum probè temperatum. 147.C. & 203.A
Cerebri affectus unde cognoſcantur. 347.F
Cerebri calidi aut frigidi ſigna. 146.A
Cerebri functiones duplices. 197.F
Cerebri natura deprehenditur. 133.G
Cerebri ſicci notæ. 164.G
Cerebri uentres tres. 139.C
à Cerebro quæ naſcantur. ibidem.
χειρουργικὴ. 24.B
Cibus quomodo corrūpatur in ſtomacho. 395.C
Cibus & potus largior & cæteræ cauſæ ſalubres immoderatè adhibitæ quæ excrementa faciant. 520.G
Cibus quando natet in ſtomacho. 394.H
Cibus uiſcoſus craſſus fugiendus. 657.F
Cibi penuriā quæ pars ſentiat. 305.H
Cibi quomodo in uentriculo corrumpātur. 432.F
Cicatrix quomodo inducatur. 593.C
Cinnamomum. 633.E
Κιττός. 388.D
Coctio unde fiat.324.G
Cognitio neruorum eſt neceſſaria ad morborū curatiōnē.475.A
Coloris cognatæ inter ſe tres differentiæ. 288.E
Color externarum rerum

rum talis eſt, qualia ſunt quæ in pupilla continentur. 473.F
Color humoribus ſimilis effloreſcit. 277.E
Color liuidꝰ & plúbeus quid ſignificet. 289.H
Color niger unde fiat. 158.C
Color oſtendit affectũ cordis. 365.B
Color rufus. 277.E
Coloris gratia unde. 168.H
Colores in cute unde. 365.B
Κῶμα duplex. 172.H
Comitialis morbus redit per interualla, & huius rei cauſa. 350.C
Comitialis morbus unde fiat. 349.B. & 645.E
Commodiora loca in uacuãdo quæ. 606.G
Communes animi ſententiæ. 37.G
Cõpoſitionis uitiũ paruum, inter ſalubria adhuc cẽſetur. 539.F
Concauum, homonymum. 591.G
Cõcoctio & miſtio quo modo fiant 251.F
Concoctio præſentẽ cauſam oſtendit. 99.A
Concoctio ſine motu ad locum fit. 323.E
Cõcoctrix facultas quãdo lædatur. 395.A
Conformatio uitiata. 35.A. ubi emẽdari poſſit. 595.H. & 597.C
Cõformationis uitia in quibus cõſiſtãt. 596.A
Coniectura artificioſa & ſine arte. 328.B unde ſumatur. ibidem & 340.G
Cõſtipatio cerebri, ſpiritui uiſorio uiã præcludit. 469.D
Cõſtitutio deterrima. 87.G

Conſtrictio & obſtructio cauſæ ſuppreſſæ urinæ. 344.H
Cõtineri in pulmone et thorace quæ dicãtur, & quomodo uacuentur. 603.A
Contrarium quid propriè dicatur in tollendis morbis. 561.C
Contraria iecoris temperies. 234.D
Contraria quæ adhibẽtur, talia eſſe debent qualia dicuntur. 559.G
Conualeſcẽtes ex quibus morbis intelligat Galenus. 654.G
Copulatis duobus affectibus uter prior curandus. 595.G
Cor calidum, totũ corpus in contrarium mutat. 244.A
Cor dolet per conſenſum. 365.B
Cor læſum in ſiniſtro uẽtriculo, ſubitò mortem affert. 366.E
Cor, natiui caloris fons 214.H
Cor ſiccum pulſus duros facit. 223.D
Cordis affectus ex pulſu. 363.G. ex febribus. 364.H
Cordis affectus quæ oſtendant. 362.E
Cordis & arteriæ mutuæ operæ. 205.E
Cordis facultas duplex. 204.D
Cordis frigus quid ſit. 248.A
Cordis humidi notæ. 224.F
Cordis temperamẽtũ corpus ſequitur. 128.F
Corpus intra limites ſanitatis. 113.F
Corpus à quibus immutetur. 489.F. & G.
Corpus aſſiduè mutatur.

tur. 121.E
Corpus in dies ſiccius euadere. 491.A
Corpus aßiduè inſtaurandum. 501.H
Corpus præparandum ante remediorũ exhibitionem. 509.G
Corporis cõſtitutio ex quibus. 103.C
Corporis habitus. 267.B
Corporis moles maior aut minor quid portendat. 450.E
Corporis moles rubicũdior aut flauior aut albior quid ſignificet. 451.F
Corpora ex temperatura elementorum. 667.H
Corpulentum & carnoſum corpus. 281.G
Corpuſcula craßa in oculis diuulſa quid faciant. 472.C
Craſſa denſant & obſtruunt. 568.A
*Craſſa non penetrant. Ibidem.*A
Craßities uaporis minus recipit rerum ſpecies. 469.D
*Craßitudo ad corporis molẽ refertur.*287.C
Cruditas quale hepar declaret. 373.D
Cruditas unde naſcatur. 369.C
Cryſtalloidis humoris ſitus. 467.G
*Cryſtalloidis humoris figura.Ibidẽ.*H. *Eius polita ſubſtantia repræſentat res maiores quã ſint.* 472.A
Curare quid. 556.A
Curatio morborũ per contraria. 23.H
Curatio puncturæ nerui. 580.H
Curatio ſolutæ unitatis duplex. 576.B

Curationis inuentio à ſignis. 63.*A*
Curationis ordo ſeruādus ubi nihil urget. 45.*A*
Curatio unum ſcopum habet omnium primum. 556.*A* & C
Curationis ſcopi particulares tot ſunt, quot affectus præter naturam. 557.C
*Cutis color temperamētum oſtēdit.*271.B
*Cutis cōtextura.*285.F
Cutis perforatio unde. 159.F
Cyminum. 630.G
Cynanthropia. 354.D
D *Efectus partium curatio.* 636.B
Definitio quid. 11.G
*Definitio ennoēmatica.*6.D. *ex quibus cōſtet.* *ibidem.*
Definitio ſubſtantialis. *ibidem.*D
Definienda in re aliqua quid ſpectādum. 12.*A*
Definitio medicinæ omnia medicinæ capita cōplectitur. 23.H
Definitiōes optimæ ex quibus conſtēt. 20.B
*Defluuiū pilorū.*153.H
δειλία, ἄτολμία, ὀκνία 222.H
Deliquium animi unde fiat. 444.G
Deliqa animi. 646.F
*Deliriū unde fiat.*350.d
Delirium etiā ſine cerebri intēperie fit, & quomodo. 356.H
Deliriū ex affecto diaphragmate. 404.E
Dementia melancholica. 356.*A*
Dementiarum inter ſe differentia. 355.E
Demonſtratio, & quibus abſoluitur. 27.*A*.

A.B
Demonſtratio duplex. 39.B
Demonſtrationes ex quibus cauſis fiant. 40.F
Detergentia medicamenta & remedia. 594.E.611.H
Διαγνωστικά, προγνωστικά. 99.B
Diagramma primum. 85.*ſecund.* 118
Διαμασήματα. 651.H
Διάνοια. 450.D
Διαπαντός. 65.E
Diaphragma interdum per ſe afficitur. 404.D
Diaphragma communicat affectum ſuum cerebro. *Ibidem*.E
Διαπνοὴ ἄδηλος. 439.E
Diaſtole & ſyſtole. 231. E
Differẽtiæ propriæ & communes. 13.C
Differentiæ dolorũ ex natura loci affecti. 551.H
Differentiæ doloris à natura partis affectæ. 418.A
Differentiæ omnes uictus citò & potenter corpus immutant. 500.E
Differentiæ formationis. 537.D
Differẽtiæ morborum ferè oẽs in eadẽ parte inueniuntur. 550.E
Differentiæ partium ſimplices. 667.H
Differentia ſubſtantialis unde inueniatur. 12.A
Differentiarũ ſubſtantialiũ penuria. 15.H
Differentiæ unde accipiendæ. *ibidem*
Digerentibus utendum quando inter ſpatia

intermedia effunditur humor tenuis qui intrò recurrere non poteſt. 624.C
Dilatationis uenarũ in pulmone notæ. 408.E
Dioſcorides in deſcriptione plantarũ definitione ennoëmatica utitur. 24.C
Diſcendi facultas unde. 143.B
Diſcendi modus à natura. ibidem.C
Diſciplinæ quibus modis doceri poßint. 8.G
Diſciplinæ inueniũtur reſolutione. ibidẽ.G
Diſciplinæ memoriæ mandãtur ordine definitionis. ibidem
Diſciplinæ traduntur ordine compoſitionis. ibid.
Diſpoſitio cerebri cognoſcitur ex his quæ excernuntur. 358.D
Diſpoſitio cerebri cognoſcitur ex doloris differentia. 359.F
Diſquiſitio ſuppreßionis urinæ. 342.D
Diſſolutio definitionis. 5.B
Diuiſio. 25.D
Diuiſio accidentis in accidentia. 26.G
& in ſubiecta. ibid.F
& contrà ſubiecti in accidentia. 28.B
Diuiſio plurimum confert ad conſtituendã definitionem. 25.D
Diuiſio uocis. 26.G
Diuretica quæ. 606.G 609.D
Doctrina. 7.E
Doctrina quæ diſſolutione definitionis fit, dignitate inferior eſt ea quæ reſolutiõe fit. 6.C
Doctrinam quæ diſſolutione definitionis fit,

in hoc libro Galenus inſtituit. 6.C
Doctrinam quæ à finis notione eſt, primus omnium Galenus ſcripſit. ibidem
Doctrinæ omnis diſpoſitio triplex. 7.F
Docendi ratio triplex. 663.A
Dolor. 356.G
Dolor attrahit. 46.C
Dolor diſtendens à flatu. 361.B
Dolor grauis ab humoribus. ibid.B
Dolor gulæ ubi ſentiatur. 389.E
Dolor mordax. 561.B quid indicet. 362.D
Dolor oris uentriculi ubi ſentiatur. 390.F
Dolor proprius cephalæa. 361.C
Dolor pulſans. ibidem
Dolor pũgẽs unde fiat. ibidem
Dolor pungens & lancinans in pleuritide. 397.F
Doloris cerebri differẽtiæ unde ſumantur. 359.G
Doloris differentiæ ab intemperie natæ. 360.A
Dolores quomodo fiãt in corde. 364.A
Durum. 193.F
Dyſẽteria uera. 375.H
Dyſenteria ex atra bile. ibidem.G
In Dyſenteria qualia excernantur. 375.G

E

Ἐκκοπροτικόν. 603.A
ἐκμανῆναι. 355.G
ἐμφρακτικά. 594.F 597.D.598.E
ἐκροαί. 570.E
ἐκστῆναι. 355.G
Educatio mala. 240.H
Effectus idem per plu-

res cauſæ monſtratur. 40.D

Effectus & cauſa quando ſe mutuò probent. 39.C

Effluuij ſubſtantiæ reparatio. 299.D

Elementa, & eorũ natura. 669.F

Elemẽta impura. 671.A

Elementorum in ſe mutatio. ibid.B. & per totam pag.

Elephantiaſis. 373.C 645.E

Emiſſaria cerebri. 358.D

ἐμπλαστικά. 597.D

Emplaſtica duplicia. 598.F

ἔμπυοι. 601.C

ἐν μέρει. 95.A

ἐννοηματικὸς definitio. 24.C

Enterocele, & eius cauſa ac curatio. 643.H

Epidemia Hippocratis nullo ordine nitũtur. 8.H

Epiplocele, & eius cauſa ac curatio. 643.H

ἐπιπολάζειν. 394.G

ἐπιδεικτικὸν quid ſignificet. 60.C

ἐπιληψία. 349.B

Eroſæ uenæ inguia notæ. 385.D

Eroſio unde fiat. 418.A

Eroſionem pulmonis & eius uaſorum præcedentia. 407.B

Eryſipelas. 373.C

Eryſipelas, & unde fiat 505.G.588.A.586.E

Eryſipelatis notæ. 381.C

ἑτερογενεῖς partes. 15.F

Ethmoide oſſa. 459.F

εὐπάθεια & δυσπάθεια 114.A

εὔχροια. 365.C

εὔχροια & ἄχροια quid ſit. ibidem. B C

ἐυα

εὐσαρκία & εὔσαρκος bifariam dicuntur. 278.H
εὐτολμία animi. 210.a
εὔτολμοι. 233.H
ἐξάρθρημα. 642.F
Exemplar græcũ emendatum. 226.B
Exaſperata quæ facilè emẽdari & læuia fieri poßint, & contrà. 610.G
Excrementum duplex in generatione carnis. 592.A
Excrementum retentũ in uentre & inteſtinis, quæ mala inuehat. 504.F
Excrementorũ prouentus unde. 492.C
Excrementa unde, & quæ, & in quibus colligantur. 502.A. & 503.D
Excrementa qualia & quanta eſſe debeant. 516.H
Excrementa hominis temperati, & qui omnibus temperatis utitur, nullum habent uitium. 519.E
Excremẽta mediocria 149.G
Excrementa oſtendunt probitatẽ uel uitium concoctionis quæ fit in uentre. 516.H
Excrementa pituitoſa quid ſignificẽt. 315.D
in Excrementis quid ſit conſiderandũ. 105.G
Excretiones modũ excedentes, præter naturam. 504.E
Exercendæ ſunt omnes partes corporis tantiſper dum laborem ſentiant. 526.E
Exerceri oportet in libris de demonſtratione. 662.G
Exercitatio uehementior

tior celerior & uiolentior quid efficiãt. 515.E
Exercitatio languida quid efficiat. Ibidem.
Exercitationis modus, tẽpus, qualitas, quare prætermiſſa. 515.D
Exercitationis qualitas. 526.D
Exercitatio quando ſit dimittenda. 515.D
Expiratio magna cur fiat. 232.F
Extẽſio in oſſe. 641.E
Extenuãtium ciborum multæ differentiæ. 629.E
Externæ cauſæ corruptiõis & interitus noſtri. 493.G

Facienda quæ. 341.B
Facultas ex temperamento. 675.C
Facultas quomodo exoluatur. 443.E
Facultates naturales. 223.D
Facultates naturales inſitæ. 47.D
Facultates quatuor naturales, quatuor qualitatũ temperamẽtũ ſequuntur. 324.F
Fauus. 637.D
Febris diaria facilè in hecticã tranſit 231.E
Febris diaria in inflãmatione gulæ. 383.H
Febres ex bubone. 482.H
Febris ex humorũ putredine quomodo curanda. 561.D
Febris interpolata unde. 505.H
Febris putrida. 281.G & 231.D
Febris putris in inflammatione pulmonis. 383. A
Febris, ſubſtantia interdum dicitur. 12.H

Feb

Febres quædam diariæ identidem repetunt. 383.A

Febres quotidianæ. 645.E

Febres quartanæ unde. Ibidem.E

Febris quomodo fiat in pleuritide. 397.E

Febres tertianæ quale cor produnt. 364.H

Febres tertianæ unde. 645.E

Febribus ſæpe corripi, quem cordis affectum oſtendat. 364.H

Fiducia unde, & audacia. 211.C

Figura rotũda. 139.B

Figuræ concinnitas in oculo. 195.B

Figurarum differentia. 538.E

Finis. 19.H

Finis οὗ ἕνεκα dicitur ab Ariſtot. Ibidẽ.H

Finis in quæ reſoluatur. 8.H

Finis logicæ contemplationis reſolutio. 10.C

Finis optima cauſa. 20.A

Finis reſolutio per plures ac diuerſos ordines. 10.D

Fines artium. 9.A. & 10.C

Finis notio, principium artium. 8.H

Flatus quem dolorẽ in capite faciat. 360.H

Flatus unde fit. 452.H

Flatus in uentriculo unde fiant. 391.B

Flatus in quali uẽtriculo excitentur. 392.C

Flauæ & atræ bilis generatio. 241.A

Flaua bilis quale iecur eſſe oſtendat. 373.D

Flaua bilis retenta, & in uenis putreſcens, ardentes febres creat. 505.G

Fluor ſubſtantiæ noſtræ. 22.G
Fœminæ delectatio in coitu. 257.D
*Fœmīæ iracūdæ.*212.D
Fons caloris natiui. 246.D
*Foris incidētia.*134.A 341.B
Forma. 18.E
Forma artificioſa. Ibidem.
Forma à natura proueniens. Ibidem.
Forma rerū multiformium. 19.G
Forma ſimplex & compoſita. 18.F
*Formæ uenuſtas.*104.d
Formationis differentiæ. 537.D
Formatrix facultas. 257.D
Foramina nariū quare cartilaginibus diſtincta. 459.G
Fractura. 575.H
Fractura callo glutinatur. Ibidem.
Frigida & adſtringentia non tutò admouentur puncto neruo. 580.A
Frigida & humida glabra. 287.C
Frigida & ſicca iecoris intemperies peßima. 253.D
*Frigida medicamenta quid faciant.*620.A
Frigida quæ craßitie prædita ſunt, fugienda. 568.B
Frigidum & ſiccum. 184.C
Frigidum inutile ad actiones. 162.D
*Frigidi cerebri notæ. Ibidem.*C
Frigidi cordis notæ. 222.H
Frigidi iecoris notæ. 242.D
*Frigidus uēter.*307.D

Fri

Frigus ad pilos generãdos ineptum. 238.D
Frigus excrementa parit. 189.E
Frigus ineptum ad naturæ functionẽ. 325.A
Frigus inimicum neruis. 580.B
Frigus pallorem inducit. 181.D
Frigus quomodo famẽ augeat. 304.F
Frigus tardè accenditur. 234.B
Frigus torpidũ corpus reddit. 307.D
Frigoris munus. 181.E
Fulgetrũ cæcos facit, & huius rei cã. 357.C
Fuligo quomodo procedat. 151.E
Functiones tres. 338.C
Fungi quid ſignificent. 420.F

G

Enerationis organa. 255.G
Generis in contrarias differẽtias ſiue ſpecies diuiſio. 74.A
Gibba iecoris per urinas uacuãtur. 605.D
Glabrum corpus cur fiat. 276.D
Glabrũ pectus. 223.C
Glandulæ ab occulta cauſa quid ſignificẽt. 482.H
Glutinãti naturæ quibus medicus auxilietur. 574.E
Glutinari quæ partes poßint. 573.C
Grauitas cum diſtentione quid ſignificet. 352.D
Grauitas in hypochondrio dextro quid ſignificet. 375.H
Gula quomodo lædatur. 381.E
Gulæ imbecillitatis notæ. 384.B
Guſtandi ſenſus quomo

do

do obtũdatur. 447.G
HAemorrhoides immodicè fluentes quos morbos oſtendant. Ibidem.E
Hæmorrhoides ſuppreſſæ quos morbos ſignificent. Ibidem.
Hæmorrhoides quæ præter naturam, & quæ ſecundum naturam. 503.C
Hebetes natura. 450.d
Hebetudo mẽtis & ſenſuum præter naturã qd ſignificet. 449.C
Hebetudo ſenſuum unde. 166.D
Hepatica excrementa. 374.E
Herpes. 373.C. 588.A unde fiat. 505.G
Hirſuta hypochõdria. 241. C. Qui minus hirſuti ſint. 229.H
Homerus Martẽ Veneri coniunxit. 266.H
In homine omnia ad finẽ referũtur. 258.E
Diuiſio homonymi in ſua ſignificata. 60.C
Horror. 514.B
Humiditas maximè neceſſaria ad glutinationem. 546.G
Humiditas natiuã firmitatem hepatis remittit. 633.D
Humiditas ſomnũ conciliat. 163.E
Humidum coctionẽ iuuat. 251.G
Humidum cor iecoris ſiccitatem non corrigit. 247.F
Humidum facilè mutatur. 225.G
Humidum imbecillius quàm ſiccum agit. 248.H
Humidum quàm ſiccũ facilius accenditur. 229.H

Hu

Humidũ quã ſiccum minus torretur. ibidem.G
Hũidi cerebri notæ.166.C
Humidi & frigidi cordis notæ. 233.H
Humidi & calidi iecoris notæ. 450.D
Humor cryſtalloides primariò agit. 15.G
Humor κρυσαλλοειδὴς maximè princeps organum uidendi.86.F.Vide Cryſtalloides.
Humor hyaloides. 467.H Vide Hyaloides.
Humor quem dolorem faciat in capite. 360.H
Humor uarius pro ætate. 155.D
Humoris calidi & acris,frigidi & lenti abundantia quos affectus in thorace excitet. 401.F
Humores dupliciter augẽtur in corpore. 646.F
Humores ex quibus fit affectus oris uentriculi,ubi gignantur. 386.F
Humores in quibus uerſantur cauſæ ſalubres, quales eſſe debeant. 645.D
Humores in uacuatiõe quo modo ducendi. 570.E
Humores lẽti & craßi obſtruunt. 645.E
Humores putrẽtes quomodo immutentur. 562.F
Humores qui ĩ capite ſunt, quõ uacuentur. 650.G
Humores qui uacuatione egent. Ibidem.E
Humores quot modis uacuentur. Ibidem.F
Humores uacuandi per ſudores. Ibidem.G
Humorum curandorum dũplex ſcopus. 647.H
Humorum curatio immutatione. Ibidem.A
Humorum curatio uacuatione. Ibidem.A
Humorum malignitas unde. 646. G
Humorũ multitudo calorẽ natiuũ ſuffocat. Ibidẽ. E
Humorũ ductio per rectas

& cōtinuus uenas. 44.G
Humorū qualitates ſomnia ſibi ſimilia gignūt. 138.E
Hyaloidis humoris abūdātia & defect⁹ quas noxas adferat uiſioni. 470.E.F
Hydrops unde. 645.E
IEcur alēdo corpori materiā ſugger. 267.A
Iecur conιectura tantū cognoſcitur. 330.B
Iecur frigidū totum corpus refrigerat. 214.A
Iecur habet multas uenas. 688.C
Iecur magna diligentia ſeruandum. 632.C
Iecur quibus partib. adnectatur. 381.C
Iecoris actio. 368.A
Iecoris caua per quos meatus repurgentur. 605.D
Iecinoris figura. 380.A. ſitus. ibidem.B
Iecino. attractionē læſam quæ conſequantur. 371.F
Iecoris cali. notæ. 240.H
Iecur quæ obſtruāt. 551.H
Ignis. 670.G. & 671. per totam pag.
Ignis admixtus primordijs noſtræ gn̄ationis. 490.G
Ignis ſecundum Ariſtot. purus. 671.B
Ignis calor quo retūdatur. 673.E
Imaginatio deleta in caro. 351.E
Imagines rerū quando expreßius uideātur. 176.A
Imagi. in ſuffuſionibus ſua rū cauſarū figuras & colores referunt. 473.D
Imagi. quæ per ſomnū apparent. 173.D. imbecillitas mouendi unde fiat. 345.A
Immoderatæ ueneris malum. 522.C
Immortalem efficere hominem cur natura nō potuit. 254.E
Immutātia corpus noſtrū, id efficiunt protinus, & interuentu alterius cauſæ. 506. A. non neceſſario

riò corpus immutantia. 489.F.&.G
Impedimenta diſtributionis cibi in corpus. 370.E
Inanitio unde fiat. 428.F. 517.A
Indicatio à iecoris facultate. 632.B *à partis formatione.* 628.B. *à partis ſitu.* ibidem.
Indicatio una in febrib. diarijs. 565.D
Indicationes ad defluxiones diſsipandas ab affectæ partis cõditiõe. 626.F
Indicationes unde ſumantur. 101.E
Infinita ab arte reiecta. 67.A
Inflammatio in Gangrænam tranſiens. 588.A
Inflammationes compoſitæ. 589.C
Inflãmmationes uel abſceſſus qui digeri non poſſunt, quomodo curãdi. 607.A
Innatare. 394.G
Inſitus humor partium ſimilarium. 258.B
Inſoliti cibi appetentia unde fiat. 430.B
Inſtrumentum quod attrahit, quale eſſe debeat 325.H
Inſtrumentum uehementer ſiccum nutritioni ineptũ eſt. ibidem.A
Inſtrumẽta excremẽtis uacuandis deſtinata. 502.B
Inſtrumentorũ excremẽtis uacuandis deſtinatorum differentiæ. ibidẽm.B
Inſtrumenta ſimplicis ſpirationis. 411.C
Inſtrumenta uocis. ibidem.
Integræ partes adẽptæ reſarciri nõ poſſunt. 640.B
Integra mutila interdum uidentur. 472.B
Intelligendi uis. 55.H
Intẽperata regio cutẽ immutat. 269.E. *mutat & corpora.* 154.B
Intemperata uictus ratio tẽperiem uitiat. 270.H
Intemperati quibus ſer-

uenitur. 512.G
Intẽperatis quæ aëris cõſti tutio adhibenda. 511.E
Intemperaturæ aduẽtitiæ corrigendæ eadẽ ratio eſt quæ congenitæ. 532.A
Intẽperaturis cõgenitis ſiue ſeruandis ſiue in melius trãsferẽdis eædem cauſæ adhibendæ ſunt. 536.A
Intemperies calida quid efficiat in oculo. 468.B
Intemperies cõpoſita duos etiam ſcopos curationis habet. 566.F
Intẽpe.corrigenda. 634.F
Intemperies frigida quid efficiat in oculo. 468.B
Intemperies morboſa contraria poſtulat. 308.G
Intemperiei cauſa uacuatione tollenda. 569.D
Interitus noſtri altera neceßitas, effluuium ſubſtantiæ. 492.C
Internæ cauſæ interitus. 490.G.H *&* 291.292
Ira ĩplacabilis unde. 224.e
Ira præceps. ibidem.
Iram qui non facilè deponant. 236.H
Iracundia. 501.G
Iracundia grauior mẽtem mouet. 355.G
Iracũdi qui dicãtur. 212.D
Iuncus rotundus odoratus. 633.E
LAbra ulceris cõiungi non poſſunt niſi impleta cauitate. 591.H
Lætitia mortem affert & quibus. 501.G
Læues arteriæ quomodò obſtruantur. 409.F
Læues natura partes exaſperatæ qũo reducantur ad ſtatũ priſtinũ. 611.H
Laßitudo. 645.E
Laßitudo phlegmonoſa. 444.G
Laßitudo tenſiua quid ſignificet. Ibidem.G
Laßitudo ulceroſa. 373.C *quid ſignificet.* 444.G
Laßitudines tres ſimplices.

ces. 476.C
Lateris affecti uenæ ſectio in pleuritide magis prodeſt. 53.C
Lienteria. 393.F
Leonicenus notatus. 283.B
Ληρεῖν. 355.F
Λήρησις. ibidem.
Lethargus unde fiat. 350.D
Λήθαργος. 221.G
Leucophlegmatia unde fiat. 372.B
Liber de ſectis uel de optima ſecta legẽdus. 681.E
Libri de alimẽtis & de euchymia & cacochymia quò ſpectent. 677.G
Libri pertinẽtes ad cognitionem corporis humani. 665.E.& per totam pag.
Libri duo de conſtitutione artium. 658.G
Libri de Criſibus ad prænotiones pertinent. 662.G
Libri de differẽtijs & cauſis morborũ et ſymptomatum quò ſpectent. 677.F
Libri de locis affectis, ad cognoſcẽdos morbos pertinent. 661.D.679.C
Libri de pulſibus quò ſpectent. 679.C
Libri de ratione curandi quò ſpectent. 678.H
Libri pertinentes ad remediorũ inuẽtionem. 668.C
Librorum Galeni ordo. 659.H.& A
Librorum Galeni diſponendorũ triplex ratio. 663.A.665.E
Ligamentorum unitatis ſolutio. 573.B
Lingua quare & quomodo læuigata. 610.F.G
Locus Galeni 1. de locis affectis exponitur. 16.B. Itẽ 13. Methodi. 390.F. Item alter lib. 1. ad Glauconẽ. 622.F
Logicæ methodi quæ. 7.E
Λογισμὸν ſiue λογιστικὸν. 208.D
Lumbrici in inteſtinis unde. 646.F
Luxatio. 642.F

Lycanthropia. 354.D
MAcies, magnitudinis uitium. 585.B
Magnitudo oculorũ. 195.A
Magnitudo præter naturã duplex. 638.F
Magnitudo uitiata. 329.b
Magnitudinis, formationis, numeri, poſituræ uitia manifeſta. 326.D
Maior tunica eiecta in dyſenteria quid ſignificet. 420.E
Maiore impulſu opus eſt ad edendã uocẽ quàm ad ſpirationẽ naturalẽ. 318.C
Μαλακία. 388.D
Malè concinnata fractura q̃ñ emẽdari poteſt. 597.C
Materia. 17.D
Materia quot modis accipiatur. ibidem.
Materia craſſa extenuãda ante uacuationẽ. 598.F
Materia doloris capitis q̃uo gignat̃ ĩ capite. 360.b
Materia motuum. 655.B
Materia quæ hepar immutat, per quos meatus uacuanda. 570.E
Materia ſimplex & compoſita. 17.D
Meatus à quibus obſtruantur. 611.A
Meat⁹ bilẽ deferẽs, aliquã eius humoris partẽ ad unã uentriculi partem in quibuſdam animalibus perfert. 334.D.& 337.H
Meatus per quos expurgatur cerebrum. 454.F
Meat⁹ ſubiectæ carnis ꝑ ſudores dep̃hẽdunt̃. 596.A
Medicamẽti quod adhibetur, quanta uis eſſe debeat. 566.F
Medicamenti, ſi pars affecta in profundo eſt, augenda uis. 567.G
Medicamenta digerentia calida. 616.A
Medicamentoſorum ciborum multæ differentiæ. 630.F
Medicina eſt ſciẽtia. 57.D

Medicina cur tota non dicatur ſcientia. ibidem.E
Medicinæ officium & finis. 21.D
Medicus futurus, quibus artibus inſtructus eſſe debeat. 681.E
Medicinā eſſe adiectionem & detractionē definiuit Hippocrates: & quomodo intelligendum. 21.E
Medicinæ partes. ibidē.D
Medicus, naturæ miniſter. 573.D
Medicus nihil deliberat de fine. 8.H
Mediocris relatio ad duo. 148.G
Mediocris temperamenti ſigna. 271 A
Melancholia. 354.D
Melancholia cum febre & ſine febre eſt. 355.E
Melancholiæ duo genera. 354.D
Melancholici quando dicātur. 292.F
Melācholijs omnibus quid commune. 355.E
Μελλητής. 222.A
Membrana obducens aſperam arteriam. 317.A
Membrana ueſicæ carnoſa reiecta qd oſtēdat. 339.F
Memoria delata, diminuta, uitiata. 357.C.D
Memoria p ſe lædit. 358.d
Memoriæ uis unde. 143.D
Mēſiū īmodicus fluor quos morbos pariat. 445.B
Menſes unde immodicè fluant. ibidem.A
Menſes quæ ſupprimant. ibidem.A
Menſium ſuppreßio quos morbos indicet. Ibidē.A
Miſcēda tenuia cū adſtrin gentibus in affecto hepate. 633.D
Mœror & inuidentia quo corpus immutent. 501.F
Molle quid dicatur. 193.F
Morboſum ſemper. 86.E
Morboſum ſimpliciter. 87.H
Morboſum nunc & mor-

boſum ſimpliciter idē corpus. 76.D
Morbi definitio explicatur. 30.G
Morbi diuiſio.583.F.& G
Morbus per ſe cauſa læſæ actionis. 35.A.38.A
Morbus corpori per ſe ineſt. 36.D
Morbi in figura, in quibus curari poßint. 541.C
Morb⁹ ī magnitudīe.539.g
Morbus in numero redūdāte uel deficiente. 540.B
Morb⁹ īſtrumētorū.557.d
Morbi internarum partium coniectura cognoſcuntur. 347.E
Morbus ſimplicium partium. 557.D
Morbus ſubſtantia interdum dicitur. 12.H
Morbi animi, mentem mouent. 355.G
Morbi externarū partiū quō cognoſcātur. 346.C
Morbi partiū organicarū. 584.A.cōplicātur.ibi.D
Morbi iam facti unicā habēt indicationē.561.C. q adhuc fiunt, duas. ibi.D
Morbi compoſiti. 583.G. &.584.H
Morbi ſimplices. ibidem.
Morbi ſimplices cum affluxu. ibidem.H
Morbi ſimpliciū partium & inſtrumentalium complicati. 589.D
Morbi unde deprehendantur. 415.B
Morborum tres primæ differentiæ. 557.D
mordētia exaſperāt.610.g
Morſus uentriculi uel inteſtini alicuius in uētre exonerādo, uel uomendo, uel reddēda urina præter naturam. 455.G
Mores cōgeniti & philoſophia comparati. 240.G
μώρωσις & μωρία. 351.E
μώρωσις ſiue μωρία, id eſt ſtultitia, unde fiat. 353.B
Motus à corpore & alium deproficiſcens. 498.H

Motus animi corpus immutant. 500 D
Motus animi quare inter ſalubres cauſas à Gale. prætermiſſi. 513.H
Motus momento non fit. 356.H
Mouendi tarditas aut grauitas quid indicet. 443.E
Muliebre profluuiū quod ſecundum naturã, & quod præter naturam. 503.C
Muſculorum ſubſtantia. 268.C
Muſculorum externorum thoracis inflammationis notæ. 399.A
Myrmecia. 637.D
Myrrha. 633.E
NArdus. *ibidem.*E
Narium foramina quomodo obſtruantur. 459.G
Naſturtium. 630.G
Natura quid. 547.H
Natura corporis quomodo exploranda. 124.B
Natura generat deficientes partes. 548.A
Natura dum glutinat, integra ſeruanda. 575.G
Nat. glutinat ptes. 573.D
Natura materiã mutat in regignẽdis partibus. 547 H. *quæ præter naturã corpori inſint.* 548.B
Naturales actiões. 134.H
Naturalis appetentia cõis aïalib⁹ & plãtis. 304.G
Nauſea. 393.F
Neceſſariò immutãtia corpus. 489.F.& G.
Neceſſitas interitus innata. 489.G &.491.A.B
Nerui cerebro ſeruiunt. 126.C
Nerui & tendones promptiſſimè ſentiunt. 579.G
Nerui iÿdem regigni non poſſunt. 640.B
Nerui optici. 467.G. *quõ conſtipentur.* 469.D
Nerui punctura facit conuulſionem. 579.G
Neutrum quot modis dicatur. 66.H

Neutrũ ſimpliciter. 82.C
Nigroris munus. 15.H
Nota eadem eſt interdum præſentis & futuri morbi. 457.C
Nota dilatati oris uenæ. 404.D
Nota exulceratæ aſperæ arteriæ. 411.B
Nota uenæ thoracis ruptæ aut eroſæ aut dilatatæ. 404.C
Notæ ab actionibus. 324.F
Notæ affecti iecinoris ex his quæ excernũtur. 373.d
Notæ affectuũ thoracis ſine humoribus. 402.G
Notæ arteriarum pulmonis ſola intemperie laborantium. 410.A
Notæ carbonis. 417.F
Notæ cõualeſcẽtiũ neutræ quõ dicantur. 426.A
Notæ eryſipelatis. 417.F
Notæ eryſipelatis pulmonis. 405.G
Notæ futuræ ægritudinis ab urinarũ colore, ſubſtãtiæ quãtitate, ſedimẽto, & tempore emittendi immutato. 434.B
Notæ futuræ ægritudinis à uigilijs. 436.F
Notæ futuræ ægritudinis ab inſolita cupiditate potus liberalioris aut parcioris. 436.G
Notæ futuri morbi mediã formam inter ſalubres et morboſas habent. 423.C
Notæ futuri morbi obſcuriores quã præſentis morbi. 424.D
Notæ futuri morbi ex imminuta uoluptate in cibo & potu. 447.G
Notæ futuri morbi ex excrementis cerebri. 454.E
Notæ inflãmatiõis. 416.E
Notæ inflãmationis cõuexæ partis hepatis. 378.F
Notæ inflammationis hepatis. 377.C
Notæ inflammationis partis ſimæ hepatis. ibidẽ.C
Notæ inflammationis pul

monis. 415.F
Notæ intemperiei ſolius. 418.H
Notæ locorum affectorũ. 340.G
Notæ neutræ. 483.B
Notæ obſtructæ aſperæ arteriæ. 409.F.& G
Notæ obſtructiõis læuium arteriarum. ibidem.G
Notæ quibus diſtinguitur ſitis intemperiei uentriculi, et aliorũ uiſcerũ. 311.E
Notæ quibus obſtructiones ab inflammationibus internoſcantur. 376.B
Notæ pleuritidis. 397.E
Notæ quibus deprehendimus an humor in cartilaginibus, an uenis, ſiue ſubſtãtia pulmõis ſit. 604.C
Notæ ſcirrhi, carcinomatũ, & glãdularũ. 417.G
Notæ tumoris in hepate. 416.E
Notæ unius multæ cauſæ. 340.H
Notiora nobis, & natura 32.D
Numerus deficiens, & numerus excedens. 329.A
τὸ Νῦν, id eſt ἐν τῷ παρόντι. 96.C

O

OBſtructio quõ tollatur. 562.F
Obſtructionis hepatis notæ. 376.B
Obſtruentia meatum urinæ. 599.H
Occaſio rei adhibendæ, ſcopus & cauſa ſalubris. 509.A
Octo extrema morboſa. 116.E
Oculus è longinquo non diſtinctè uidet. 471.G
Oculus è propria ſede notus res geminas apparere facit. 472.B
Oculus ex quibus conſtet partibus. 466.E
Oculus in loco ſpendido facilius rerum ſpectabiliũ imagines ſuſtinet ſi ſpiritum multũ & humorem habet. 471.H

Oculus obſcura in obſcuro loco melius uidet ſi paruũ ſpiritum habet. ibidẽ.H
Oculi cæſij. 199.A
Oculi calidi notæ. 192.D
Oculi frigidi notæ. 193.E
Oculi quomodo læuigentur. 610.G
Oculorũ paruitas. 196.D
Oculorum propria. 464.B communia cum alijs ſenſibus. ibidem.
Odoratus quomodo uitietur. 459.H
Odorãdi inſtrumẽta. ibi.F
Oedema. 373.C. 417.G. 505.H. 588.A. 645.E
Offenſum quid dicatur eſſe. 415.C
Officia partium conſiderãda. 21.C
ὀισοφάγ@. 381.E
ὁμοιομερεῖς partes. 15.F
Opinio qũo fiat. 144.F
Optici nerui. 467.G
Optima conſtitutio aẽris. 511.E
Optima cõſtitutio aẽris tẽperato adhibẽda. ibi.E.F
Optimæ conſtitutionis ſigna. 108.D
Optima natura tãtũ cõcoquit quãtũ appeti. 516.G
Ordo librorum Galeni ſecũdum diſsolutionem definitionis. 678.H
Ordo perfectionis actionũ. 19.H
in Oris uentriculi dolore remedia ubi admouenda. 389.F
Os uentriculi quomodo lædatur. 385.D
Ore uẽtriculi affecto quando non condoleſcãt cor & cerebrum. 386.F
Oſſa non poſſunt eadem regigni. 640.B
Oſsium repoſitio. 642.G
Oſſa quæ cogant ſuo loco excedere. ibidem.F.G
ὀξυθύμοὺς quos uocet Hippocrates. 212.D
ὀξυθυμία quid. ibi.E. 362. E. 367.G.H

P

Palatum uitiatum uocem

cem lædit. 317.H
Pallor coloris quid oſtendat. 336.G
Palpitatio cordis affectum declarat. 365.C
Palpitatio differt à tremore. 366.D
Palpitatio ex quibus fiat. ibidem.E
Palpitatio, motus inæqualis. ibidem D
Palpitatio quibus partibus accidat. ibidem.
Palpitationum cordis differentiæ. 365.C
Παρακόπτειν, & παρακοπή. 355.G
Paralyſis quõ fiat. 349.A
Paralyſis. 475.H
Παραπίμπεσθαι. 619.H
Παραφέρεσθαι. 355.F
Παραφροσύνη, *id eſt delirium.* 350. D. *unde fiat.* 352.H.353.B
Παραφρονεῖν. 355.F
Παράρθρημα. 642.F
Parenchyma. 268.C
Pacis finis belli reſolut o. 10.E
Pars eadem plures uires habens. 129.E
Pars quõ maior fiat. 543.h.*quõ extenuetur.*544.a
Partes aſperæ à natura factæ. 609.E
Partes exaſperatæ quomodo emendandæ. ibi.B
Partes corporis quomodo ſint calidæ. 248.A
Partes pro differẽtijs uſurpantur. 20.B
Par.q̃ nutriũtur, quatuor facultates habẽt. 127.A
Partes quõ uim in corpus transfundant. 126.G
Partes compactæ & duræ 626.G
Partes molles & fungoſæ ibidem.G
Partes princ.corpo.& gubernantes corpus. 481.E
Partes è ſanguine factæ reſarciri poſſunt, & cur. 545.C
Partes ſeipſas gubernantes. 482.F

Partes quæ nec gubernãt, nec gubernãtur. ibid.G
Partes ſimplices. 572.A
Partes ſimplices aliæ primariò agunt, aliæ primariò agentibus famulantur. 15.G
Partes ſolidæ non fiunt humidiores. 299.C
Partes ſpermaticæ reſarciri non poſſunt, & cur. 545.C
Partes ſubſtantiarum relatæ ad integritatẽ.14.E
Partes ſubſtãtiarum rem ſtatim cõſtituẽtes. ibi.D
Partium ſolidarum generatio. 299.D
Partes uatiæ. 542.E
Partes quæ uniri poſſunt. 573.D
Partes quæ uniri non poſſunt.ibid.ex Partibus primi & ſecundi generis ſalutem uel mortem prædicimus. 484.C
Partium diuiſio. 125.E
Par. facultates, actiões, & officia noſcenda. 665.D
Partitio. 25.E
Pauor mentem è ſua ſede mouet. 501.F
Perfectiſsima temperatura. 78.H
Περίττωμα. 493.F. quæ per ſe inſunt. 35. B. non omnia quæ omni inſunt, per ſe inſunt. ibidem.A
Perturbationes animi unde fiant. 209.H
Peſtilens bubo. 483.A
Phantaſia quid. 173.C
φαρμακευτική. 24.B
φρενῖτις. 353.B
Phrenitis & delirii quomodo differant. 354.C
φθίσις vnde. 645.E
φῦμα. 409.F
φυσιολογία. 9.A
φυσιολογική. 23.H.& ibidem A
Phyſiologici libri pertinẽt ad cognitionẽ ſalubrium, morboſorũ & neutrorum corporum. 679.B
Pil⁹ niger unde fiat. 280.E

Pla

Pilorum & unguium generatio. 131.A
Pilorũ materia quãdo optimè generatur. 238.D
Piſcatoria ex illis artibus eſt, q̃ aliqd acq̃runt. 9.B
Piſtor qdã zelotypia teſtes ſibi ãputari iuſſit. 357.B
Pituita effuſa ĩ habitũ corporis cũ putredine, quotidianã febrẽ facit. 505.G
Pituita effuſa ĩ habitũ corporis citra putredinẽ, aquã intercutẽ facit. ibi.H
Pituita putreſcẽs in uenis, aſsiduam febrẽ facit. ibi.
Pituitoſus bilẽ quotidie uomens. 334.C
Plantæ uegetantur. 18.F
Plenitudo duplex. 601.D
Plenitudinis tollẽdæ ratio unde petenda eſt. 608.C
Plenitudinem quam intelligat Galenus. 603.E
Pleuritis. 397.E. quibus ſignis deprehẽdatur. 34.H
Plura uitia in eadẽ parte cõſiſtere poſſunt. 549.D
Plures modi uocis per ſe. 35.A. & B.
Ποιητικαὶ artes. 9.B
Ποιητικὸν quid ſignificet. 63.B
Polycleti regula. 275.A
Pondus in hepate quid oſtẽdat. 334.C
Πονεῖν quid. 516.F
Porrum. 630.G
Poſitionis quatuor differẽtiæ. 541.C
Poſitionis uitia. 548.B
Poſtulatum alibi demonſtratum. 44.G
Poſtulata. 33.E
Potus liberalioris aut parcioris inſolita cupiditas unde fiat. 437.H
Πρακτικαὶ artes. 9.B
πρακτικαὶ facultates. 323.E
Præcautionis ratio. 86.F
Prædicatum. 28.C
Præſens ſanitas quæ intelligatur à Galeno. 644.B
in præſentia biſariam dicitur. 74.H
Præter naturam toto gene

re, quo curanda. 608.B
Primordia noſtræ generationis. 490.G
Primum quot modis dicatur. 62.F
Principes functiones quæ. 350.C. per ſe interdum læduntur. 352.H
Principes partes. 481.D & ibidem. E
Principium omne uniuerſale. 34.H
Principia. 28.C. 30.G
Pricipia, cauſæ cõclu. 31.B eorum duplex ortus. ibid.
Principia ab utriſque apparentibus ducta. 34.G
Principia communia, propria fiunt. 32.D
Principia ſenſus intellectu formantur. 34.H. probãtur ſenſus inductione. 38.h
Principia per ſe & primò inſunt. 35.A
Principia declarãda quæ. 38.H
Προκαταρκτικαὶ cauſæ. 17.C. 333.H
Prognoſtica ex excrementis. 480.B
Prognoſtica Hippocratis nullo ordine nituntur. 8.h
Προφυλακτικά. 643.H.A
Propolis in puncto neruo. 580.B
Proportio reſpirationis ad pulſum. 227.C
Propriæ actiones. 191.A
Proprium accidens. 16.H
Pruritus. 373.C
Pruritus & ſcabies unde 646.F
Pſora lepra. 373.D
Πτερύγιον quid. 540. B. 637.D
Pueri & mulieres facilè excandeſcunt. 225.G
Pueri male continent, optimè concoquunt. 324.G
Pulchritudo unde naſcatur. 109.G
Pulmo quibus affectibus ſit opportunus. 405.F
Pulmone & thorace cõtineri quæ dicantur, & ut uacuentur. 603.A

Pulmo quomodo exulceretur ac erodatur. 406.A
*Pulmo unde ſentiat.*408.d
Pulſatilis dolor. 420.D
Pulſus duplex facultatis uitalis. 204.D
Pulſus durus & paruus. 235.E
Pulſus in arterioſa ſubſtantia quid indicet. 362.D
*Pulſus in pleuritide.*397.F
Pulſus inæqualis quid oſtendat. 341.A
Pulſus magni & celeres. 226.A
Pulſus magnus & uelox. 219.C
Pulſus magnus & mollis unde. 230.A
*Pul.molles unde fiāt.*224.e
Pungens dolor. 226.B
Pupilla quomodo dilatetur. 469.D
Pupillæ foramen à craſſo humore obtenebratū, impedit quo minus res multæ, multæ ſimul cōſpiciantur. 472.B
*Pupillæ imminutio.*470.E
Pus in grandini ſimilē ſubſtantiam coactū in exulceratione pulmonis reiectum. 408.D
Pus præter naturam quod. 421.H
Puris multi in thoracis ſpatio contenti nota. 403.B
Poſtulæ tegumenti cordis ὑδατώδης. 367.F
*Puſtulæ in cute unde.*505.b
Putredo unde naſcatur 231.D
Putredini quæ corpora reſiſtant magis. ibidem
*Putreſcere quid ſit.*252.A
Qualitate delinquere quæ dicātur. 421.G
Qualitates quæ copulentur inter ſe. 279.A
Qualitates quatuor exuperantes. 155.E
Qualitates agētes quomodo copulentur. 286.H
*Qualitatis cōtrariæ odiū ptibꝰ ingenitū eſt.*306.B

Qualitates in eũdẽ affe-ctum cõſpirantes. 279.B

Qualitates principes, eaſque ſequentes. 339.E

Qualitates relatæ ad uſum, guſtũ, auditũ, tactũ, olfactum. 419.C

Qualitates ſẽſibiles. 358.d

Qualitates ſenſibiles ſequẽtes corpis affect⁹. 419.C

Quãtitatẽ & qualitatem tãtũ ſcopos ſalubriũ Galenus cur fecerit. 509.G

Quantitate & qualitate multæ aliæ cauſæ ſalubres comprehenduntur. 511.D

Quantitate quæ delinquere dicantur. 421 G

RAmenta per urinã reddita quid oſtẽdant. 420.E

Ratio diſpoſitionis cõmodiſſima ad artes docendas & diſcendas. 669.E

Rationes diuidendi. 23.A

Ratiocinatio primaria actio hominis. 13.B

Ratiocinationes ex ſeparatis uel diſiunctis, non ſunt demonſtrationes. 31.A

Ratiocinatrix non eadem apud omnes. 207.B

Ratiocinatricis facultatis munus. ibidem

Rauc⁹ ſon⁹ unde fiat. 463.b

Recremẽta pauciora quæ temperies cordis habeat. 232.F

Redundãtiæ partium curatio. 636.B

Redundantes partes ſecundum naturam, & præter naturam. 540.A

Redundantis præter naturam ſublatio. 639.H

Regigni eadẽ quæ poſſint. 637.D

Regionũ conſtitutio temperamenta mutat. 497.F

Regius morb⁹. 373.c. 505.g

Remediũ autiuuare, aut ſaltẽ nõ lædere debet. 621.C

Remedia conuenientia puncto neruo. 581.A

Remedia ubi admouẽda in affectu gulæ. 389.F

Reminiſci. 144.E
Repeliendum ex parte quã do. 620.B
Repulſio ex loco affecto quo modo fiat. 624.B
Repulſio fit adſtringentibus & refrigerantibus. 615.G
Repurganda per uentrem, quibus indigeant. 605.E
Repurganda per urinas, ex tenuanda ſunt. 606.F
Reſolutio corporis in ſuas partes. 664.C
Reſolutio & cõpoſitio contrario ordine progrediun tur. 11.G
Reſolutio multiplex. 27.H
Reſolutio pulſus & difficilis anhelitus in ſuas cauſas. 363.G
Reſpiratio magna quæ dicatur. 406.H
Reſpiratio parua & rara. 232.G
Reſpiratio quid oſtendat. 105.F
Retentricis facultatis uentriculi imbecillitatis notæ. 391.B
Retractio fluentis humoris in magno morbo quomodo fiat. 651.A
Quomodo in paruo morbo. ibidem.A
Retractio in cõtrariũ, quibus modis fiat. 620.A
Retrahendus ſtatim humor in humorũ defluxione in aliquam partem: & huius rei demonſtratio. 622.E
ῥαγοειδὴς *tunica.* 466.F
quare cerulea. 468.A
Rhagoides tunica rupta. ibidem.C. *laxata.* 470.E
ῥύπον ἐπιτρίφοντα. 597.D
ῥυπτικά. 598.E
Rigor. 514.B
Roborata natura morbum propellit. 49.B
Robur facultatum intemperie ſoluitur. 371.F
Robur in ſicco poſitum. 278.G
Robur unde ſit. 325.H

Ruct⁹ acid⁹, inſipid⁹. 396.d
Ructus quid indicet. 451.G
Rufus color à frigido & humido. 287.E
Ruptæ uenæ in gula nota. 384.C
SAlacitas unde. 257.D
Salſedinem habentia ad tenuantia referuntur. 630.G
Salubre bifariam. 70.G
Salubre & morboſum an de eodem dicantur. 82.A *& dein.*
Salubre non facilè cognoſcitur. 123.A
Salubre q̃bus pugnet. 79.e
Salubre quot modis dicatur. 59.A
Salubre ſimpliciter & in præſentia an idẽ ſit. 73.F
Salubres cauſæ, morboſæ, neutræ. 485.F
Salubres cauſæ quomodo inſalubres fiant. 424.D
Salubrium cauſarum latitudo proportione latitudini exuperantiæ corporum reſpondere debet. 529.B
Salubria corpora. 678.H
Sanguis aquoſus ſimilis aquæ in qua recens mactatæ carnes ablutæ ſunt, excretus quid ſignificet. 374.E
Sanguis calorem à corde ſuſcipit. 246.E
Sanguis delinquẽs ſola qualitate, & ſola quantitate. 609.D
Sanguis deterior quis ſit. 44.G
Sãguis quomodo uacuetur. 609.D. 618.E
Sanguis tota ſubſtãtia præter naturam quis. 420.F
Sanguinis miſsio quid ſit. 41.H
Sanguinis miſsio affecto loco reſpondeat. 43.D
Sanguine in partem aliquã influente, & corpore pleno, ex quo latere primùm uniuerſi corporis uacuatio fieri debeat, diſputatio. 621.D

Sanitas inſtrumẽtaliũ partiũ quõ ſeruetur. 537.B
Sanitas optima. 101.E
Sanitas quare quæratur. 528.H.*in quibus quærenda.* 38.A
Sanitas ſeruatur ſimilibus. 22.G
Sanitatis multæ differẽtiæ unde fiant. 668.B
Sanitatis ſeruandæ & morborum curãdorũ ratio in quibus conſiſtat. 664.B
Sanitatis latitudo. 117.H
Sanitatum multæ formæ. 486.G
Sanorum natura una non eſt. 22.G
Scarificatiõe & digerentibus nõ utendũ, quando ea dolorem inferunt. 621.C
Scopus curationis in ſolutione continui. 570.F
Scientia certa ex principijs eſt. 340.G
Scirrhus, & eius notæ. 381.C.&.588.B
Scdm naturã q̃d. 558.E.F
Segnitia unde naſcatur. 443.F
Semen corruptum quæ ſymptomata pariat. 264.D
Semen diu retentum corrũpitur.ibidẽ.quid efficiat. 521.B
Semen excrementum benignum. ibidem.A
Semen imperfectũ generatur in toto corpore. 520.h
Semine qui abundẽt. 521.A
Senectutis ſenſus. 185.E
an Senilis ſtatus ut cõualeſcentium inſtaurari poſſit. 656.D
Senſus corpis affect⁹. 121.E
Senſus grauitatis quid indicet. 362.D
Senſus inflammationis unde fiat. 478.F
Senſus internus & externus. 338.C
Senſus intimus. 175.H
*Senſus potentior.ibidem.*G
Senſus rei noſtræ naturæ alienæ. 478.G
Senſuũ actio duplex. 134.g

Senſuum actiones communes & propriæ. 348.G
Senſuum affectiones ex eorũ genere quæ præter naturã ſunt, morboſa ſigna ſunt. 458.E
Senſuum obiecta. 448.A
Σηπτικά. 640.C
Sermõis inſtrumẽta. 412.d
Seroſæ ſubſtãtiæ in habitu corporis putris & nõ putris differẽtes effectus. 505.H
Sicci & frigidi temperamenti notæ. 290.B
Siccitas arctat. 612.B
Siccitas cauſa interna interitus. 493.G
Siccitas poros cutis intorquet. 165.B
Siccitatis latitudo. 295.C
Siccitatem durities ſequitur. 280.D
Siccitas partium ſolidarũ non poteſt in totum reparari. 299.D
Signum idem ſalubris morboſi & neutrius rationem habet. 425.G
Signa ἀναμνηστικά. 479.H
Signa appetentiæ à frigore uentriculi. 429.G
Signa appetentiæ à ſubſtantia in aërem ambientem digeſta. ibidem. G
Signa futuræ ægritudinis præter naturam, & ſecundum naturam. 424.D
Signa futuræ ægritudinis ſecundũ naturã qualitate quãtitate & tempore immutantur. 428.E
Signa inter ſe conferenda. 297.H
Signa iecinoris calidi, humidi, frigi. ſicci. 368.a.b
Signa neceſſaria. 100.D
Signa neutra. 480.C
Signa nobis magis manifeſta. 98.H
Signa oſtendentia morbum & ſanitatem. 424.E
Signa oſtendentia præteritum morbum & præſentem. 425.G
Signa pnicioſa. 479.a.et b
Signa ſalubria. 479. H.& 430

480.B
Signa unde ſumēda.103 A
Signa quo ordine prima di cantur. 63.H
Signorum differentiæ unde ſumantur. 481.D
Signorum diuiſio. 124.D
à Simili ſuo affici.170.D
Similia ſimilibus ſeruātur. 302.B
Simplices partes. 553.C
Simpliciter ſalubre. 78.A
Sinapi. 630.G
Singultus. 393.E
Sitis exigua et itē īmoderata unde fiat.389.E.431.C
Sitis non eſt ex ſola uentris intemperie. 310.C.& D
Sitis uehemens, ſignum uitioſæ cōcoctionis. 395 B
Sitim quæ tollant. 431.C
Situs & formatio oſtendūt quomodo materia tolli debeat. 569.D
Situs iecoris.605.E.uentriculi.ibid.
Solidæ partes ante ſummū uigorē nūero & quātitate eædē permanent. 546.E
Solidæ partes eædem regigni nō poſſunt. 640.B
Soluentia unitatē. 418.A
Solutionis continui differētiæ miſcentur cum intemperaturis. 590.E
Solutio cōtinui morbus cōmunis. 572.A
Solutiōis cōtinui ſpēs.582.e
Solutiōis cōtinui multæ differētiæ in eadē pte.587.h
Solutio unitatis cerebri quæ mala gignat. 469.C
Solutio unitatis, communis morbus ſimpliciū partiū, & inſtrumentorū. 552.A 572.A
Somnia non habent locum in recens natis. 176.B
ex Somnijs quando ſumatur indicium. 178.F
Somniorum uiſa. 177.D
Somnus breuis & minimè profundus. 161.A
Somnus concoquit. 499.B
Sōnus & uigilia immutāt corpus noſtrum.ibidem.B

Somnus in faciẽdis. 302.B
Somnus optimæ naturæ. 518.C
Sonitus & ſtrepitus in auditu præter natu. 460.B
Sonus acutus, & ſonus grauis. 462.F.G
Sonorum in auribus origo, quõ diſquirenda. ibid.E
Sordes ex ulcere detergenda. 593.D
Spaſma. 552.C
in Spatijs contenta præter naturam. 637.D
Spiratio magna uelox & frequens & cõtrà tarda & rara quem cordis affectum oſtendat. 363.F.G
Spiratio minor quãdo fiat. 221.F
Spiritus craßi unde. 143.B
Spiritus crudi ac flatulenti quos affectus in thorace excitent. 401.E
Spiritus quomodo uacuetur. 609.D
Spiritus uiſorius qualis eſſe debeat. 470.F
Spiritibus & uaporibꝰ motis in oculis res externæ circũagi uidẽtur. 473.E
Sputum atrum aut candidum in pleuritide quid ſignificet. 399.A
Squalor unde oriat̃. 295.d
Staminum rectitudo plus ſanguinis trahit. 47.D
Στεναγμώδης ſpiritus initio inflammationis diaphragmatis. 404.E
Sternutamẽta quid portendant. 452.H
Sternutamentum quid ſit, & unde fiat. 453.B
Stomachus unde refrigeretur. 428.F
Stultitia unde fiat. 350.D
Stupor unde fiat. 474.G 478.G
Subiectum. 28.C
Subiectũ in diſciplinis. 68.c
Subita mutatio naturam conuellit. 306.B
Subſtantia ex quibus conſtituatur. 12.H
Subſtantia rei unde uestiget

get

getur. 29.E
Subſtantiales differentiæ. 12.H
Sudare maximè idonei qui. 441.B.D
Sudor quod ſit excremẽtũ, & ubi colligatur. 503.D
Sudores nunc ſecundum naturam nunc præter naturam dici, quomodo intelligendum. 438.B. & 439.F
Sudores pauci in quibus hominibus. 438.D
Sudorum materia. ibid.C
Suffuſionibus qui maximè opportuni. 473.D
Suffuſionum ludificatio & hallucinatio. ibidẽ.E
Suppreßionis urinæ in ſuas cauſas reſolutio. 343.F
Suppurati qui. 600.B
Συμφωτικῆ. 23.A
Symmetria aëris q̃.513.A
Σύμμετρον ἀναπνοὴν cur pulſibus reſpondentem uerterit. 236.G
Συμφύεσθαι & σύμφυσις. 577.C
Syncope. 646.F
Syncope cardiaca. 385.E
Syncope ſtomachica. 365.B 385.E
Σύνθεσις. 11.F
TActus, habitus calidi iudex, non uiſcerum interiorum. 276.C
Tactus quomodo deleatur. 474.G.475.A
Temperamentum ad iuſtitiam. 147.D
Temperamentum unde explorandum. 109.F.675.B
Temperamenti facultatis & actiõis ordo. 665.D
Tẽperamẽta nouẽ. 486.G
Temperamenta partium aliquarum internarũ obſcurè cognoſcuntur ex his quæ iuuant uel lædunt. 321.A
Temperamenta unde naſcantur. 675.B
Temperata regio ab initio temperiem ſeruat pro ætatum ratione. 153.A

Tēperata natura ſi ſudat, contra naturā eſt. 441. B
Temperata natura in medio. 479. A
Temperatior quis. 113. G
Tēperatus habitus. 274. g
Temperato temperata omnia conueniunt. 512. F
Tēperatura duplex. 76. E 439. F
Tēperaturæ in medio peßimarũ & optimarũ cōſtitutæ quõ ſeruādæ, uel in melius transſerendæ. 533. C
Temperatura putridis febribus obnoxia. 231. E
Temperaturarum notæ in regione temperata ſumendæ ſunt. 269. E
Temporum anni temperamenta. 342. C
Tenſio & grauitas quid oſtendant. 419. B
Tenſio citra grauitatem et pulſũ quid indicet. 362. D
Tenſionis ſenſus unde fiat. 476. C
Tenuia quæ. 567. H
Tenuis humor ſalſus ac mordax quale iecur eſſe ſignificet. 373. D
Tenuitas cum frigore coniungenda. 568. B
Tenuitas uaporis facilè recipit ſpecies rerũ. 469. d
Terebinthina in pũcto neruo. 580. B
Teredon. 552. C
Terra. 671. G. et. 672. per totam pag.
Terror mētē mouet. 355. G
Teſtes. 520. H
Teſtis ſiniſter ad fœminarum procreationem cur ſit aptior. 256. B
Teſtes frigidi corpus imbecillum cur reddãt. 266. G
Teſtiũ calida & ſicca temperatura. 261. D
Teſtium frigidorum notæ. 259. A. & B
Teſtibus ſiccis & calidis quæ accidant. 263. H
Θεραπευτική. 23. A. & B
Thlaſma. 552. C
Θεωρητικὴ artes. 9. A

Thorax cur piloſus. 214. H
Thoracis latitudo. 216. D
Thorace contenta ut uacuētur. 603. A
Thoracis uitiorum notæ. 396. C
Θύμος. 367. G
Θυμώδης. ibidem
Timidi mores & ſegnes. 233. H
Timor corpus immutat. 500. E. mētē mouet. 355. G. mortem affert. 501. F
Tumores tegumenti cordis periculoſi, præſertim inflammationes & eryſipelata, œdemata & ſcirrhi non item. 367. G
Tonitruum ſurdos facit, et huius rei cauſa. 357. C
Totius corporis intemperies originem ſuam à corde habet. 364. A
Tractatio de elemētis, magna ex parte ſumpta ex Ariſto. phyſiologia. 673. e
Tranſeuntia in ſe inuicē facilè elementa. 671. B
Tremor unde fiat. 349. B quibus partibus accidat. 366. E
Tremor partim ſecundum naturam, partim contra naturam. ibidem. D
Tremulus pulſus quando fiat. ibidem. E
Triplex doctrina ordine nitens. 5. A
Tuberculi crudi accidentia. 406. H
Tumoris gulæ notæ. 383. H
Tumores oblongi ſunt in muſculis. 380. A
Tumores præter naturam. 413. G
Tumores ſeipſos produnt. 416. D
Tunica ceratoides forata humorē oculorum effundit. 469. C
Tuſſis in pleuritide. 398. H
Tyrannici mores. 228. E
VAcuatio duplex. 602. E
Vacuationū multa genera. 564. A. 602. B

Vacuatio critica quæ præter naturam, & quæ ſecūdum naturam. 503.C
Vacuatio humorū quomodo fiat. 563.G
Vacuatio melior per maiores & patentiores uias. 614.G
Vacuationū materiæ quæ ſint. 564.A
Vacuationes excrementorū quæ ſecūdū naturā, & quæ p̄ter naturā. 502.B
Vapores & humores in ſufſuſionibus figuram nubiū referentes. 473.E
Varæ partes. 542.E
Vaſa ad muſculoſum genus peruenientia. 268.C.D
Vegetatio quid comprehendat. 18.F
Venæ ruptæ in pulmone nota. 408.E. & *quomodo rumpantur.* ibidem
Venæ ſectio humorem deriuat. 44.E. *in contrarium reuocat.* ibidem
Venæ ſectio à parte uicina quam uim habeat. ibid.F
Venæ ſectio in longinquo quid efficiat. 48.G
Venæ ſectio quando lædat. 49.A
Venæ ſectio omnem febrē ex humore curat. 50.E *omni inflammationi confert.* 51.F
Venæ ſectio in propinquo commodior. 52.H
Venæ ſectio in poplite quādo conferat. 56.B
Venæ quomodo dilatentur in pulmone. 408.E
Venā erodētia. 404.C. *rūpētia.* ibi. *dilatātia.* ibi.d
Venæ maiores in minores diſtribuuntur. 45.H
Venarū amplitudo. 159.E
Venarum grauitas certam cōiecturā exiguitatis iecinoris efficere nō pōt. 333.b
Venatoria ex illis artibus eſt quæ aliq̄d acq̄rūt. 9.B
Venenatæ uis & peſtilentis malum. 367.F
Venenati humores quomodo

do curentur. 648.C
Venter calidior. 302.C
Ventris ſicci ſigna. 300. G
Ventriculus & ueſica euidẽter cognoſcũtur. 330.B
Ventriculus quando lædi dicatur. 391.A
Ventriculus ut non attrahat, quæ efficiant. 430.B
Vẽtriculi, iecinoris, lienis, omenti ſitus. 330.C
Ventriculi munus. 390.H
Ventriculi ſenſus quomodo fiat. 430.B
Vẽtriculi tres ptes. 381.E
Ventriculi uitioſæ excretionis ſymptomata. 392.D
Vẽtriculi uitia unde deprehendantur. 381.D
Venus quibus minus noceat. 264.B
Venus maximè noxia corpori reſiccato. 524.A
Venus moderata magni momenti ad tuendam ualetudinem. 522.C
Venus naturis frigidis & ſiccis maximè aduerſa. 525.C
Venus nimia aut intempeſtiuũ eius deſiderium unde fiat. 437.H
Venus non exercenda inanito corpore. 524.G
Venus quatenus conferat. 520.H
Venus quibus corporibus incommoda ſit. 524.H
Venus ſtatim poſt cibũ cuius mali autor ſit. ibid.G
Venus tutius exercetur calfacto quàm refrigerato corpore. 525.B
Veneris quis modus. 522.C
Veneris uſus nimius noxius. 194.H
Venere innocuè utitur corpus optimè cõſtitutũ. 525.b
Venere quando utendum. 522.D
Veneris deſiderium ingẽs. 254.F
ad Venerem quid moueat animal. 262.G
Veriſimilia, propria oratorum. 338.C

Ver

Vertebræ ſpinæ quot ſint. 216.E
Vitioſa magnitudo ueſicæ quõ deprehẽdatur. 331.E
Veſica cur nõ reddat urinã 344.G. *quõ obſtruat.* 345.a
Veſicæ robur quomodo reſoluatur. 344.G
Veſicæ obſtructio ſumma cura ſummouẽda. 599.H
Vetus interpres & Leonicenus taxantur. 283.B
Viæ p̃ q̃s attractio fit, non debẽt eſſe obſtruct. 606.F
Victus nomine res nõ naturales cõtinentur. 270.H
Victus partior quæ excrementa efficiat. 520.G
Victus ratio quæ ſingulis naturis cõueniat. 527.G
Victus quæ ratio in generatione calli. 576.A
Victus ratio uaria pro morborum natura. 472.C
Vigiliæ digerunt. 499.C *exercent ſenſus.* 518.C
Vigiliæ immoderatæ unde fiant. 436.G
Vincula & cucurbitula interdũ ſola retrahũt. 620.B
Vinum uetus. 630.G
Virtus inſtrumẽtorum in quibus conſiſtat. 667.A
Viſcoſa incidenda ante uacuationem. 599.G
Viſio quõ fiat. 466.E
Viſiõis diminutæ & corruptæ differentiæ. 464.A & 465.C
Viſiõis hebetis ac debilis differẽ. unde ſumãtur. 474.B
Vita in quo cõſiſtat. 186.F
Vitiligo alba, & nigra. 373.C. 505.G.H
Vitium inſtrumẽtorum in quibus conſiſtat. 667.A
Vitiũ partium cognoſcitur ex actione læſa. 666.G
Vitia uocis. 411.B
Vitia uocis unde ſint. 413.F
Vlcus cũ intẽpera. & ſang. affluxu miſcetur. 589.D
Vlc⁹ pri⁹ ne ſit curãdũ quã cautitas, an cõtrã. 591.H
Vlceris ſenſus unde fiat. 477.E

Vnguium materia. 132.D

Voluntati per ſe ineſt uirtus. 36.D

Vomitus. 393.F

Vomitu quãdo reijciendus cibus. 603.H

Vox & eius differẽtiæ quomodo fiant. 317.H

Vox acuta clara & grauis. 319.E.F

vox aſpera unde fiat. 321.a

Vox grauis q̃d oſtẽd. ibi.H

Vox maiore impulſu editur quã reſpiratio. 318.B

Vox magna unde fiat, & quid oſtendat. 320.F.G

Vox parua, & quid ſignificet. ibidem.

Vox multiplex primũ defini. eſt, deinde diuidẽ. 30.F

Vox ſimpl. definiẽda. 29.E

Vox rauca, & quid oſtendat. 320.F

Vocis inſtrumentum quale eſſe debeat. 318.B

Vocis aſperitas. 319.E

Vocis differẽ. unde ſumẽdæ. 318.C. & q̃uo fiãt. 413 F

Vocis organa. 317.H

Vocẽ efficiẽt. ordo. 411.B

Vtilitas actionẽ non edit, ſed iuuat. 130.G

Vulnus. 552.C

Vulnus illatum cauo cordis non cogit animal citò interire. 367.F

Vuln. inſigne in parte uitæ neceſſaria, lethale. 34.G

Vulnus magnum tranſit in ulcus. 586.F

Vul. q̃ñ glutinãdũ. 592.A

Vulneris caui duo ſcopi curationis. 581.C

Vulnera quæ ſuturas & fibulas requirant. 574.F

Υαλοειδὴς ὑγρὸς humor. 466.f

ὑγιαίνειν καὶ νοσεῖν contraria. 123.H

ὑγιεινή. 23.H

ὑδροφόβοι. 449.B

ὑπόχυμα. 639.H

ὑποχύματος curatio ibidem H. & A

ZElotypia demẽtes facit: & huius rei hiſtoria. 357.B

FINIS.

Lugduni,
EXCVDEBANT
PHILIBERTVS ROLLETVS,
ET BARTHOLOMAEVS
FRAENVS,
IMPENSIS HONESTIS-
SIMORVM VIRORVM
GVLIELMI ROVIL-
LII, ET ANTONII
CONSTAN-
TINI.